ACTA
SANCTAE SEDIS

IN COMPENDIUM OPPORTUNE REDACTA ET ILLUSTRATA

STUDIO ET CURA

VICTORII PIAZZESI

IURIS UTRIUSQUE DOCTORIS

SEU

Acta iuridica et solemniora ex Supremo Romano Pontifice immediate dimanantia : acta inter ea quae publici fieri possunt iuris, sive sint Decreta, sive Instructiones, sive Responsa, et alia huiusmodi ; praesertim vero Causarum expositiones et resolutiones ex variis EE. Cardinalium Sacris Congregationibus, ad ecclesiastici iuris accuratam intelligentiam et observantiam conferentes, in compendium diligenti studio redactae: alia denique iuridica, quibus opportune illustrantur quae in expositis actis vel difficultatem parere possint, vel ad vigentis iuris notitiam ulterius conducant: in utilitatem eorum qui in Ecclesiae legibus studiose dignoscendis, et in regimine christiani gregis, vel in colenda Domini vinea sedulo adlaborant.

Volumen XXXI.

ROMAE

EX TYPOGRAPHIA POLYGLOTTA

S. CONGR. DE PROPAGANDA FIDE

1898-99.

Reprinted with the permission of Libreria Editrice Vaticana

JOHNSON REPRINT CORPORATION **JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.**
Ili Fifth Avenue, New York,'N.Y. 10003 **Berkeley Square House, London, W1X6BA**

First reprinting 1969, Johnson Reprint Corporation
Printed in the United States of America

MOTU PROPRIO Sanctissimi D. N. Leonis XIII, quo Vacabilia abolita declarantur.

La cura che incessantemente Ci muove a procurare, soprattutto nelle presenti circostanze, che le disposizioni e concessioni Nostre non soffrano ritardo, con discapito specialmente del bene spirituale delle anime, ha richiamato la Nostra attenzione sullo stato attuale degli uffici dei Vacabili; la cui istituzione se in altre età tornò vantaggiosa, non è tale senza dubbio nei tempi che ora corrono. Onde è che, udito il parere della Commissione Cardinalizia da Noi incaricata del riordinamento della Nostra Dataria, siamo venuti nella deliberazione di ordinare, come di fatto ordiniamo, la soppressione dei Vacabili di qualunque natura, riscattandoli, ove occorra, e surrogando ai titolari dei medesimi la Nostra Dataria. Confermiamo inoltre in tutte e singole le sue parti, e richiamiamo nel suo pieno vigore, decretando Noi stessi, qualora sia d'uopo, quanto venne disposto dal Nostro Predecessore Pio VII di f. m. nell'Udienza accordata al Cardinale Pro-Datario Alessandro Mattei il I° ottobre 1814; e vogliamo che d'ora innanzi non sieno più concessi a favore dei Vacabilisti indulti di rassegne, trasferimenti, sopravvivenze, no-

Ea animi sollicitudo, quae in his praesertim rerum publicarum adiunctis ad curandum continenter Nos permovet, ut earum quae olim a Nobis decreta vel concessa sunt, executio cum spiritualis praesertim Fidelium commodi detrimento, nequaquam retardetur; attentionem nostram ad praesentem officiorum, quae vulgo Vacabilia nuncupantur, statum expendendum adduxit; quorum institutio, etsi aliis temporibus utilis fortasse fuit, attamen hisce nostris idem dici non potest.

Quapropter, audita Eiîiorum Cardinalium, quos ad nostrae Datariae negotia rite denuo componenda delegimus, sententia, visum est Nobis edicere, uti reipsa edicimus, huiusmodi officia, vulgo Vacabilia, quaecumque ea sint, prorsus abolita esse; antiquis eorumdem possessoribus, qui ea, si quidem opus fuerit, redimere poterunt, Dataria nostra per Nos subrogata.

Praeterea omnia ac singula, quae ab Antecessore nostro Pio VII (cuius memoria in benedictione est) in publico alloquio habito cum eodem Pontifice ab Enio Cardinale Pro-Datario, Alexandro Mattei die I[a] Octobris anno 1814 confirmamus, in pristinum vigorem revocamus, et quatenus opus est, iterum Nos ipsi decernimus ac statuimus.

Praecipimus autem ne posthac huiusmodi officia retinentibus potestas sive renunciandi,

mine a cappellanie od uffici, dichiarando irrita e nulla qualunque eccezione si possa produrre in contrario, dovendosi ritenere sempre stabile e fermo nella sua forma e sostanza quanto è decretato in questo Nostro Motu-proprio.

Dato in Roma dal Palazzo Apostolico del Vaticano questo dì 4 luglio 1898, anno vigesimo primo del Nostro Pontificato.

LEO PP. XIII.

sive transferendi, sive successorem sibi post obitum, deligendi, sive demum ad Cappellanias (quas vocant), vel ad officia quaeque nominandi concedatur, nullam atque irritam declarantes quamlibet, quae contra haec statuta fieri contingat, exceptionem : quoniam quidquid per hoc motu proprio a Nobis editum decretum sanximus, firmum ac stabile, sive quoad formam, sive quoad substantiam, perpetuo retinendum est.

Datum Romae in nostris Aedibus Apost, apud Vaticanum hac die 4 Iulii 1898, ab inito Pontificatu anno vigesimo primo.

LEO PAPA XIII.

MOTU PROPRIO SS.mi D. N. Leonis Papae XIII, quo Templum S. loachimo Romae dicatum traditur regendum Sodalibus a SS.mo Redemptore.

Quum nonnullorum pietati placuisset, templum in Urbe loachimo patrono caelesti in oculis prope Nostris excitari, quod quinquagenariam cum sacerdotii, tum etiam episcopatus Nostri memoriam posteritati proderet, consilium quidem hac de caussa volentes probavimus, quod pulchrum videbatur divinorum in Nos beneficiorum recordationem perenni monumento consecrari. Cui quidem consilio catholici homines tam prompto animo tamque alacri assensere, ut magnam pecuniae vim undique in eam rem, nulla interposita mora, contulerint. Luculentum istud amoris et obsequii testimonium eo libentiori voluntate complexi sumus, quod extructum iri sciebamus opus in regione urbana ubi frequentior multitudo, sed pauciora in animarum salutem adiumenta. Admota igitur aedificationi manus; eaque animose adeo promota, ut spes inderetur fore brevi perficiendam. At, quod est omnibus cognitum, secus admodum ac speratum cessit, totiusque rei procuratio perperam perturbateque habita. Eapropter, ne catholicorum voluntas frustraretur, procurandi

operis provinciam Veneràbili Fratri Iosepho Mariae Costantini Archiepiscopo Patrensi interim demandavimus, atque Hippolytum Onesti sacerdotem templo regundo praefecimus ; absolutionemque operis, unaque aes alienum quo premebatur, ad Nosmetipsos traduximus. Quia vero nunc placet rem stabili firmaque ratione constituere, ad Sodales a Sanctissimo Redemptore consilia convertimus. Novimus enim quae illi ab Alphonso patre legifero proposita acceperint ; ut videlicet id solemne habeant sibique proprium, studium omne in plebem intendere christianis moribus ac pietate excolendam. Hos igitur Sodales ad administrationem rectionemque Aedis Ioachimianae supra dictae designamus, ut in ea munia pietatis ac religionis omnia, ut moris est, exequantur. Sed id edicimus profitemurque, ipsam Ioachimianam Aedem, et quaecumque adiacent opera, iuris Nostri proprii et perpetui esse, ac Nostrorum in pontificatu Successorum. Quum autem in Ioachimiano templo, tamquam in sede principe, constitutum sodalitium sit Sacramento augusto perpetua adoratione colendo, ad inlatas praesertim Numini iniurias adprecando redimendas, illud his litteris Nostris, sicuti alias probavimus, ita confirmamus. Quocirca rata esse volumus quae iam decrevimus per litteras in forma Brevis datas die 6 mensis Martii anno 1883 sacrarum indulgentiarum munera iis omnibus, qui ordini sodalium supra dicto dederint nomen. Quidquid autem potestatis Antonio Brugidou, dioecesis Lugdunensis sacerdoti, eiusdem sodalitii gratia, concessum *fuit per litteras Apostolicas tum die 6 mensis Martii anno 1883, tum die 27 mensis Septembris anno 1890, tum die 22 mensis Septembris anno 1893, prorsus abrogamus et in Alphonsianum Institutum transferimus. Erit vero auctoritatis Nostrae ex eiusdem Instituti religiosis viris unum legere, cui totius rei curam committamus ad normam legum, quas opportune Nos perlaturos iampridem professi fuimus in litteris supra dictis. Haec statuimus et iubemus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum die 20 Iulii 1898, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EPISTOLA ENCYCLICA Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papae XIII ad Episcopos Scotiae.

Caritatis studium, quod Nos habet de salute dissidentium fratrum sollicitos, nequaquam cessare Nos patitur, si, quos ab unico Christi ovili error varius segregatus tenet, ad complexum Pastoris boni revocare possimus. Vehementius quotidie miseram dolemus vicem hominum tanto numero, quibus christianae fidei abest integritas. Itaque et sanctissimi conscientia officii, et amantissimi hominum Sospitatoris, cuius personam nullo merito Nostro gerimus, tamquam suasu et instinctu permoti, contendere ab iis omni ope insistamus, .ut instaurare nobiscum unius eiusdemque communionem fidei aliquando velint. Magnum opus, ac de humanis operibus longe difficillimum exitu: quod quidem perficere non nisi eius est, qui omnia potest, Dei. Sed hac ipsa de causa non despondemus animum, nec deterriti a proposito sumus ob magnitudinem difficultatum, quas humana virtus perrumpere sola non potest. *Nos autem praedicamus Christum crucifixum.... Et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus* (1). In tanto opinionum errore, in tot malis quae vel premunt vel imminent, monstrare velut digito conamur, unde sit petenda salus, cohortando, monendo universitatem gentium, ut lèvent *oculos in montes, unde veniet auxilium.* Quod enim Isaias praedixánt futurum, id comprobavit eventus: scilicet Ecclesia Dei ortu divino divinaque dignitate sic eminet, ut se intuentium oculis plane conspiciendam praebeat: *Et erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles* (2).

Huiusmodi in curis consiliisque Nostris suum obtinet Scotia locum, quam Apostolicae huic Sedi diu multumque dilectam, Nos ipsi proprio quodam nomine caram habemus. Ante annos viginti, libet enim commemorare, Apostolici ministerii in Scotis dedicavimus primitias, cum altero ab inito Pontificatus die ecclesiasticam apud ipsos hierarchiam restituendam curavimus. Quo ex tempore praeclare vobis, Venerabiles Fratres, vestroque adnitente clero, numquam non bono studuimus istius gentis,

(1) I. Cor. I, 25, 25.
(2) Is. II, 2.

quam quidem sua indoles amplectendae veritati peridoneam facit. Nunc vero quoniam, id aetatis sumus, ut propius iam absit humanus exitus, etiam visum est alioqui vos, Venerabiles Fratres, populoque vestro novum Apostolicae providentiae documentum impertire.

Turbolentissima illa tempestas, quae in Ecclesiam saeculo decimo sexto incubuit, sicut alios nimium multos per Europam, ita Scotos maximam partem abstraxit a fide catholica, quam plus mille annis cum gloria retinuerant. Gratum Nobis est cogitatione repetere maiorum vestrorum in rem catholicam non exigua promerita: itemque libet eos recordari, nec sane paucos, quorum virtute rebusque gestis Scotiae nomen inclaruit. At vero num hodie cives vestri abnuant meminisse vicissim, quid Ecclesiae catholicae, quid Apostolicae Sedi debeant? Cognita vobis planeque explorata commemoramus. — Est in vetustis annalibus vestris, Ninianum, hominem Scotum,cum ipsum legendis sacris litteris acrius cepisset studium in spiritu proiiciendi, dixisse: « Surgam, circuibo mare et aridam, quaeram « veritatem quam diligit anima mea. Itane tantis opus est? Nonne « Petro dictum est: *Tu es Petrus, et super ha ne petram aedi- «fleabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt « adversus eam ?* Igitur in fide Petri nihil minus est, nihil obscurum, nihil imperfectum, nihil adversum quod doctrinae ne- « quam sententiaeque perversae, quasi portae inferi, praevalere « sufficiant. Et ubi fides Petri nisi in sede Petri ? Illuc certe, « illuc mihi eundum est, ut exiens de terra mea et de cogna- « tione mea et de domo patris mei rherear in terra visionis vi- « dere voluntatem Domini et protegi a templo eius » (1). Itaque Romam venerabundus propera vit; cumque ad sepulcra Apostolorum de ipso fonte et capite catholicae veritatis large accepisset, iussu mandatoque Pontificis maximi domum reversus, romanae fidei documentis cives imbuit, Ecclesiamque Gallovidiensem condidit, duobus ante saeculis, quam beatus Augustinus ad Anglos appulit. Hanc fidem S. Columba, hanc ipsam veteres monachi, quorum est Ionensis sedes tam claris nobilitata virtutibus, et ipsi summo servarunt obsequio et alios diligentissime edocuerunt. Quid Margaritam reginam memoremus,

(1) Excerpta ex historia vitae S. Niniaai, Episcopi Candidae Gasae seu Gallovidiae in Scotia, a S. Aelredo abbate Rievallensi conscripta.

non Scotiae tantummodo, sed christiani nominis universi lumen et decus ? quae in rerum mortalium collocata fastigio, cum nihil tamen nisi immortale ac divinum in omni vita spectavisset, suarum splendore virtutum orbem terrarum implevit. Iamvero si tantam excellentiam sanctitatis attigit, catholicae fidei afflatu impulsuque attigit. Wallacem vero Brucemque, lumina vestri generis, nonne constantia catholicae fidei fortissimos patriae propugnatores praestitit? Mittimus innumerabiles alios utilissimios reipublicae cives, quos Ecclesia parens educere numquam destitit. Mittimus adiumenta cetera per ipsam vobis publice importata; eius certe providentia et auctoritate celeberrima studiis optimis domicilia S. Andreae, Glascuae, Aberdoniae patuerunt, ipsaque est exercendorum iudiciorum civilium constituta ratio. Quamobrem intelligimus satis fuisse causae cur honestissimum nomen *sanctae Sedis specialis filia* genti Scotorum adhaeserit.

Verum magna ex eo tempore conversio rerum consecuta est, fide avita apud plurimos extincta. Numquamne excitatum iri censebimus? Imo vero certa quaedam apparent indicia rerum quae spem bonam de Scotis, adiuvante Deo, inchoare iubeant. Videmus enim lenius quotidie benigniusque haberi catholicos ; dogmatis catholicae sapientiae iam non, ut fortasse antea, contemptum vulgo adhiberi, sed favorem a multis, obsequium a non paucis ; perversitates opinionum, quae nimium quantum impediunt iudicium veri, sensim obsolescere. Atque utinam vigeat latius pervestigatio veritatis ; neque enim dubitandum, quin auctior notitia religionis catholicae, germana nimirum suisque e fontibus, non ex alienis petita, praeiudicatas eiusmodi opiniones penitus ex animis abstergat.

Scotis universis ea quidem tribuenda laus non mediocris, quod divinas litteras colere et revereri assiduo consueverunt. Sinant igitur, nonnihil Nos de hoc argumento ad suam ipsorum salutem amanter attingere. Videlicet in ea, quam diximus, verecundia sacrarum litterarum inest velut quaedam cum Ecclesia catholica consensio: quidni queat redintegrandae unitatis initium aliquando existere? Ne recusent meminisse, utriusque Testamenti libros se ab Ecclesia' catholica, non aliunde, accepisse : cuius vigilantiae perpetuisque curis acceptum referendum, quod sacrae litterae maximas temporum ac rerum procellas integrae evasere. — Historia testatur iam inde antiquitus de

Scripturarum incolumitate Synodum Garthaginiensem Iii atque Innocentium I romanum pontificem immortaliter meruisse. Recentiore vero memoria cogniti sunt tum Eugenii IV, tum Concilii Tridentini vigiles in eodem genere labores. Nos autem ipsi, haud ignari temporum, datis non ita pridem litteris encyclicis, Episcopos catholici orbis gravissime appellavimus, diligenterque monuimus quid opus esset facto, ut integritas ac divina auctoritas sacrarum litterarum salva consisteret.

Nam, in hoc praecipiti ingeniorum cursu, sunt plures quos libido fastidiosius quaelibet disquirendi, contemptioque vetustatis ita agat transversos, ut fidem sacro volumini vel elevare omnem, vel certe minuere non dubitent. Nimirum homines opinione scientiae infilati, iudicioque praefidentes suo, non intelligunt quam sit improbae temeritatis plenum, humano prorsus modulo metiri quae Dei sunt opera; eoque minus audiunt Augustinum alte clamantem : « Honora Scripturam Dei, honora «verbum Dei etiam non apertum, differ pietate intelligen- « tiam » (1). « Admonendi sunt studiosi venerabilium littera- « rum. . . . .orent ut intelligant » (2). « Ne aliquid temere et inco- « gnitum pro cognito asserant. . . . Nihil temere esse affirmandum, « seu caute omnia modesteque tractanda » (3).

Verumtamen cum Ecclesiam perpetuo mansuram esse oporteret, non solis ea Scripturis, sed alio quodam praesidio instrui debuit. Scilicet divini auctoris fuit illud cavere, nequando caelestium doctrinarum thesaurus in Ecclesia dissipatus deficeret; id quod necessitate futurum erat, si eum singulorum hominum arbitrio permisisset. Opus igitur fuisse apparet ab initio Ecclesiae magisterium aliquod vivum et perenne, cui ex Christi auctoritate demandata esset cum salutifera ceterarum rerum doctrina, tum interpretatio certa Scripturarum ; quodque, assiduo Christi ipsius auxilio munitum ac septum, nullo modo delabi in errorem docendo posset. Cui rei sapientissime Deus cumulateque providit, idque per unigenitum Filium suum Iesum Christum : qui scilicet germanam Scripturarum interpretationem tum in tuto posuit cum Apostolos suos in primis et maxime iussit, nequaquam dare scriptioni operam neque vuigo diribere vetustiorum Scripturarum, sine discrimine, sine lege, volumina,

(1) In Ps. 146, n. 12.
(2) Doctr. Chr. lib. III, c. 37, n. 56.
(3) In Gen. Op. Imp.

sed omnino edocere gentes viva voce universas, et ad cognitionem professionemque doctrinae caelestis, alloquendo, perducere : *Euntes in mundum universum* PRAEDICATE *Evangelium omni creaturae* (1). — Principatum autem docendi contulit uni, quo tamquam fundamento universitatem Ecclesiae docentis niti oporteret Christus enim cum claves regni caelorum Petro traderet, una simul ei dedit ceteros regere, qui *ministerio verbi* fungerentur : *Confirma fratres tuos* (2). Hoc itaque magisterio cum discere fideles debeant quaecumque ad salutem pertinent, ipsam petant divinorum librorum intelligentiam necesse est.

Facile autem apparet quam incerta sit et manca et inepta proposito eorum ratio, qui Scripturarum sensum unice ipsarum Scripturarum ope vestigari posse existimant. Nam eo dato, suprema lex interpretandi in iudicio denique consistet singulorum. Iamvero, quod supra attigimus, prout quisque comparatus animo, ingenio, studiis, moribus ad legendum accesserit, ita divinorum sententiam eloquiorum iisdem de rebus interpretantur. Hinc discrepantia interpretandi dissimilitudinem sentiendi contentionesque gignat necesse est, converso in materiam mali, quod unitati concordiaeque bono datum erat.

Quae quidem quam vere dicamus, res loquitur ipsa. Nam omnes catholicae fidei expertes atque inter se dissentientes de religione sectae, id sibi singulae sumunt ut omnino placitis institutisque suis suffragari sacras litteras contendant. Adeo nullum est tam sanctum Dei donum, quo non abuti ad perniciem suam homo queat, quandoquidem divinas ipsas Litteras, quod gravi sententia monuit beatus Petrus, *indocti et instabiles dépravant. . . . ad suam ipsorum perclitionem* (3). His de causis Irenaeus, recens ab aetate Apostolorum idemque fidus eorum interpres, inculcare hominum mentibus numquam destitit, non aliunde accipi notitiam veritatis, quam ex viva ecclesiae institutione oportere: « Ubi enim Ecclesia, ibi et Spiritus Dei, et « ubi Spiritus Dei illic Ecclesia et omnis gratia ; Spiritus autem «veritas (4). . . . Ubi igitur charismata Domini posita sunt, ibi di-

« scere oportet veritatem apud quos est ea quae est ab Apo-

tl) Marc. XVI, lo.

(2) Luc. XXII, 32.

(3) II Petr. III, 10.

(4) Adv. Haer. lib. III.

« stolis Ecclesiae successio » (1). — Quod si catholici, quamvis in genere civilium rerum non ita coniuncti, connexi tamen aptique inter se unitate fidei mirabili tenentur, minime est dubium quin huius praecipue magisterii virtute et ope teneantur.

Scotorum nobiscum de fide dissidentium complures quidem Christi nomen ex animo diligunt, eiusque et disciplinam assequi et exempla sanctissima persequi imitando nituntur. At qui mente qui animo unquam adipisci poterunt quod laborant, nisi erudiri sese atque ali ad caelestia eâ ratione et via patiantur, qua Christus ipse constituit ? nisi dicto audientes Ecclesiae sint, cui praecipienti ipse auctor fidei perinde obtemperan homines iussit ac sibi : *Qui vos audit, me audit ; qui vos spernit, me sprenit?* nisi requirant alimenta pietatis virtutumque omnium ex eo, cui Pastor summus animarum vicario dedit esse sui muneris, universi gregis cura concredita? Interea certum Nobis est Nostris non deesse partibus ; imprimisque supplices contendere a Deo, ut inclinans ad bonum mentibus velit potiora gratiae suae incitamenta adiicere. Atque utinam divina Nobis exorata benignitas hoc Ecclesiae matri solatium optatissimum largiatur, ut Scotos universos ad fidem avitam *in spiritu et veritate* restituios complecti celeriter queat. Quid non ipsis sperandum, reconciliata nobiscum concordia ? Confestim effulgeret undique perfecta et absoluta veritas cum possessione bonorum maximorum, quae secessione interférant. Quibus in bonis longe excellit unum, quo miserrimum est carere: sacrificium sanctissimum dicimus, in quo Iesus Christus, sacerdos idem et victima, Patri suo se offert ipse quotidie, ministerio suorum in terris sacerdotum. Cuius virtute sacrificii infinita nobis Christi applicantur merita nimirum divino cruore parta, quem actus in crucem pro salute hominum semel effudit. Harum fides rerum florebat integra apud Scotos, quo tempore S. Columba mortale agebat aevum : itemque postea cum templa maxima passim excitarentur, quae maiorum vestrorum excellentiam et artis et pietatis posteritati testantur. — Necessitatem vero sacrificii vis ipsa et natura religionis continet. In hoc enim est summa divini cultus agnoscere et revereri Deum ut supremum dominatorem rerum, cuius in potestate et nos et omnia nostra sunt. Iamvero non alia est ratio et causa sacrificii, quae propterea *res divinato-*

ti) Adv. Haer. lib, IV.

prie nominatur : remotisque sacrificiis, nulla nec esse, nec cogitari religio potest. Lege veteri non est lex inferior Evangelii: imo multo praestantior, quia id cumulate perfecit, quod illa inchoarat. Iamvero sacrificium in Cruce factum praesignificabant sacrificia in Testamento veteri usitata, multo ante quam Christus nasceretur : post eius ascensum in caelum, idem illud sacrificium sacrificio eucharistico continuatur. Itaque vehementer errant, qui hoc perinde respuunt, ac si veritatem virtutemque sacrificii deminuat, quod Christus, cruci suffixus, fecit; *semel oblatus ad multorum exhaurienda -peccata* (1). Omnino perfecta atque absoluta illa expiatio mortalium fuit : nec ullo modo altera, sed ipsa illa in sacrificio eucharistico inest. Quoniam enim sacrificalem ritum comitari in omne tempus religioni oportebat, divinissimum fuit Redemptoris consilium ut sacrificium semel in Cruce consummatum, perpetuum et perenne fieret. Huius autem ratio perpetuitatis inest in sacratissima Eucharistia, quae non similitudinem inanem memoriamve tantum rei affert, sed veritatem ipsam, quamquam specie dissimili: propterea que huius sacrificii efficientia sive ad impetrandum, sive ad expiandum, ex morte Christi tota fluit : *Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco saerificatur, et offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus* (2).

Iam, quod reliquum est, ad eos qui catholicum nomen profitentur Nostra propius spectat oratio : idque Ob eam causam, ut proposito Nostro prodesse aliquid opera sua velint. Studere, quoad quisque potest, proximorum saluti christiana caritas iubet. Quamobrem ab eis primum omnium petimus, ut huius rei gratia orare atque obsecrare Deum ne desinant, qui lumen efficax mentibus affundere, voluntatesque impellere quo velit, solus potest. Deinde, quia ad flectendos animos plurimum exempla possunt, dignos se ipsi praestent veritate, cuius divino munere sunt compotes; ac bene moratae instituto vitae adiiciant commendationem fidei, quam profitentur: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona* (3): unaque simul civilium exercitatione virtutum efficiant, ut illud quotidie

(1) Hebr. IX, 28.
(2) Mal. I, 11.
(3) Matth. V, 16.

magis appareat, religionem catholicam inimicam civitati, nisi per calumniam, traduci non posse : quin imo alia in re nulla plus reperiri ad dignitatem commodumque publicum praesidii.

Illud etiam magnopere expedit, tueri religiosissime, imo etiam stabilire firmius, septamque omnibus praesidiis tenere catholicam adolescentis aetatis institutionem. Haud sane latet" Nos cupidae discendi iuventuti suppetere apud vos publice ludos probe instructos, in quibus certe optimam studiorum rationem non requiras. Sed eniti atque efficere necesse est, ut domicilia litterarum catholica nulla in re concedant ceteris : neque enim est committendum, ut adolescentes nostri minus parati existant a litterarum scientia, ab elegantia doctrinae, quas res fides christiana honestissimas sibi comites ad tutelam et ornamentum exposcit. Postulat igitur religionis amor et patriae caritas, ut quaecumque catholici apte instituta habent vel primordiis litterisque, vel gravioribus disciplinis tradendis, ea constabilienda et augenda pro suis quisque facultatibus curent. — Aequum est autem adiuvari praecipue eruditionem cultumque Cleri, qui non aliter suum hodie locum digne utiliterque tenere potest, quam si omni fere humanitatis et doctrinae laude floruerit. Quo in genere beneficentiae catholicorum studiosissime ad opitulandum proponimus Collegium Blairsense. Opus saluberrimum , magno studio ac liberalitate inchoatum a pientissimi cive, ne patiantur intermissione collabi et interire, sed aemula munificentia in maius etiam provehant, ad fastigiumque celeriter perducant. Tanti enim id est, quanti providere ut ferme in Scotia sacer ordo rite congruenterque temporibus educi possit.

Haec omnia, Venerabiles Fratres, quae propensissimus in Scotos animus Nobis expressit, sic habete ut sollertiae potissimum caritatique vestrae commendata putetis. Porro eam navitatem, quam Nobis luculenter probastis adhuc, probare pergite, ut ista efficiantur quae non parum videntur proposito conducibilia. Perdifficilis sane causa est in manibus, ut professi saepe sumus, humanisque viribus ad expediendum maior; sed longe sanctissima, consiliisque divinae bonitatis apprime congruens. Quare non tam difficultas rei Nos commovet, quam recreat ea cogitatio, vobis ad praescripta Nostra elaborantibus, Dei miserentis opem numquam abfuturam.

Auspicem caelestium munerum, et paternae Nostrae bene-

volentiae testem vobis omnibus, Venerabiles Fratres, clero, populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 25 Iulii 1898, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

NANNETEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII

Die 29 Ianuarii 1898.

Sess. 24 cap. 4. de ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Anna-Maria in aetate 22 annorum constituta *die 29 Iunii 189i,* servatis Tridentini solemniis nubebat Petro-Iosepho ann. 22, e Dioecesi Nanneten. Instaurata, ipsa matrimonii die, vita coniugali, sponsi eodem toro usi sunt ; at nihilo secius, dictitat vir, matrimonium haud fuit consummatum : siquidem Maria vel quia, non perfecte sui compos, maritalium officiorum erat nescia, vel quia ad ea obeunda ob hysterismum, quem vocant, erat impar, semper coniugale debitum marito denegavit ; et hunc, quem iam ter vel quater reliquerat, post sex menses non amplius reversura deseruit.

Vir, cum frustra tentasset illam ad se reducere, divortium civile (uti vocant) petiit et obtinuit, ac postea SSmum rogavit, ut dignaretur dispensare super suo matrimonio rato et non consummato cum Maria-Anna.

Disceptatio Synoptica

VOTUM THEOLOGI. Qualecumque sit coniugium, vel legitimum tantum, vel etiam ratum, adhuc tamen iure subsi-

stit, et firmitatem obtinet suam, etiamsi nondum liberis operam coniuges dederint ; unde iure optimo a legitimo, vel rato coniugio distinguitur consummatum, non sane dixerim quasi coniugium a coniugio, sed quasi ulterior vel rati, vel legitimi coniugii gradus... Hinc plane proficiscitur, posse coniuges etiam post datam mutuam fidem, et factam invicem suorum corporum potestatem, ex consensu abstinere, firmo nihilominus manente coniugii vinculo, ita docente inter ceteros Augustino in *Lib. 1 De nuptiis et concupiscentia v. 11,* - ibi -: « Quibus vero placuerit ex consensu ab usu carnalis concupiscentiae in perpetuum abstinere, absit, ut inter illos vinculum coniugale rumpatur; imo eo firmius erit, quo magis ea pacta secum inierint, quae carius, concordiusque servanda sunt non voluptariis nexibus corporum, sed voluntariis affectibus animorum ». Berardi *In ius eccl. univ. comm. vol, 2, pag. 16. Edit. Mediol. 1847.*

Huic doctrinae plene consonat quod ab Isidoro Hispalensi disputatur lib. 9 originum, nempe: « Tres ob causas coniuges dici. Prima est caussa prolis, de qua legitur in Genesi : *et benedixit eos dicens : crescite et multiplicamini.* Secunda caussa adiutorii, de qua ibi in Genesi dicitur : *non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile.* Tertia caussa incontinentiae, unde dicit Apostolus, *ut qui se non continet, nubat* - Postremo haec causa tum demum suborta fuisse videtur, cum in statu naturae lapsae ingravescere humana infirmitas coepit, ad quam sane unam Apostolus respexit. - Ex quibus tribus causis apertissime patet, non solum verum matrimonium dici, quod necdum consummatum sit, verum etiam illud, in quo coniuges concordi voluntate de continentiae bono servando consentiunt ».

In *Casu* de quo agitur mulierem Annam Mariam Magdalenam verum consensum dedisse, et morbum quo laborat non huiusmodi tunc temporis fuisse, qui contractum matrimonialem irritum faceret, impugnari haud posse videtur. Ex Actis quidem satis superque constat, Annam Mariam Magdalenam semper denegasse viro suo Petro Iosepho de-

bitum reddere coniugalem ob suas qualitates cum physicas tum morales; sed minime apparet quod qualitates illae, quae aliquando maximam animi corporisque eius perturbationem et commotionem afferunt, huiusmodi esse, ut aequiparari possint animo amenti vel furioso habitualiter ; ita ut ex iure naturae deducatur nullum coniugium, ob defectum capacitatis ad assensum praestandum.

Omnibus interrogationibus illi factis, semper respondet: morbum quo laborat causam fuisse et esse suae denegationis ad debitum reddendum coniugalem. - Ex capite igitur *consensus* non videtur inficiari posse matrimonium initum inter Petrum Iosephum et Annam Mariam Magdalenam. Et re quidem vera, neque Ipsa, neque Petrus, neque testes, neque Defensor vinculi ullum de hoc verbum habent. Superest igitur ut definiatur quid sentiendum sit de altero capite, nempe de absoluta et constanti denegatione mulieris Annae Mariae Magdalenae ad debitum reddendum coniugale ; et an parendum sit postulationi Petri, qui hanc ob causam instantissime expostulat solutionem matrimonii sui *rati* tantum, et non *consummati,* ut ipse fatetur. - De intrinseca ratione et essentia matrimonii est, ex ipso iure naturae , obligatio et traditio corporum ad usum et copulam coniugalem. Si ergo unus ex coniugibus numquam coniugale debitum reddere velit, immo et declaret se numquam redditurum, quaecumque sit causa in medium allata, nonne evidentissime patet deficere in casu traditionem corporis et obligationem ad usum et copulam coniugalem ? Concinne et concise, more suo, Clar. Card. D' Annibale loquens de consensu ad matrimonium contrahendum necessario, sic se habet: « *Super eadem re;* nempe super iure coeundi, quo, ultro citroque tradendo, matrimonium contrahitur : quocirca si desit haec mutua traditio saltem implicita, matrimonium ne intelligi quidem posse verius est ». Et in *Nota 4* addit: « Quidam, et in primis ex hodiernis, contra putant. Aiunt, aliud est dominium, aliud usus sui corporis ; matrimonium, retento dominio sui corporis, contrahi non potest;

retento usu potest. - *R.* Nego prorsus ; quia per matrimonium, non corpus alterius acquiritur, quod esset dominium acquirere, sed ius eius *utendi.* Et licet dominium acquireretur, conditio esset contra naturam actus v. 11, 112 quia dominium cum sit *.ius utendi* de re sua, ab usu *perpetuo* separari non potest *L. 62, De icsufr., L. 8, De usu legat.* Et ne renunciatione *abdican* potest ; alias, qui ab invito debitum extorqueret, fornicaretur ». Summula *Theol. mor. vol. IIL pag. 348, edit. III.* Cumque hoc in *Casu* non habeantur quae, duce Berardio, superius innui, consensus nempe utriusque coniugis in abstinendo ab officiis coniugalibus ; ob quem firmum manet vinculum matrimoniale, restat ut ad examen revocentur quae allata sunt ad probandum matrimonium non fuisse consummatum, proindeque locum esse dispensationi ex parte Pontificis, super matrimonio rato et non consummato. - Si ad unguem in causis matrimonialibus servari debeant, et nemini dubium, quae sapientissime praescripta sunt et a Benedicto XIV, in Const. *Dei miseratione;* et a S. C. C. in sua *Instructione* edita die 22 Augusti 1840 ; inspicienti et consideranti actus huius Causae, statim menti occurrunt nonnulla, neque levis momenti, quae dubitationem aliquam inducere possunt ad clare perferendum iudicium, quodcumque fuerit, suum. Attamen, cum in legibus non tam *litera* quam *spiritus* prae oculis habendus sit, ut dignosci possit quaenam fuerit mens legislatoris, et scopus intentus in lege condenda, multae difficultates saepissime evanescunt, sicuti nébula sole apparente. - Optimo iure Defensor vinculi opponit quae Benedictus XIV statuit hac super re, et praesertim Instruct, edita á S. C. C. de inspectione corporis cum viri, tum mulieris, et cui inspectioni Maria Anna Magdalena obfirmate se subiicere noluit. Nihilominus inspectio mulieris non ita est intelligenda, ut ea deficiente, quacumque ex causa, nulla alia supersit via ad probandam inconsummationem matrimonii. Etenim ex lege *Decretalium* duo sufficiunt ad inconsummationem evincendas, iuramentum nempe coniugum, et testes, qui de re-

ligione iurantium deponant. Et bene quidem, alioquin quid esset iudicandum, quando controvertitur de *muliere vidua,* quae assereret numquam reddidisse debitum viro, a quo petit seiungi ob impotentiam eius? Hoc in casu reapse ad nihilum proficeret inspectio mulieris, ut patet, et notat Card. De Luca; ergo non per solam et *exclusive* inspectionem corporis mulieris Annae Mariae Magdalenae, probari potest et debet inconsummatio matrimonii in *Casu.* Huic illationi favet mirabiliter praxis S. C. C. Sufficiat, prae aliis, in medium afferre Resolutionem S. C. C. in Causa iterum discussa sub die 13 Iunii 1896; et aliam sub die 8 Maii 1897; *Acta S. Sedis, vol. XXIX, pag. 543; vol. XXX, pag. 135.* ex quibus colligitur ad adstruendam non consummationem matrimonii sufficere iuramentum coniugum, et testium depositiones, qui de religione iurantium deponant.

Pergit insuper Defensor vinculi ad labefactandam rationem desumptam ex sex hebdomadibus in domicilio coniugali consumptis ab Anna Maria Magdalena, quibusque durantibus pertinaciter debitum coniugale denegavit, et scribit: « Hoc mihi tamen argumento non est, eam ipsam in posterum assensum omnino recusare; habebat enim quod renuerit valetudinis infirmitatem ». *In posterum* quid fiet, Deus solus scit ; de hoc non quaerimus in Causis iudicialibus, in quibus disceptatur *praecise de una vel alia re,* sicuti et *in nostra.* Verum ne est Annam Mariam Magdalenam semper denegasse, sex hebdomadibus durantibus, debitum coniugale? Fatetur et ipse Defensor vinculi. Petrus Ipsephus tenetur nec ne expectare *hoc futurum tempus,* ut possit uti iure suo in re sua? Audiamus DD. Ursaya *Discept. Eccl. tom. 3, part. 2, n. 93,* scribit: « Pro alia tamen causa admittitur a DD. *impotentia viri* ad consummandum matrimonium, ne uxor cogatur in vita ad caelibatum servandum, vel subiiciatur incontinentiae periculis ». - Idque a fortiori ibidem arguit vel ex eo quod, iustam praebeat dispensationis causam *voluntaria etiam dilatio viri alioquin potentis consummando matrimonium.* Vid. Mansella,

De imp. matr. dirim. p. 346. Consonans huic doctrinae est quod legitur in *Quaest. CCCCLXX1X. Tomi XII, op. Benedicti XIV. Prati in typ. Aldina 1844.* - ibi - : « Nec deesse Doctores, qui asserunt *voluntariam coniugis dilationem in matrimonio consummando* praebere iustam causam obtinendi a Summo Pontifice dispensationem super matrimonio rato, et non consummato ; *Ancharan, cons. 239, n. 4,* quod secutus est Cardinalis Lancellottus in quodam suo Voto exarato in causa *Hispalen. dissolutionis matrimonii impresso apud citatum* Ursayam *tom. 3. par. 2. Discept. 21. num. 77 et num. 95 et sequentibus* ». - Cum ergo Petro Iosepho petenti debitum coniugale ab uxore sua, ista *semper et constanter* refutaverit annuere *legitimae petitioni* eius ; quidquid sit de causa ab ipsa allata denegationis huiusmodi ; idest vel *ob morbosam aversionem,* vel *ob ignorantiam* huiusce officii maritalis, semper in confesso remanet Petrum Iosephum *ex voluntaria denegatione uxoris suae,* versari in *illa conditione,* quae a DD. admittitur ad obtinendam nempe dispensationem Pontificis in matrimonio rato et non[4] consummato. - Et contra hanc illationem nihil proficiunt quae Defensor vinculi obiicit, vel ex diversa sententia Medicorum vel ex varia testium depositione. - Libentissime, si velit, admittimus quae arguit Defensor; attamen quae illatio descendit ? Num in praeiudicium *inconsummationis matrimonii* in casu? Minime. Medici loquuntur et testantur de *possibilitate* vel *impossibilitate* in posterum consummationis matrimonii ex parte Annae Mariae Magdalenae; et testes *de causa denegationis* debiti coniugalis, et unus testimonium dicit *de mala voluntate* mulieris ; et alter *de sola aegritudine* eius. Iterum repetam: non de hoc quaerimus, sed de consummatione vel non matrimonii ; hoc nec Medici, neque testes affirmant. Ad haec: parochus mulieris, vir modestia, gravitate et ingenii acumine conspicuus, sicuti scribit Episcopus Nanneten., et qui Annam Mariam Magdalenam iuridice interrogavit, et responsa accepit, in ea confidenter est sententia, ut Anna Maria Magdalena gravi morbo ner-

voso laborans, *semper* ob id officia adimplere refutaverit matrimonii. Inconcussa ergo remanent principia desuper allata circa *voluntariam coniugis dilationem in matrimonio consummando.* - Postremo, *Collusio* omnino videtur excludi ab actis huius processus; e contra animorum *dissociano* et alienatio in aperto sunt. - Interrogatus Petrus, an si sponsa consentiret tandem aliquando ad veram vitam coniugalem cum ipso ducendam, satisfaciendo nempe matrimonialibus officiis, ipse paratus esset ad iterum ducendam Mariam Annam Magdalenam suam in domum, respondit: « Non, tout est fini ». - Uxor vero interrogata: « Consentiriez-vous à reprendre la cohabitation ? » respondit : « Non ». Cum ergo moraliter impossibilis sit animorum reconciliatio, et corporum commixtio, quale natura exigit, Petrus Iosephus cogendus esset ad perpetuam viduitatem. Atqui hoc admitti non potest, ergo attenta etiam praxi S. **C. C.** putarent, *sub censura semper, et salvo meliori iudicio etc.* adesse causas sufficientes ad *consulendum SS. pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.*

VOTUM CANONISTAE. Consultor ait, sese censere matrimonium inter Petrum et Annam *probabiliter* fuisse *irritum* ob naturam aegritudinis, qua laborat mulier; *certo* autem, quantum sciri potest, *non* fuisse *consummatum;* ideo valde optandum esse, ut dispensatio petita concedatur. Nam nulla spes affulget, ut in idipsum revertantur, dispensatione autem utriusque saluti melius consulatur.

Postquam documenta illa Romam allata fuerunt, mox ad Rmum Episcopum Nannetensem a S. C. C. datum est solitum rescriptum delegationis apostolicae ad *conficiendum processum,* tam super nullitate, quam super asserta non consummatione et causis dispensationis ad tramitem Const. Bened* XIV *Dei miseratione* et Instr. S. C. anni 1840 cum solitis clausulis.

Quod rescriptum delegationis summopere videtur excitasse admirationem Rmi Antistitis^ Nannetensis. Cuius admirationis principalis ratio videtur fuisse illa, quod existi-

maret in documentis transmissis iam vera reperiri acta processus iudicialis. Nam antequam rescriptum delegationis executioni mandaret, novam scripsit epistolam ad Emum Praefectum S. C. C. in qua ante alias difficultates contra rescriptum motas, haec observat: « Die 19 Octobris 1892, Episcopus Nannetensis *processum* ad tramitem litterarum diei 26 Martii 1892 confectum ad E. **V.** transmisit. Hic prior *processus* interrogationem *iuridicam* mulieris, testimonium medici periti, observationes Parochi eiusdem mulieris et Episcopi ipsius sensum continebat ».

Qua in re Rmus Vicarius Capitularis Nannetensis erravit. Nequaquam enim S. C. C. in priori rescripto concessit *delegationem ad conficienda acta iudicialia* in ordine ad probandam non consummationem matrimonii, sed ut ipsa verba « voti et informationum » ostendunt, eas postulavit *informationes extraiudiciales,* quae ex laudato textu Constit. Benedicti XIV *Dei miseratione* iam ipsi libello supplici fuissent adiiciendae. Quare Ordinarius Nannetensis ad conficienda illa acta iudicialia delegatione apostolica omnino caruit atque propriam et ordinariam potestatem minime habuit. Etenim S. C. C. d. 16 Iun. 1894 ad quaesitum Archiepiscopi Varsaviensis: « Liceatne sine speciali pro unaquaque vice permissione S. Congregationis recipere instantiam et instituere processum in ordine ad efflagitandam dispensationem Sanctissimi ? » respondit : *Negative.* Acta igitur illa *ut iudicialia* ob defectum potestatis iudicialis tum delegatae, tum ordinariae sunt prorsus irrita (1).

Accedit, quod processus iste iudicialis a Parocho confectus etiam aliunde non levibus laboret vitiis. Inprimis mirum est, quod delegatio apostolica, quae (falso) supponebatur, nunquam in documentis expresse commemoretur. Porro Parochus examem mulieris instituit absque ullo *actuario* vel *notario;* ipsius igitur tribunal non fuit rite constitutum, ut constat *cap. 11, X, De prob. 11, 19, et cap. 2,*

(1) Recole Vol. XXVIII, 141.

De V. S. V. 11. in Clem. *Cfr.* Bouix, *De iud. eccl. t. I, pag. 509 sq.* Insuper ex actis processus nulla ratione constat, utrum R. D. Beauchère, qui in illo examine officio defensoris matrimonii functus est, rite fuerit deputatus, an solummodo ex proprio arbitrio Parochi assumptus.

Observationes, quae lingua gallica et sine ulla forma legitima in minimo chartae folio a Parocho actis apponuntur, nonnisi debiles continent rationes ad informationem. Etenim inprimis allegat excusationem ex morbo petitam, ob quam Anna citationi Officialis episcopalis non obedierit. Mox subiungit, quod propter varias circumstantias sibi saepe proposuerit quaestionem, num in isto matrimonio non defuerit *libertas* in *sponsa* vel non intercesserit *error* et defectus *intentionis* ex parte *sponsi.* At in processu canonico quaestiones, quas sibi proponit parochus, non sunt *assertiones et actiones legitimis probationibus munitae.* De defectu libertatis ex actis etiam postea transmissis nihil colligitur, *error* iste sponsi, si quis fuit, ad summum *accidentalis,* non substantialis vel redundans in personam dici potest. Neque cum Parocho suspicio quaedam moveri potest de defectu intentionis sponsi, qui certe talem mulierem voluit ducere in uxorem. Non enim quaeritur, quid sponsus fecisset, si illam mulieris qualitatem cognovisset, sed quid revera fecerit. At de facto mulierem bene sibi notam matrimonio sibi coniunxit, neque in actis est ullum vestigium probationis, quod suo consensui tanquam *conditionem, sine qua non,* apposuerit absentiam huius defectus i. e. hysteriae maioris.

Quae Parochus in suis observationibus subiungit de matrimonio isto non consummato reducuntur ad informia quaedam testimonia medicorum, quae accurate et in forma quadam authentica non referuntur ideoque plenam fidem in iudicio facere non possunt. Unicum vero testimonium medici, quod hisce primis actis videtur fuisse insertum et impotentiam Annae videtur adstruere, quantum ex miserabili illa scriptura divinando colligi potest, a duobus aliis medicis

postea non probatur, in se est nimis vagum et informe et ipsi Rmo Episcopo probabile tantum argumentum videtur subministrare. Quod probabile argumentum ad declarandam *nullitatem* huius matrimonii ex capite impotentiae est plane insufficiens ; ad huiusmodi enim sententiam *certa* requiritur probatio impotentiae. Quare allegata ista *probabilis* impotentia, quae accedentibus aliis adminiculis matrimonium illud viro reddit saltem difficile, onerosum, saepe inutile, poterit esse *ratio* concedendi *dispensationem* matrimonii, si aliunde non consummatio *certo* probetur.

Aliae difficultates, quae a Vicario Capitulari Nannetensi proponuntur contra executionem rescripti delegationis S. C. C, ut plurimum nituntur falsis suppositionibus aut solido fundamento carent. Nam S. C. C. Rmum Ordinarium Nannetensem delegavit ad conficienda *acta,* non ad ferendam *sententiam* in casu. Quare quae Vicarius Capitularis scribit de impossibilitate *appellationis,* nituntur manifeste erronea interpretatione rescripti S. C. C, quae per allegationem Const. *Dei miseratione* et Instr. S. C. C. an. 1840 intendere solet, ut in actis iudicialibus conficiendis tantum ab Ordinariis illa decreta S. Sedis observentur: ipsa enim *sententia* iudicialis in huiusmodi causis non spectat ad Ordinarios.

Fundamento quoque caret petitio, ut ab inspectione *viri* dispensetur. Non attenderai Rmus Vicarius Capitularis in casu agi de non consummatione matrimonii propter allegatam quandam difficultatem et aversionem *uxoris,* non ob impotentiam *jnariti,* quam nemo unquam asseruit. Quare inspectio viri esset facienda, si nullitas vel non consummatio matrimonii ex impotentia viri repeteretur; at in casu de potentia viri ne minimum quidem est dubium. Ergo frustra postulatur dispensatio super re non requisita planeque superflua.

Quodsi Rmus Vicarius Capitularis tandem petiit, ut propter circumstantiarum difficultatem inspectio mulieris fieret a duabus, non a tribus obstetricibus facilius isti petitioni potuit obsecundari. Nam quamvis ipse tanquam iudex dele-

gatus obligaretur ad accuratam observantiam *specialis formae* procedendi sibi praescriptae *cfr. cap. 22. X, De rescr.1,3,* i. e. Instr. S. O. C. a. 1840, tamen negari non potest, in casu non fuisse levem difficultatem inveniendi tres obstetrices. Aliunde quoque constat, Instr. S. C. Inq. in eadem materia a. 1858 datam (1) *duas* tantum requirere obstetrices quae in hac re et in aliis quibusdam normis secundariis a. cit. Instr. S. C. C. discrepat. *Cfr. Arch. iur. eccl. vol. 76, pag. 222 sq.* Imo Instructio Emi Cardinalis Rauscher *a Conc. plenario Baltimor. III,* § *104* commendata de istis obstetricibus plane tacet atque solummodo commemorat viros in arte medicorum peritos.

Hinc audito voto defensoris vinculi matrimonialis penes S. C. C. novum datum est rescriptum: « Episcopo, qui acta compleri curet ad tramitem adnexae instructionis defensoris matrimonii ex officio penes S. C. » Qua in instructione praeter accuratam observantiam Const. *Dei Miseratione* de officio defensoris vinculi matrimonialis, in novo processu conficiendo, praesertim requiritur testimonium septimae manus ex utraque parte atque inspectio corporalis uxoris « per *duas* saltem obstetrices ».

Quo rescripto ad Curiam Nannetensem transmisso tandem ibidem novus processus ex delegatione apostolica inchoatus est. At initium huius processus auspicatum non fuit.

Etenim Rmus Episcopus Nannetensis in ista causa suum Vicarium generalem Henricum Marchais constituit delegatum ; sed mirabile dictu in universo illo mandato Episcopi potestatis *delegatae a Romano Pontifice-* acceptae *nulla* fit *mentio* omniaque decernuntur, quasi Episcopus ex ordinaria sua potestate in ista causa posset procedere. Nemo profecto negabit, Episcopum esse ordinarium iudicem in prima instantia competentem, causa *nullitatis* matrimonii ex impotentia repetatur. *Cfr. cap. 1, X, defrig. IV, 15;* Ben. XIV. Const. *Dei miseratione* §§ 8, 13. At ad instituendum proces-

(1) In fine huius causae habes instructionem hanc, appendicis instar relatam.

sum *in ordine* ad petendam dispensationem matrimonii rati, Episcopi ex potestate *ordinaria* non sunt competentes, ut constat ex cit. Const. *Dei miseratione* § 15, et ex allegata decisione S. C. C. 16 Iun. 1894. Quare omissio illa delegationis apostolicae contra morem aliorum Ordinariorum facta videtur esse notanda, quamvis exinde nullitas subdelegationis non sequatur; nam rescriptum delegationis commemora tionem illam cum clausula irritante non exigit.

Alter defectus in illa subdelegatione maioris est momenti. Etenim Vicarius generalis deputatur, ut etiam *sententiam* in causa pronuntiet. Qua in re Rmus Episcopus Nannetensis limites mandati apostolici manifeste excessit. Ipse enim a S. C. C. ad *conficienda acta,* non ad ferendam *sententiam* de non consummatione matrimonii et causis dispensationis delegatus est. Hinc subdelegatio Rmi Episcopi quatenus ad ipsam ferendam sententiam extenditur ob defectum potestatis nulla et irrita exstitit. Nam huiusmodi sententia iam in prima instantia ab Emis Patribus est ferenda.

Ex reliquis actis processus iudicialis constat, utrumque sponsum in forma legitima fuisse examinatum ; rite quoque ex utraque parte producti et examinati sunt testes septimae manus. At nova quaedam inspectio corporalis uxoris, iuxta formam a S. C. C. praescriptam, non est facta. Quam inspectionem in actis supplet testimonium duorum medicorum, qui deponunt, se hymenem Annae incorruptum invenisse atque, ad facilitandam copulam coniugalem, post matrimonium iam contractum, operatione chirurgica perforasse.

Denique in fine actorum Rmus Vicarius generalis Henricus Marchais in forma solemnissima et post multas allegationes hisce verbis fert sententiam : « Pronuntiamus et iudicamus : Matrimonium inter Petrum Iosephum et Annam Mariam Magdalenam fuisse valide contractum ; illud autem matrimonium ratum non fuisse consummatum et adesse causas dispensandi, si Sanctissimo placeat, super vinculo matrimonii ».

Non opus est, ut multis verbis probetur, hanc senten-

tiam a Vicario Generali Henrico Marchais latam omnino nullam et irritam esse, saltem quoad matrimonii non consummationem et causas dispensandi. Nam in praecedentibus est demonstratum, ordinariam et delegatam potestatem iudicialem Episcopi Nannetensis ad huiusmodi sententiam ferendam sese non extendere.

Quibus in causa peractis, documenta ad Curiam Romanam nondum fuerunt transmissa, sed defensor vinculi matrimonialis Curiae Nannetensis *appellavit* contra sententiam in casu latam ad Curiam Archiepiscopi Turonensis. Quae appellatio ad illam partem sententiae Nannetensis fuit restricta, qua Vicarius generalis Marchais matrimonium Annae declaravit *non esse* consummatum. Nam nimis absona fuisset appellatio defensoris vinculi matrimonialis contra sententiam a Vicario generali in favorem *valoris* matrimonii Annae latam. Nam Benedictus XIV Const. *Dei yniseratione* § 8 disertis verbis statuit : « Itaque si a iudice pro matrimonii *validitate* iudicabitur et nullus sit, qui appellet, ipse (i. e. defensor matrimonii) etiam ab appellatione se *abstineat* ». Similiter inepta fuit appellatio contra alteram partem sententiae. Etenim- interposita est contra sententiam plane nullam et irritam et ad iudicem omnino non competentem. Profecto Episcopus Nannetensis potuit *subdelegare* Archiepiscopum Turonensem ad examen testis vel similem actum in ordine ad instruendam causam sive conficienda acta : at sicut ipse in prima instantia a Sede Apostolica ad ferendam sententiam de non consummatione nullam obtinuerat delegationem, ita etiam Archiepiscopus Turonensis in gradu appellationis omni caruit iurisdictione. Hinc optimo iure Emus Archiepiscopus Turonensis a sententia ferenda abstinuit atque suggessit, ut causa in statu et in terminis directe Romam mitteretur. Quodsi in epistola quadam actis inserta, quam scripsit Officialis Turonensis, declaratur, universo processu examinato etiam Curiam Turonensem non potuisse pronuntiare bententiam a Curia Nannetensi difformem, si revera sententia ferenda fuisset, huiusmodi epistola

informis et *conditionata* vim sententiae iudicialis non habet, sed est testimonium quoddam extraiudiciale viri in arte periti; quod adminiculum est ad indagandam veritatem.

At appellationum in ista causa nondum finis. Intrepidus enim defensor vinculi matrimonialis Curiae Nannetensis post responsa accepta Curiae Turonensis formaliter « *appellat* » ad Sanctam Sedem. Cuius novae appellationis ratio iterum fuit error iste principalis, S. Congregationem Concilii delegasse Episcopum Nannetensem ad instruendam *et definiendam* causam. Cui errori alter accessisse videtur de officio defensoris matrimonii *appellandi* in hisce causis etiam ad tertiam instantiam. Sane ex Const. *Dei miseratione* §§ 9, 10, 11, *duplex* requiritur *sententia conformis* de nullitate matrimonii legitime lata per novam appellationem non suspensam. At in casu non agitur de declaratione *nullitatis* matrimonii, sed de non consummatione atque de causis ad dispensationem super matrimonio rato requisitis. Quo in casu *unica* tantum requiritur sententia, quae iuxta eandem Const. *Dei miseratione* § 15, ut plurimum a S. C. C. iam in ipsa *prima* instantia fertur, ut Emi Patres solidum habeant fundamentum *voti consultivi* SSmo Domino in huiusmodi causis dandi. Quare omnes sententiae in inferioribus tribunalibus de non consummatione et causis dispensationis invalide latae, sunt praeterea tergiversationes et ambages plane inutiles.

Post tot discrimina tandem acta huius processus ad S. C C. fuerunt delata, in qua praemissis solitis dispensationibus de meritis istius causae disceptatio et definitio iudicialis est instituenda.

Antequam ad votum consultativum ipsamque matrimonii rati dissolutionem in casu procedatur *certis* et *legitimis* probationibus constare debet, matrimonium Petri et Annae non fuisse consummatum et canonicas causas existere ad concedendam dissolutionem matrimonii rati.

Nonconsummatio matrimonii in casu asseritur concordi et iurata *utriusque coniugis depositione,* ex qua inprimis le-

gitima probatio est repetenda. *Cfr. Instr. S. C. C. Aug. 1840 §§ Cum itaque, Expleto examine; Instructio S. C. Inq. a. 1858 et 20 Iun. 1883* (1).

Quare cum in casu depositiones coniugum non discordent, ad adminicula iuris et praesumptiones non est confugiendum, utrum parti afiirmanti aut parti neganti magis sit credendum, sed unice ex *errore* aut ex *collusione* coniugum vis probandi concordi assertioni potest negari. *Cfr. cit. Inst. S. C. Inq. a. 1883.* At error in casu nostro certe non habuit locum, cum in actis iudicialibus nullum habeatur vestigium, quod coniuges naturam actus coniugalis ob nimiam quandam simplicitatem ignorarint aut de facto adeo sensibili hallucinationibus fuerint obnoxii, collusio vero nullo solido argumento demonstratur, imo honestate coniugum atque ipsa animorum dissensione aliisque iuris adminiculis excluditur.

Quoniam ipso fatente actore in causa i. e. marito et ex consensu uxoris negari non potest, coniuges per sex hebdomadas in eadem domo cohabitasse eodemque lecto usos esse, *praesumptio* quaedam ex communiter contingentibus inter coniuges ad copulam habiles videtur militare contra utriusque coniugis assertionem. Quare maxime in isto casu iuxta recentissimam quoque responsionem S. C. O. in caus. *Varsaviensi 16 Iun. 1884, « testimonium septimae manus* stricto sensu sumptum (exigitur) ad *corroborandam* confessionem coniugum quoad inconsummationem matrimonii ». Quod testimonium septimae manus iuramento credulitatis confirmatum saltem si numerus testium spectetur quoad substantiam in actis iudicialibus huius causae exhibetur.

Atque ex parte viri nihil reperitur, quod solide contra testes eorumque depositiones excipi possit. Sunt enim omnes illi septem testes quoad longe maximam partem proxime consanguinei mariti aut ipsi intime coniuncti et noti. Neque testium honestas in dubium vocari potest unoque ore

(1) Instructio diei 20 Iunii 1883 relata fuit Vol. XVIII, 344.

testantur, fidem habendam esse assertioni coniugum atque etiam ex ipsorum testium opinione matrimonium Petri non fuisse consummatum.

Ex parte uxoris concedendum est, duos ex septem testibus parum aut nihil afferre, quod ad rem faciat. Consanguinei uxoris non sunt atque de quaestione principali i. e. de non consummatione matrimonii sese nihil scire fatentur. At reliqui quinque testes uxoris cum depositionibus septimae manus mariti omnino consentiunt.

Unica difficultas maioris momenti, cui insistit defensor matrimonii est illa, quod testimonium rectoris, « paroeciae uxoris et *matris* eiusdem » non fuerit exquisitum. Profecto in alia causa, in qua duplex testimonium parochi et matris sponsae fuerat omissum, Emi Patres antequam ad definitivam sententiam procederent, parochum et matrem in forma iudiciali examinandos esse statuerunt. Concedendum autem est, inter utramque causam in iure et in facto non levem intercedere differentiam. Nam in caus. Gnesnens. 28 Iulii 1892, 1 Sept. 1894, agebatur de declaranda *nullitate* matrimonii ex capite *vis* et *metus,* in casu nostro disceptatur de non consummatione matrimonii indubitanter validi. Porro in examine iudiciali de vi et metu lege speciali cautum est, ut *parochus* audiatur, cui singulari modo incumbit obligatio examinandi sponsos *ante* matrimonii celebrationem praesertim de vi et metu. Insuper in cit. caus. Gnesn. probatio vis et metus fuit anceps et debilis ideoque ad secundam causae propositionem per testimonium parochi et matris complenda.

At ubi agitur de non consummatione matrimonii sane *parentes, consaguinei,* vicini dicuntur audiendi tamquam testes septimae manus, *non parochi.* Imo non leves videntur obstare rationes, ut ab examinatione parochi in similibus causis abstineatur, quasi ipsi quoque pro more parentum vel consanguineorum de consummatione matrimoniorum cum suis parochianis sermones miscere soleant. Verum ad superabundantiam parochus uxoris ab ista causa non fuit

alienus. Ipse enim ut constat ex actis, tamquam delegatus Ordinarii Nannetensis, Annam de non consummatione matrimonii examinavit. Quo in examine Anna matrimonium suum consummatum fuisse omnino negat. Cui testimonio parochus uxoris in epistola actis adiecta non contradicit et insuper addit, duos medicos in operatione chirurgica Annam deprehendisse virginem.

Quare unice restat res satis mira, quod *mater* Annae non fuerit examinata. Quae omissio sane facilem haberet explicationem, si mater Annae iam fuisset mortua. At si mortua non est, ipsius testimonium in ista causa est maximi momenti ; facilius enim filiae huiusmodi negotium non consummationis matrimonii cum matre, quam cum patre aliisque consanguineis communicare solent. Quare cum defensor matrimonii in Curia Nannetensi profecto melius informatus sit de facto, vix dubium proposuisset de omisso examine matris iam mortuae. Est igitur in processu gravis lacuna atque ista omissio merito censetur suspecta, donec sufficientes afferantur explicationes.

Tertium argumentum maximi momenti, quo virginitas Annae fuisset comprobanda situm est in inspectione corporali iuxta Instr. S. C. C. 22 Aug. 1840 facta prout in rescripto pro more iniunctum erat.

At in actis iudicialibus haec leguntur : « Postea iterum introducta est Anna et eam tum iudex, tum defensor vinculi enixe hortati sunt, ut sese inspectioni duarum obstetricum iuxta placitum S. Conc. Cong. subiiceret. Omnia iam parata erant. Aderant in aedibus xenotrophii duo periti chirurgus unus, alter medicus, duae obstetrices et matrona. At vero hortationes in vanum cesserunt, omnino renuente dicta Anna inspectionem pati propter verecundiam naturalem et quia cum iam fuerat a medicis in morbo inspecta, quidquid amplius praestaret, inutile dictitabat ».

Duae rationes ab Anna allatae ad respuendam inspectionem corporalem nullam vim habent. Verecundia enim nequit allegari contra legitimum praeceptum Superioris eccle-

siastici et inspectio quaedam corporalis, quae in forma canonica non fuit facta, ex arbitrio mulieris nequit supplere inspectionem canonice peragendam.

At tertiam quandam rationem Anna in sui favorem allegare omisit i. e. *destructionem hymenis* per *operationem chirurgicam antea* factam. In actis enim iudicialibus Dr. Abeille, medicus, cui consentit Dr. Poisson chirurgus, haec deponit : « La membrane hymen *disparat* sous les efforts du chirurgien, le passage était libre et tout au plus pouvait on prévoir qu'il y aurait lieu d'excurer les caroncules ». Ubi autem locum habuit illa destructio hymenis inspectio corporalis vix amplius habet scopum. Hinc si in Instr. S. C. Inq. 20 Iun. 1883 statuitur: « Haec mulieris inspectio omittenda erit, si ea *vidua* sit aut constiterit post separationem a coniuge, cum quo lis est, aut etiam ante, cum alio viro *commercium* habuisse », idem fere de nostro casu dici potest. Principalis enim scopus inspectionis corporalis in eo sita est, ut bene cognoscatur, utrum *hymen integer* existat an laesus sit. At in casu nostro hymen operatione chirurgica plane fuit destructus ; ergo de integritate hymenis omnino constare non potest. Quodsi quis dicat, ex inspectione corporali saltem potuisse erui, num per operationem chirurgicam hymen fuerit abscissus, id ad rem est nullius momenti. Nam perforato hymene per operationem chirurgicam consummatio matrimonii haberi potest, cuius nullum manet vestigium. Quare universa disputatio tandem ad hoc reducitur, num *inspectioni corporali* a DDr. Abeille et Poisson factae *fides* sit habenda.

Qua in re concedendum est inspectionem corporalem non esse factam secundum Instr. S. O. C. 22 Aug. 1840 et secundum specialissimam illam Instructionem in hac causa datam, vi cuius inspectio dicitur facienda per *duas* saltem *obstetrices*, salva in reliquis Instr. 22 Aug. 1840. Nam balneum omnino non fuit adhibitum, neque *directe* per duas obstetrices, sed per duos viros peritos facta est inspectio, denique forma *legitima* a duobus istis peritis in ipsa inspe-

ctione et in circumstantiis post illam secutis non est servata atque nonnisi *duobus annis post* inspectionem istam privatam in actis iudicialibus processus confecti ex delegatione apostolica reperitur aliqua declaratio subscripta a duobus illis viris peritis.

Quam declarationem uterque medicus, Dr. Abeille et Dr. Poisson *subscripsit,* at *iuramento* non confirmavit neque ex actis iudicialibus ulla ratione eruitur a iudice delegato factum esse *examen duorum peritorum* iuxta formam in Instr. S. C. O. 22 Aug. 1840 praescriptam.

Ad impugnandam istam inspectionem vix iam multum insisti potest in omissione *balnei.* Quamvis enim S. C. O. in citata Instr. a. 1840 balneum omnino exigat in inspectione rite peracta, tamen S. C. Inq. in Instr. a. 1858 balneum tantum *condiiionate* requirit: « Adhibito prius mulieris balneo , *si necessario praemittendum physici* et *ipsae* (i.e. obstetrices) *iudicaverint* ». Eadem S.C. Inq. in Istr.20 Iun. 1883 de isto balneo omnino tacet neque in Instr. Emi Cardinalis Rauscher §§ 174-175 balneum commemoratur. Neque adeo urgeri potest, quod a duobus viris peritis, uno medico, altero chirurgo, non a duabus obstetricibus facta sit inspectio corporalis Annae. Hac enim in re inprimis attendendum est, quodnam medium ad comprobandum factum non consummationis sit omnino in se aptum et legitimum. At inspectio per medicum et chirurgum in se est medium aptum, imo aptius, ut maiori cum securitate et certitudine quam per duas obstetrices probetur non consummatio alicuius matrimonii ; legitimum quoque existit, quia inspectio etiamsi per obstetrices magis sit conformis decentiae legibus, tamen intrinsece mala non est, si a medicis fiat, secus tandem aliquando medici ab assistentia in difficili partu aut certis morbis mulierum curandis essent excludendi ; decentiae vero consuli potest, si necessariae cautelae non praetermittantur. Quare mirum non est, quod in cit. Instr. Emi Cardin. Rauscher l.c. obstetrices omnmo non commemorantur. Gasparri vero in suo tract, de matrimonio n. 1197 scribit:

« Diximus tamen *quoad substantialia* (i. e. servandam esse proceduram a Sede Ap. praescriptam) quia e. g. in Curia Parisiensi inspectio corporis mulieris fit non ab obste tri cibus, sed a duobus peritis assistente non matrona, sed religiosa ex illis, quae mulieribus parturientibus opem praestant. Inspectio corporis fit non a quinque, sed a duobus peritis; tandem iudex, defensor matrimonii et cancellarius nunquam accedunt statuta die et hora ad locum inspectionis et *tamen S. C. C. acta eiusdem curiae sanare non solet* ». Quare etiam Curia Nannetensis reprehendenda non videtur, quod actis iudicialibus inseruerit testimonium duorum illorum peritorum, cum propter obstinationem Annae aliud fieri non potuerit.

Quod testimonium medicorum, quamvis in forma perfecte canonica non sit datum, tamen iuxta tenorem declarationis fit ex officio atque pro usu tribunalis ecclesiastici. Neque defensor matrimonii Curiae Nannetensis ullam exceptionem proponit contra assertionem medicorum, hymenem Annae in operatione chirurgica fuisse repertum integrum atque ab omni difficultate movenda contra scientiam et honestatem medicorum prorsus abstinet. Quare vel ipse defensor vinculi de veritate assertionis videtur fuisse convictus. At integritas hymenis constituit principale et peremptorium argumentum virginitatis, nisi quis divinare velit aut ad extraordinarias quasdam confugiat exceptiones, quae in casu nostro contra signa ordinaria et naturalia stricte essent probandae. Per se enim standum est naturali rerum ordini ideoque huiusmodi argumentum non obstantibus obiectionibus quibusdam constanter a S. C. C. fuit admissum.

Si iam quaeratur *de causis,* ob quas *dispensatio* matrimonii rati in casu possit concedi, non videtur esse dubium, quin numero et gravitate sint sufficientes. Etenim inprimis iam tanta est animorum aversio, ut felix exitus huius matrimonii vix possit sperari. Praeterea etiamsi certis argumentis non possit probari, Annam vere esse impotentem, tamen ex testimonio medicorum Anna est mulier hysterica

suoque modo agendi plane singularis. Quare istud matrimonium marito haud raro practice erit inutile, onerosum, suoque legitimo usu privatum. Inde fit, ut maritus non levibus periculis peccandi sit expositus.

Conclusio. Morali certitudine in casu iam videtur constare de non consummatione matrimonii et multo magis de causis ad dispensationem requisitis ; tamen ad ferendam sententiam stricte iudicialem acta videntur esse antea supplenda per formale examen, matris Annae atque duorum medicorum iuxta brevem instructionem a defensore vinculi S. O. C. dandam. Insuper a Curia Nannetensi videtur requirendum, num interim nulla reconciliatio vel cohabitatio coniugum locum habuerit, nisi Emis Patribus ab istis novis formalitatibus per benignam sanationem abstinendum esse videatur.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO.

Petrus Ioseph et Anna Maria Magdalena die 29 Iunii anno vertente 1891 iugale foedus, servata forma a sacrosancto Tridenti concilio praescripta, inter se inierunt.

A die nuptiarum ad diem 14 subsequentis augusti neoconiuges in maritali domo, exceptis nonnullis Annae absentáis, cohabitarunt atque eodem cubitarunt in thalamo.

Praedicto die 14 Augusti 1891 Anna Petro valedixit, Petrus vero citatis equis apud laicum magistratum ursit divortium. Qua de re Anna iure optimo merito quaeritur : « Mon mari (ita illa) a demandé le divorce au bout de six semaines, ce qui m'a tout-à-fait indisposée ». Alibi uxor ait: « Il a fait sa demande le 9 Septembre 1891 ». Vir asserit id se praestitisse « *A la fin du mois d'Octobre 1891* ».

Modo Petrus matrimonium opere imperfectum mansisse demonstrare pertentat : sed laborat incassum. Illud enim medicorum Abeille et Poisson scriptum testimonium nullius prorsus ponderis est : quippe quod Uteris amandatum est duobus exactis iam ab muliebris corporis exploratione annis. Huc accedit, ut corporis revisio facta sit quacumque, ex multiplicibus a iure praescriptis, circumspectione ces-

sante. Nec medici de exploranda virginitate data opera egerunt, sed ad summum arbitrati sunt se eius vidisse argumenta, per transennam, ut aiunt. His adde quod in probatis haud sit coniuges, post cunnum dilatatum diruptumque a peritis hymenem, *solum cum sola* momento temporis minime fuisse. Porro Anna discessit die 14 Augusti 1891 discissio vero a medicis facta est die 13 praedicti mensis.

Nec maioris est ponderis iurata coniugum confessio cum septima manu. In facto namque praeprimis prostat gravissima medici Pauli 0'neill testatio, qui percontatus a iudice: « La (Annam) croyez-vous incapable de dénaturer la vérité ? » reponit : « Les hystériques n'ont qu'une demi-coscience de ce qu'il affirment ; leur témoignage est toujours suspect »: Aloisius Maria Babanneau contentus est asserere: « Je ne crois pas qu'elle ait habitude de mentir ».

Deinde observo in iure testimonium septimae manus requiri, ut ait Sánchez *de matrim, lib. 7, disput. 108, n. 7,, eo quod posset esse collusio inter coniuges ; et ut,* cautiori *diligentia adhibita, dissolutio matrimonii fiat. Quae res maximi momenti est.* At nemo sanus dicet non requiri praeter iuratam coniugum confessionem ac septimam manum argumenta, ad evincendum factum, v., gr. inconsummationem matrimonii, a quo dissolutio matrimonii pendet, idonea. Hoc enim paulisper admisso nihil esset tam facile quam victoriam in causis matrimonialibus captare. Nec in ipsis enim iudiciis trioboli iurata confessio interesse habentis attenditur, etsi agmen testium affirmet illum esse mentiri nescium.

Neque negotium facessit celebre *cap. Laudabilem., 5 de frigid, et male f.* Ibi enim Caelestinus III agi de naturaliter frigidis ac triennali coniugum cohabitatione, quibus positis, septima manus, idest propinqui ac vicini, cum vera coniuges dixisse renuntiant, non solum religioni coniugum innituntur, sed praesertim factis, quae ipsi viderunt vel audierunt tempore non suspecto. Agit pontifex de viro qui perpetuae notam impotentiae in se suscipit ac perpetuum aliarum nuptiarum interdictum.

Profecto non ego facile credam, praeclarissimum illud ecclesiae lumen ac insignem fori principem, Card. De Luca nec saepedictum *cap. 5 De frigid, et male f.* nec optimam cuiuscunque legis interpretem, subsecutam observantiam, cognovisse. Profecto Card. De Luca ea in sententia est ut, posito coniugum genio, non ineptorum condormitione, probatio inconsummationis matrimonii, si mulier in aspectu corporis sui confidere nequeat, fere impossibilis sit. « Difficultas magna apud me erat, ita ille *De matrim, disc. 9, n. 15,* quod ageretur de *vidua,* quae cum viro iam dormierat, ideoque non agnoscebam quomodo convinci posset negativa consummationis matrimonii, licet enim id non sit omnino impossibilis iustificationis, attamen videtur nimium difficilis, adeo ut sit difficultas, quae quodammodo fraternizet cum impossibilitate ». Iam vero si iuramentum coniugum una cum testibus *septimae manus* asserentibus, coniuges esse periurii incapaces omnique fide dignos ad adstruendam inconsummationem matrimonii sufficeret, viduis ipsis quae cum viro etiam atque etiam dormierunt inconsummationis probatio, non minus quam virginibus, in promptu semper est. Etenim *septimae manus* testimonio in huiusmodi causis virgines non minus quam viduae indigent. Non facile autem contingit ut *septimae manus* testes coniugibus sé inducentibus periurii notam appingant.

Supervacaneum duxi verba facere de inquisitionis vitiis, quoniam accurate ac docte de his disputât lectissimus consultor canonista; et, mora haud interiecta, ad inscriptam rogationis formulam submisse postulo rescribi : « Negative ».

Quibus praemissis propositum fuit diluendum

Dubium

An consulendum sit SSmo super dispensatione a matrimonio rato et non consummato.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die **29** Ianuarii **1898,** censuit respondere: *Praevia sanatione actorum, affirmative.*

APPENDIX QUOAD IMPEDIMENTUM IMPOTENTIAE. Instr. S. C. S. Officii 1858 *(Pro conficiendo processu super viri impotentia, et non secuta matrimonii consummatione, accedente Pontificis dispensatione ab accurata observantia praescriptionum Bullae Benedicti XIV.* Dei miseratione).

Iudex ad hoc deputatus prae oculis habeat quod examina, quaecumque illa erunt, fieri debent sub iuramenti fide; et cancellarius curiae episcopalis, vel altera persona deleganda, interrogationes, responsa, et quaelibet acta scripto tradet, facta prius adnotatione mensis, diei, anni, loci, et personae iudicis coram quo coniiciuntur acta, nec non cuiuslibet testis examinandi.

Testes singillatim audiantur, et in fine examinis se subscribant proprio nomine, vel cum signo crucis quatenus sint illiterati.

Primus ille coniux audiatur, qui actor est in causa. Interrogationes Iudicis arbitrio, prudentiae et sagacitati relinquuntur: attamen pro eius commoditate sequentes traduntur quibus alterae addantur prout melius in Domino iudicaverit ad factorum veritatem magis magisque eruendam, nimirum: A quanto tempore sese cognoverint sponsi ante matrimonium ; an parentum consensu, sponte, et mutua voluntate illud inierint: an in sequenti nocte in eadem domo, eodemque cubiculo, et toro cubaverint, officiisque coniugalibus ultro libenterque operam dederint; an matrimonium consummaverint; an ipse examinatus cognoscat, vel suspicetur causas propter quas consummare nequiverint, licet iteratis vicibus etiam in sequentibus noctibus ausi fuerint ; an id contigerit ob nimiam angustiam cunni mulieris, vel ob immodicam sui penis crassitudinem, aut propter debilitatem, ita ut nulla, vel parvi momenti fuerit erectio; an, quae, et quanto tempore adhibita fuerint medicamenta, et quinam fuerint effectus; quamdiu simul vixerint, et condormierint ; quis primus alterum coniugem deseruit, et an etiam aliae causae accesserint: an et quibus parentibus, amicis, vel vicinis secreto manifestaverint quod matrimonium non fuerit consumma-

tum, eosque singillatim nominet. Haec vel similia etiam ab altero coniuge requirantur, ut an inter se apprime conveniant dignoscatur.

Deinde testes qui ab ipsis coniugibus fuerint recensiti, seorsim examini subiiciantur. Prius vero eorumdem parentes audiantur, uti praesumptive magis informati; postea vero famuli, et viciniores. Si quis illorum obierit, vel longinquas regiones petierit, in actis innuendum erit. Interrogationes autem sequentes proponuntur, sed immutandae pro rerum adiunctis : - An cognoscat coniuges de quibus sermo; an sciat utrum libenter mutuoque affectu sese copulaverint, condormierint, et matrimonium consummaverint; an sit instructus quibus de causis consummare nequiverint, et an, et quid ad illas amovendas experti fuerint ; utrum et quae conquestio inter ipsos extiterit; quaenam sit fama tam apud se, quam apud alios de hac prae tensa non consummatione.

Singulorum testium absoluto examine, duo saltem ex celebrioribus civitatis physici medicinam et chirurgiam callentes seligantur, corpus viri inspecturi super eius potentia ad coeundum cum muliere maxime virgine, nec ille physicus praetereundus qui forsan antea fuerit adhibitus ad viri incommoda medenda. Animadvertendum autem, ut mediis utantur licitis et honestis, et perscrutandum praecipue utrum illius virilia sint iuxta naturae leges accurate conformata: nimirum, an penis naturalem habeat dimensionem, promptamque erectionem ad coeundum necessario duraturam ; an aliquo morbo fuerit affectus, a quanto tempore, et cuiusnam characteris ; an fibrae compactae et consistentes, seu potius flaccidae lassaeque sint ; an testes sani, naturalisque magnitudinis, et utrum aliquo vitio laboraverint, vel adhuc laborent ; quo in casu morbi characterem, et causas investigabunt; an verus, vel recens, naturalis, vel acquisitus, et an curabilis, nec absque salutis periculo. - Quibus omnibus diligenter inspectis, singula sub iuramento scripto tractent, et quid ipsi sentiant de viri impotentia an acquisita,

vel ingenita, absoluta vel relativa tantum, ingenue fateantur nullaque relicta ambigendi ratione.

Corpus insuper mulieris, sed maxime illius genitalia membra a duabus saltem obstetricibus in arte et praxi peritioribus ac bonis moribus imbutis inspiciantur, adhibito prius mulieris balneo, si necessario praemittendum physici et ipsae iudicaverint. Accurate observabunt signa integritatem mulieris constituentia, nimirum conformationem partium, iuncturam, duritiem, rugositatem, et colorem ; an hymen sit integrum, vel confractum in totum vel in parte ; hoc in casu an et qua naturali causa, seu potius e congressu extranei corporis contigerit ; an myrtiformes carunculae inveniantur, earumque magnitudinem, numerum, et conformationem, aliaque signa ab arte tradita integritatem aut corruptionem mulieris constituentia sedulo inspiciant. Deinde unaquaeque seorsim singula, quae repererint, sub sacramento iudici, et a cancellario scripto fideliter tradenda, distincte exponat, et quid ipsae sentiant de illius integritate declarent. Earumdem depositiones praedictis physicis examinandae tradantur, ut decernant num mulier adhuc integra habenda sit atque matrimonium non consummatum iudicandum. Verum si aliquod dubium adhuc explicandum supersit, opportunis ab ipsis physicis concinnatis interrogationibus, iterum obstetrices examinentur, et si nihilominus anceps peritorum iudicium permanserit, corpus mulieris ab ipsis inspiciatur, adstante vero matrona antiquae virtutis, nullique exceptioni obnoxia, et ab Ordinario designanda. Expleta inspectione, iudicium dabunt physici singulasque profèrent rationes, quibus ipsorum sententia innititur.

Praetereunda tamen non erit investigatio super qualitate testium audito eorumdem parocho vel alia proba et apprime instructa persona, utrum ipsi sint bonis moribus imbuti, ac plenam mereantur fidem illorum depositiones.

Omnibus superius recensitis diligenter ab Ordinario collectis, illa ad S. Congregat, mittere festinabit, decretorio eius iudicio subiicienda.

Instr. S. C. S. Officii *Septemb. 1890* — Episcopo Myssuriensi qui doceri petebat modum" procedendi in iis causis matrimonialibus, in quibus agitur de impedimento impotentiae, Emi PP. S. C. S. Romanae et Universalis Inquisitionis *Instructionem* supra relatam trásmittendam mandarunt cum animadversionibus quae sequuntur.

1. Quamvis concedatur dispensatio a rigorosa observantia formae per Benedictinam Constitutionem *Dei miseratione* praescriptae, id tamen intelligendum erit durantibus circumstantiis expositis, et in casibus in quibus eius observantia foret impossibilis aut valde difficilis.

2. Atque hisce etiam in casibus ab ea, quo minus fieri poterit, erit recedendum, et curandum ut saltem in substantialibus observetur.

3. Idcirco si processus conficiendus erit in civitate ubi Episcopus residet, vel in locis ab ea haud ita longe dissitis, eius observantia accuratior esse debebit quam in iis in quibus ob distantiam, ob peculiaria adiuncta, et ob defectum idonearum personarum id praestari nequeat.

4. Ad ea loca ubi unus tantum missionarius reperitur, mittendus erit alter sacerdos qui illi adsistat tamquam vinculi matrimonialis defensor, ac simul examina assumant, physicam partium inspectionem decernant eo meliori modo quo fieri poterit pro locis et pesonarum adiunctis.

5. Confectis actis, antequam Ordinarius ad sententiam procedat, integrum processum mandabit uni vel pluribus sacerdotibus, quos peritiores existimaverit, eorumque votum exquiret tam circa formam quam circa substantiam; et quatenus ipsis moralis certitudo exinde hauriri posse videatur, Ordinarius, audito vinculi defensore, iudicabit in prima instantia, et deinde acta cum sententia a se lata transmittet ad Metropolitanum, atque etiam, si libuerit, immediate ad S. Sedem.

6. Si vero sacerdotibus memoratis acta minus sufficere visa fuerint, compleantur, et deinde iudicabitur ut supra.

7. Quando vero ex serie actorum impotentia concluden-

ter probari non poterit, constabit tamen morali certitudine matrimonium minime consummatum fuisse, et causas adesse quae pontificiam dispensationem super matrimonio rato et non consummato suadeant, integra acta transmittantur ad S. Sedem, una cum precibus quibus huiusmodi dispensatio postulatur. In causis vero quae peculiares difficultates exhibeant, integrum erit Ordinario ad S. Sedem recurrere, expositis omnibus rei circumstantiis.

EUGUBINA

IURIUM CONFRATERNITATUM.

Die 29 Ianuarii i898.

Sess. 24, cap. 3, De reform.

COMPENDIUM FACTI. In civitate Eugubina iam pridem quatuor constitutae sunt Confraternitates quae vulgo *S. Crucis, Alborum, Nigrorum* ac *S. Philippi* nuncupantur, quaeque in efFerendis et associandis cadaveribus in primis operam dare consueverunt. - At ab anno **1601**, uti fertur, in eadem civitate viget Sodalitas a SSmo Sacramento dicta, cui hactenus in more non fuit fidelium associare cadavera. - Huius Sodalitatis, in singulis fere paroeciis institutae, curam maxime gerunt Parochi qui a sodalibus utriusque sexus enixius expetunt, ut frequentes et devoti Smum Christi Corpus comitentur quum ad infirmos, Viatici gratia defertur.

Postremis hisce annis ad cultum SSmi Sacramenti magnopere provehendum maiori studio parochi curarunt in suis ecclesiis erigi huiusmodi sodalitates et opibus instrui, quibus valide constituerentur. In civitate Eugubina Parochi id magis assequi posse arbitrati sunt, si haec quoque Sodalitas in associandis cadaveribus operam impenderet. Hinc litteras dederunt Episcopo eo praecipue consilio, ut ius hactenus ab

aliis quatuor Confraternitatibus exercitum, etiam Confraternitati a SSmo Sacramento nuncupatae plane viiidicaretur.

Episcopus hisce rationibus permotus hoc dedit decretum: « Attentis expositis a Rmis Parochis Eugubinae civitatis, visis difficultatibus temporum, praesertim in re finantiaria, ab a. 1880 incipiendo, visis piis conatibus Congressuum Catholicorum et maxime Neapolitani et Taurinensis pro maiori cultu et religione in SSmum Eucharistiae Sacramentum, libentissime annuimus, ut in qualibet parochiali Ecclesia, ubi non existat, erigatur pia Sodalitas vel Confraternitas SSmi Sacramenti, imo iniungimus singulis Parochis civitatis Eugubinae, ut quam primum conficiant statuta Confraternitatis et formalem postulationem ad dictam Confraternitatem instituendam, Nobis eo citius praesentent pro canonica erectione et Statutorum approbatione. Volumus vero ut praedictae Confraternitates vel iam institutae vel in proximum instituendae inserviant praecipue suis quoque parochialibus ecclesiis, praesertim ad cultum praebendum SSmo Eucharistiae Sacramento, et in solemnitate quadraginta horarum, et in processionibus singulis, in quibus SSmum Christi Corpus sacramentaliter defertur. - Servatis insuper quae a vigenti dioecesana Synodo disponuntur circa iura et onera Confraternitatum, in urbe Eugubina existentium in associatione cadaverum, decrevimus ut in posterum piae Sodalitates vel Confraternitates SSmi Sacramenti, sed tamen ut supra iam canonice institutae et a nobis recognitae ac approbatae, possint et valeant in suis paroeciis tantum associare cadavera, tum eorum qui dictis Confraternitatibus nomen dederunt, et tempore mortis adhuc in fratrum albo reperiuntur, dummodo in vita obligationibus susceptis satisfecerint, tum etiam eorum qui postulaverint associationem dictae Confraternitatis. - Sed hoc etiam in casu semper debet cadaver sociare Confraternitas Paroeciae, quin unius Paroeciae Confraternitas alterius Paroeciae possit repraesentare Confraternitatem, vel eius loco interesse. Volumus insuper, ne frustraneum reddatur ius Confraternitatum S. Crucis,

Alborum, Nigrorum, ac S. Philippi, Confraternitas SSmi Sacramenti nequeat sociare cadavera eorum qui adscripti non. sunt, nisi unita cum altera saltem Confraternitate supra citata, servatis de praeeminentia servandis. Speramus vero quod eae Confraternitates SSmi Sacramenti possint existere paratae pro futura solemnitate SSmi Corporis Christi," mense iunio recurrente, et in qualibet Paroecia laudabile officium praestent ad singulas supplicationes insequentium octo dierum. Iis Confraternitatibus ius sit Crucifixum praeferre, ac habere grande Vexillum, seu *Stendardo* quod vocant. - Data Eugubii die 6 Ianuarii 1895. - Aloisius Episcopus ».

Editum decretum singulis Sodalitatibus denunciatum fuit, quod et admiratione exceperunt et querela Sodales quatuor illarum Sodalitatum, quae ius exercuerant exclusivum efferendi fidelium cadavera, quia ne certiores quidem factae fuerant de edendo decreto, nec ulla ratio habita erat iuris ab ipsis iam diu pacifice exerciti. Hinc Priores harum quatuor Confraternitatum sisterunt coram Episcopo, ut de hoc decreto conquererentur. - Verum intra quod tempus ab evulgato edicto Priores hanc moverint querelam ex actis non constat, et hoc animadversum fuit, quippe postea quaestio erit, an extraiudicialis appellatio, (intra decendium interponenda), reapse legitimo tempore facta sit. - Quaenam fuerit eorum intentio, quum protestati sunt, ita significant iidem Priores in litteris datis Episcopo Eugubino *diei 11 Maii 1897,* inter alia haec asserentes : sese noluisse facere oppositionem directam eiusmodi decreto Episcopi, sed eundem exorare ut idem revocaret ; quod facturum adpromisit, habitis uti veris rationibus per nos exhibitis. Qua de re iustificari oppositiones nostras contra applicationem decreti. Quas oppositiones uti validas habitas ab Ordinario fuisse patet; nam id Ordinarius non fecisset quatenus censuisset decretum validum et in sua vi permanere.

Quidquid vero sit de ratione instauratae et contestatae litis, hoc versatur extra controversiam, rem nempe ab edito decreto nunquam pacificam fuisse, et altercationibus uni

alterique parti occasionem praebuisse. - Hodie vero coram S. C. C. versatur contentio inter quatuor Confraternitates et Parochos civitatis Eugubinae. qui quasi tutorio nomine Sodalitates tuentur a SSmo Sacramento dictas, in singulis suis Ecclesiis institutas, quarum institutionem iam ab initio et curarunt et fovent. - Ad S. C. C. quaestio deducta est quia Antistes, Aloisius Lazzareschi qui decretum edidit, ab Episcopatu Eugubino se abdicavit, et hodiernus Episcopus suis litteris *diei 22 Februarii 1897* expetiit, ut res apud S. hanc Congregationem definiretur. - Ceterum siquidem quaestio est, *an decretum (extraiudiciale) Ordinarii Eugubini sustineatur in casu,* suopte iure iudicialis controversia ad Emos Patres pertinebat, si admittatur locum fuisse appellationi extraiudiciali.

Hodiernus Episcopus in suis litteris rem controversam quod spectat hoc tantum testatur : Synodum absque limitatione, tribuere quatuor dictis sodalitiis ius peragendi associationes et funera.

Disceptatio Synoptica

IURA PAROCHORUM. Parochi suam intentionem ita probant. Advertunt, Episcopum in iubenda erectione Sodalitatum, SSmi Sacramenti cultui addictarum, regulis obtempérasse propositis a Coetibus eucharisticis tanta laude a Summo Pontifice approbatis ; in concedenda vero eisdem facultate associandi praecipue suorum sodalium pie demortuorum cadavera, adhaesisse praeceptis iuris communis, vi cuius usque Sodalibus sacco utentibus ius vindicatur fuit efferendi saltem suorum confratrum cadavera.

Huic legitimo decreto, instant Parochi, duas suffragari rationes ordinis practici, et altera est ^necessitas opes suppeditandi erectis Sodalitatibus necessarias, ut suo instituto respondeant; altera innititur in proposito arcendi scandala quae, referunt Parochi, obvenire quum aliarum Sodalitatum confratres pium hoc opus explent.

Notant, iidem Parochi, ex decreti praescriptione magnam proventuum iacturam aliis Sodalidatibus non derivari, quia et ipsae con vocabuntur, fere uti antea, ad fidelium associahda cadavera.

Praeterea advertunt, e contra, magnum fieri discrimen Sodalitatibus, a SSmo Sacramento nuncupatis, si Decretum rescindatur; quia iam aere alieno gravantur, impenso in suppellectilibus sibi comparandis, adhibendis in cadaverum associatione ; et addunt : has expensas factas fuisse post editum decretum plures menses, ut sodalitia, si vellent, appellationem interponerent : quod agere omiserunt.

Si resolvatur decretum, aliud discrimen timent magnopere Parochi in animorum offensione, quae primo excitantur vehemens in civibus praestantioribus qui hodie hisce Confraternitatibus nomen dederunt, quaeque exasperatio convertetur in despectum Parochorum et in contumeliam legitimae auctoritatis, nec non in perturbationem publicae tranquillitatis.

IURA PRIORUM. EX adverso Priores quatuor Sodalitatum notant, ipsos Parochos in supplici libello admittere ius illarum privativum associandi cadavera.

Rationem vero ob quam ab huiusmodi pio opere iam a suo exordio se abstinuerit adversa sodalitas isti repetunt *primo* ab eiusdem natura. Siquidem a Paulo III a. 1439 Const. « *Dominus noster* », huiusmodi sodalitates institutae fuerunt eo dumtaxat consilio ut religionem enixius foverent et proveherent in Corporis Cristi Sacramentum. *Secundo* ex ipsis Constitutionibus quibus in Eugubina civitate hae sodalitates statutae sunt a. 1601 ab antistite Andrea Sorbolongo. In *cap. XXX n. 5.* Quamobrem eruitur confratribus non fieri praeceptum, non tribui ius associandi suorum confratrum cadavera, sed dumtaxat exhortationem fieri.

Quare *tertio* Priores sodalitatum huiusmodi morem repetunt ex antiquiore possessione, qua iam diu fruebantur quatuor confraternitates, quum adversa sodalitas instituta fuit.

Nihilominus, instant Procuratores Sodalitatum, quod hodie assequi conantur Parochi, obtinere nisi sunt *anno 1827* per petitionem Episcopo Massi oblatam paucis diebus ante quam Synodus celebraretur, ea Synodus qua adhuc Eugubina dioecesis utitur. - Hac de re certiores facti Confraternitatum Priores acerrime restiterunt ne ius iampridem pacifice et exclusive possessum, videlicet associandi cadavera, alii Confraternitati concederetur. Ut res vero faciliori compositione absolveretur^ concordiae pactum proposuerunt qua sexta pars omnium redituum ex cadaveribus associandis provenientium assignabatur Sodalitati a SSmo Sacramento nuncupatae. Synodus ab Antistite Massi celebrata *a. 1827* huiusmodi concordiam ratam habuit et confirmavit in *cap. XXX - De Funeribus et Sepulluris* - ; sub *n. 6* enim legitur : « *Pro defunctorum associatione id statuimus ut sodalitates illas, quas magis placuerit, liceat decedentibus vel eorum heredibus eligere, nulla habita ratione adscriptionis: - Eugubii servata concordia a Primoribus quatuor Sodalitatum inita, quam edimus in appendice n. 16 quaque statuitur ut Sodalitates omnes teneantur sextam partem omnium proventuum ipsis, non peculiaribus vero fratribus in quolibet funere pertinentium Societatis SSmae Eucharistiae Sacramenti tribuere, inter quos aequali ratione eos proventus partiendos esse iubemus* ». Concordiae pactum *in append. n. 16* ita fuit expressum : « *Fissatosi dal Sinodo Dioecesano che le sole quattro Confraternite di S. Giovanni Decollato detta dei Neri, di S. Croce della Face, del SSmo Costato e di S. Maria del Suffragio possono associare i cadaveri dei fedeli defunti nelle Parrocchie di questa città di Gubbio_____i Priori o Rettori delle suddette quattro Confraternite______stabilirono quanto segue:*

« **I°** Che da oggi in avanti tutto l'utile sì in cera che in denaro che ridonda alle quattro Confraternite suddette... debba depositarsi in una sola cassa per poi dividersi in eguale porzione dalle Confraternite medesime in fine di ogni anno, *meno la sesta parte del prodotto... quale dovrà passarsi a*

tenore delle sinodali disposizioni in fine di ogni anno dal medesimo cassiere con ritiro di regolare ricevuta, alle Compagnie del SSmo Sacramento, erette nelle sei Parrocchie delle Chiese ».

Synodi autem praescriptionem, contendunt Procuratores, non ius tribuisse, sed morem ab antiquiore aetate invectum confirmasse ; cuius moris tempore editi Synodi praeclara habita fuerat testificatio. Siquidem quum Napoleon I Imperator Sodalitatum bona et iura convellisset et dumtaxat passus sit, vigere Sodalitates SSmi Sacramenti cultui addictas, hae interim Fidelium cadavera associabant ; sed non semel ac restitutae sunt ab interitu veteres quatuor Confraternitates, illae ab associandis defunctis destiterunt et aliae suum munus explere prosecutae sunt, prouti antea.

Hodiernae quaestionis documenta pressius examinantes Sodalitatum Procuratores, petitionem Parochorum quod spectat, notant supplici libello subsignatus reperiri omnes et singulos Parochos, sed excipiunt adversus subscriptiones tum Vicarii Parochi Ecclesiae Cathedralis, tum Parochi ad S.Ioannis Baptistae ; siquidem aiunt hos parochos titulum non habere, sed vices gerere Capituli Cathedralis quod reapse Parochus est. Referunt vero Capitulum in capitulari Conventu *diei 10 Ianuarii 1897* ad instantiam novi Vicarii Parochi unanimi suffragio significasse, se nullimode adhaesisse aut adhaerere petitioni ab aliis parochis Episcopo factae.

Ad Episcopi Decretum quod attinet, inter alia advertunt, idem sua ruere mole ob adiectam expresse cautionem; scilicet « *Servatis insuper quae a vigenti dioecesana Synodo disponuntur circa curam et onera Confraternitatum in urbe Eugubina, existentium, in associatione cadaverum, decrevimus etc.* ». Quamobrem nedum legi derogatum fuit, sed adeo diserte confirmatur, ut nulla ei contraria praescriptio consistere valeat.

Mentem Episcopi in Decreto edendo eam fuisse, Priores colligunt ex epistola eiusdem ex die 25 Ianuarii 1897.

Demum in quaestionem ex officio animadversum fuit: quamvis Parochi advertant multo tempore post editum controversum decretum Priores Sodalitatum querelam aut appellationem movisse, tamen non videtur speciale dubium instaurandum : *An* nempe *sit locus appellationi extraiudiciali in casu.* Nam *primo* Parochi formiter hoc non expostulant ; *secundo* nullum certum deducunt factum in quo huiusmodi petitio innitatur; *demum* Priores ita se gesserunt, ut ad Ordinarium se convertirent pro obtinenda *revocatione decreti,* quin intenderent causam movere iudicialem. - Ordinarius autem rem maluit S. C. C. remittere. Quamobrem potius hodie deliberandum est de *recursu extraiudiciali* quam de vera *appellatione extraiudiciali.*

Ad meritum causae quod attinet, in primis animadversum fuit, *iura* confraternitatum uti a *proprio fonte* desumi directe non *a iure communi,* sed a statutis ab Episcopo *privative* approbandis, quibus regitur quaeque Sodalitas. - Lucii Ferraris - *Biblioth. can. V. Confrat. art. 5, n. 22.*

In statutis vero solet, confratribus onus imponi sociandi cadavera confratrum ; sed *de iure communi,* S. C. Rituum in *una Bononien. 9. Dec. 1617* edixit confratres non posse accedere ad funeralia mortuorum *nisi specialiter et expresse vocentur;* et Lucius Ferraris *I. c. art. o, n. 16* docet, heredes defuncti invitare posse numerum Sacerdotum Saecularium aut Regularium imo *et Confraternitatum* sibi bene visum, nec cogi posse ad vocandum Capitulum vel alios, sed solum Parochum; Sac. Cong. EE. et RR. *17 Martii 1759; 11 Octobris 1580 ; 24 Ianuarii 1581; 11 Ianuarii 1647, et 11 Decembris 1649.*

In themate, quia statuta neque iubent confratres accedere ad cadavera defunctorum associanda, neque prohibent quominus associent, proinde *de iure communi* invitandi essent *specialiter et expresse* si agatur de aliquo non confratre; confratris autem cadaver associare possunt *ob invitationem* factam in statutis, quae efficit ut praesumatur quisque confrater velit se conformare huic invitationi, et hinc confra-

tres illius voluntatem interpretari, dum accedunt ad eius funus, etsi non expresse invitati.

Praeterea ipsa concordia quae obiicitur, in casu, videtur esse confimatio iuris competentis Sodalitati a SSmo Sacramento nuncupatae, quae huic iuri cedens favore aliarum quatuor Sodalitatum, sextam partem obtinuit proventuum funeralium. - In textu concordiae, reapse, mentio non habetur de ratihabitione quam praestiterit ad firmandum pactum Sodalitas a SSmo Sacramento dicta, sed aequipollenter pactum firmatum fuit, quum haec sodalitas *sextam partem* sibi concessam recepit, neque contradixit. - Semel inita concordia, haec sane irrevocabilis est, nisi una ex illis causis super veniat, quibus transactiones rescinduntur. Inter has rescissionis causas una est laesio *gravissima,* quae proveniat uni ex contrahentibus ab observantia contractus; uti docet Schmalzgrueber *tit. De transad, n. 19 ;* imo alii uti Reifienstuel *tit. De trans, n. 52* et Santi *eod. tit. n. 17* opinantur rescissioni obtinendae sufficere *gravem* laesionem.

Quibus animadversis, propositum fuit diluendum

I)ubinm

An decretum Episcopi Eugubini sustineatur, an potius sit revocandum in casu.

RESOLUTIO. Sacra C C . re disceptata sub die 29 Ianuarii 1898 censuit respondere: *Quoad Confraternitates Eugubinas servandam esse in casu concordiam anni 1827.*

DECRETUM S. C. CONCILII. De Clericorum excardinatione et ordinatione.

A primis Ecclesiae saeculis plura Concilia decreverunt, quod recentius confirmavit Tridentinum *cap. 8, sess. 23 de reform.*^ neminem nisi a proprio Episcopo posse ordinari.

Proprius autem alicuius Episcopus, iuxta ea quae praefinivit in primis Bonifacius VIII in Sexto Decret, *cap. Cum nullusj De tempore Ordin.* « intelligitur in hoc casu Episcopus de « cuius dioecesi est is, qui ad ordines promoveri desiderat, oriun-

« dus, seu in cuius dioecesi beneficium obtinet ecclesiasticum, «seu habet (licet alibi natus fuerit) domicilium in eadem ». Deinde cum consuetudo invaluerit, ut Episcopi familiares suos, etsi alienae dioecesis, sacris initiarent, et sancta Tridentina synodus *cap. 9, sess. 23 de reform,* id certis sub conditionibus probaverit, obtinuit, ut tribus prioribus titulis, originis, domicilii et beneficii, quibus ius fiebat Episcopis aliquem ad ordines promovendi, quartus quoque accenseretur, scilicet familiaritatis. Cum autem de huiusmodi titulis disceptaretur, Innocentius XII app. litt. incipientibus « *Speculatores* » datis die 4ª nov. 1694, determinavit ac constituit quo sensu et extensione iidem essent accipiendi ad eum effectum, ut quis proprius fieret alicuius Episcopi subditus, quo legitime ordinari valeret. Quae constitutio ut suprema lex deinde habita est, eaque duce omnes quaestiones diremptae.

Verum nostris temporibus novae contentioni frequens se praebuit occasio. Pluribus enim in locis usu receptum est ut clerici, qui e sua dioecesi digredi et in alia sibi sedem constituere desiderarent, excardinationem, quam vocant, id est plenam et perpetuam dimissionem a suo Ordinario peterent ; eaque innixi in alia dioecesi incardinationem seu adscriptionem implorarent : qua obtenta, eo ipso ut proprii novi Episcopi subditi ad ulteriores ordines suscipiendos admitterentur. Quae agendi ratio, ubi caute prudenterque adhibita fuit, absque querelis processif sed nonnullis in locis, ubi necessaria cautio defuit, controversiis et abusibus viam saepenumero patefecit.

Quapropter Emi S. C. Concilii Patres, rebus omnibus mature perpensis, praesenti generali decreto haec statuenda censuerunt :

I° Excardinationem fieri non licere nisi iustis de causis, nec effectum undequaque sortiri, nisi incardinatione in alia dioecesi executioni demandata.

2° Incardinationem faciendam esse ab Episcopo non oretenus, sed in scriptis, absolute et in perpetuum, id est nullis sive expressis sive tacitis limitationibus obnoxiam; ita ut clericus novae dioecesi prorsus mancipetur, praestito ad hoc iuramento ad instar illius quod Constitutio « *Speculatores* » pro domicilio acquirendo praescribit.

3° Ad hanc incardinationem deveniri non posse, nisi prius ex legitimo documento constiterit alienum clericum a sua dioe-

cesi fuisse in perpetuum dimissum, et obtenta insuper fuerint ab Episcopo dimittente, sub secreto, si opus sit, de eius natalibus, vita, moribus ac studiis opportuna testimonia.

4° Hac ratione adscriptos posse quidem ad ordines promoveri. Cum tamen nemini sint cito manus imponendae, officii sui noverint esse Episcopi, in singulis casibus perpendere, an, omnibus attentis, clericus adscriptus talis sit, qui tuto possit absque ulteriori experimento ordinari, an potius oporteat eum diutius probari. Et meminerint quod sicut « nullus debet ordi- « nari qui iudicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius « suis Ecclesiis » ut in *cap. 16, sess. 23 de reform.* Tridentinum statuit ; ita pariter nullum esse adscribendum novum clericum, nisi pro necessitate aut commoditate dioecesis.

5° Quo vero ad clericos diversae linguae et nationis, oportere ut Episcopi in iis admittendis cautius et severius procedant, ac numquam eos recipiant, nisi requisiverint prius a respectivo eorum Ordinario, et obtinuerint, secretam ac favorabilem de ipsorum vita et moribus informationem, onerata super hoc graviter Episcoporum conscientia.

6° Denique quoad laicos, aut etiam quoad clericos, qui excardinationis beneficio uti nequeunt vel nolunt, standum esse dispositionibus const. « *Speculatores* » quae, nihil obstante praesenti decreto, ratae ac firmae semper manere debent.

Facta autem de his omnibus relatione SSiîio Domino Nostro per infrascriptum Cardinalem S. C. Concilii Praefectum, Sanctitas Sua resolutionem Em. Patrum benigne approbare et confirmare dignata est, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae ex aedibus S. C. Concilii die 20 Iulii 1898.

A. CARD. DI PIETRO, *Praefectus.*

L. * S.

B. ARCHIEPISCOPUS NAZIANZENUS *Pro-Secr.*

EX S. CONG. S. R. U. INQUISITIONIS

DUBIUM an Episcopus dispensare valeat in *articulo mortis* saper impedimento mixtae religionis.

Beatissimo Padre,

Il Vescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V., umilmente espone, che colle venerate Lettere del 20 febbraio *i* 888 del S. Officio veniva accordata facoltà agli Ordinarii di dispensare in punta di morte, e quando non vi fosse tempo di ricorrere alla S. Sede, *super impedimentis, quantumvis publicis, matrimonium iure ecclesiastico dirimentibus, excepto sacro presbyteratus ordine et affinitate lineae rectae ex copula licita proveniente* (1).

Ora nella mia Dioecesi trovandosi' non pochi protestanti, e alcuni di questi vivendo già fin d'ora o potendo vivere in concubinato con persone cattoliche, riverentemente domando se colle prefate Lettere s'intenda accordata anche la facoltà di dispensare *(ÌQLÌYimpedimento impediente di mista religione.* E nel caso non la si ritenesse compresa, supplico la S.V. a concedermi tal facoltà, di dispensare cioè dall'impedimento di mista religione i concubinarii in punto di morte, e quando non si abbia tempo di ricorrere alla S. Sede. — Che ecc.

Fer. IV, die 18 Martii 1891.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab Emis et RR. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

Ad I. Negative.

Ad II. Supplicandum SSmo pro facultate Episcopo concedenda ad triennium, adhibitis solitis clausulis pro matrimoniis mixtis.

Feria vero VI, die 20 Martii eiusdem anni, in solita audientia R. P. -D. Assessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SS.mus resolutionem EE.morum Patrum approbavit et petitam facultatem benigne concessit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. Not.

(1) Hae litterae relatae fuerunt Vol. XX, 543.

DUBIUM an et quomodo Episcopi dispensare valeant in *articulo mortis* super impedimento religionis mixtae, et cultus disparitatis.

Beatissime Pater,

Relate ad facultates Episcopis a S. V. concessas (quae etiam parochi subdelegari possunt) dispensandi in articulo mortis a plurimis impedimentis matrimonialibus dirimentibus, Episcopus N. N., ad S. V. pedes provolutus, enixe rogat quoad impedimenta *mixtae religionis* et *disparitatis cultus* benignissimam declarationem, an in istis etiam in articulo mortis non aliter dispensari possit, nisi :

***a)* ambo contrahentes promittant educationem omnis prolis in religione catholica; et quidem**

***b)* non solum prolis forte adhuc suscipiendae, sed etiam antea (in concubinatu vel civili matrimonio) iam susceptae, in quantum scilicet hoc a parentibus adhuc dependet ; atque nisi etiam**

***c)* pars catholica (licet privatim tantum) promittat, quod in quantum poterit conversionem partis non catholicae procurare sataget. — Et Deus etc.**

Feria IV, die 18' Martii 1891.

In Congreg. Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEmis ac BR. DD. Cardinalibus, in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi RR. Patres rescribendum mandarunt :

Cautiones etiam in articulo mortis esse exigendas, et in Encyclica S. O. disparitatem cultus, utpote impedimentum dirimens, comprehendi; mixtam religionem vero, uti impedimentum impediens, non comprehendi.

Feria vero VI, die 20 Martii eiusdem anni, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem EEiîiorum Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. Not.

DE MATRIMONIIS ab infidelibus celebratis ea intentione ut solvi queant.

Eminentissime Princeps,

Responsum datum est Rmo Episcopo Siouxormensi cum quaesivisset ut infra sequitur :

« Episcopus Siouxormensis ad pedes S.V. provolutus, quae sequuntur exponit: Mos est Indianis huiusce regionis contrahendi matrimonia, uxorum suarum indolem ac qualitates tentandi gratia, nempe utrum bonae sint ac prudentes nec ne, et animo dimittendi si fatuae ac improbae. Hinc duo sequentia dubia a S. V. solvenda Episcopus orator implorat.

« I. Potestne ipsis fides adhiberi si iureiurando affirment se nunquam indissolubili vinculo cum praecedentibus uxoribus matrimonium contraxisse eisque permitti, ut sibi iungant secundum leges S. Matris Ecclesiae eam quam nunc habent?

« II. Possunt ne illi pagani, praecedentibus uxoribus adhuc viventibus dimissis, ducere eam, cum qua nunc vivunt, si cum ipsa baptizari velint et Christianorum more matrimonium contrahere ?

« Feria IV die 18 Maii 1892 : in Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis proposita suprascripta instantia, praehabitoque Rmorum DD. Consultorum voto, EEiîii DD. Cardinales in rebus fidei et morum generales Inquisitores rescribendum decreverunt :

« Ad I. Affirmative si agatur de infidelibus, post institutum diligens examen omnium adiunctorum circa ipsorum credibilitatem, et nullum aut leve dubium supersit de assertionis veritate. — Negative si agatur de fidelibus, sed requiritur legitima probatio.

« Ad II. Si instituto diligenti examine matrimonium cum prima, quae iam baptizata fuerit, validum inveniatur, ad illam redire omnino tenentur. Si autem non fuerit baptizata, vi art. IL formulae l.ae, satis erit eam interpellare, utrum velit converti. Ubi vero converti nolit, vel serio dubitetur de validitate matrimonii cum prima, poterunt quamlibet ducere, dummodo erit baptizata, renovato consensu.

« Sequenti vero die 19 in Audientia r. p. D. Assessori S. O. impertita, Ssihus D. N. Leo divina providentia Pp. XIII. relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbare dignatus est ».

Quaerit ulterius idem Episcopus Siouxormensis relate ad primum ubi responsum est a S. Congregatione : « Affirmative si agatur de infidelibus etc., negative si agatur de fidelibus, sed requiritur legitima probatio ». Nunc autem quaeritur de hoc casu qui in praesenti est, nempe : Duo infideles Indiani baptizati sunt a ministro anglicano sine ulla instructione de matrimonio christiano. Ita ut remaneant illi duo baptizati mulier et vir in primaeva pagana notione de matrimonio, idest, credunt se nunquam indissolubili vinculo cum praecedentibus uxoribus matrimonium contraxisse, eisque permitti ut sibi iungant secundum leges S. M. Ecclesiae eam quam habent. Nunc vero vir Indianus, qui tale matrimonium cum primaeva Indiana notione contraxit ad fidem catholicam convertitur, et quamvis ambo fuerint ab anglicano ministro baptizati et coram eo matrimonium contraxerint; attamen cum matrimonium contraxerint nulla praecedenti instructione de matrimonio christiano, sed omnino cum notione primaeva pagana, et cum vir Indianus, qui ad fidem catholicam convertitur petat, ut matrimonium dissolvatur ob adulterium sponsae vel uxoris, quaeritur utrum responsum ad I, hunc casum attingat.

Feria IV, die 25 Maii 1898.

In Congreg. Generali S. R. et U. Inquisitionis habita EEmis et RR. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt :

Primam partem resolutionis S. O. diei 18 Maii 1893 spectare eos qui in infidelitate contraxerant, ideoque applicari non posse iis qui post susceptum baptismum contraxerunt, ut in casu. Restat igitur ut Episcopus diligenter inquirat an eorum matrimonium fuerit invalidum ob aliud impedimentum; vel ut ipse Indianus legitime probet se habuisse in contrahendo explicitam voluntatem repudii in causa adulterii, exterius manifestatam (1).

(1) Praeter alias, haec Instructio, quam referimus in nota, singillatim innuit probandam esse antecedentem voluntatem de dissolubilitate matrimonii per externas probationes, ut matrimonium nullum declaretur

Ex Instr. S. G. S. Officii 1877 — (Ad Ep. Nesquallien.) - .... Quoad matrimonia eorum coram ministris eiusdem sectae methodistarum contracta, refers

Feria vero VI die 27 Maii eiusdem anni SSmus D. N. Leo Div. Prov. Pp. XIII per Emum D. Cardinalem Secretarium S. Officii Emorum Patrum resolutionem approbavit.

I. CAN. MANCINI, S. R. et U. Inq. Notarius.

eosdem ministros matrimonium tamquam Sacramentum minime habere, neque recognoscere matrimonialis vinculi perpetuitatem et indissolubilitatem: et hanc doctrinam eo publice praedicare: unde fit, ut, tum ipsi ministri, quam qui ad eosdem accedunt, contractum matrimonialem habeant uti negotium nullius momenti, circa quod proinde negligentissime se gerunt, nullam investigationem praemittunt circa statum personarum, quas ipsi coniungunt : et saepe etiam personas alias vinculo ligatas cum aliis personis copulant. Ex tali agendi ratione, addis inter neophytos istius tuae dioecesis ortam esse communem persuasionem matrimonia apud tales ministros contracta non esse perpetua, et indissolubilia : imo quibusdam missionariis persuasum esse dicis plures non alia de causa praedictis ministris sese praesentare ad matrimonium contrahendum, nisi quia credunt tali modo evitare posse perpetuitatem vinculi quod contrahunt. Ex his infers valde dubitandum esse de istorum matrimoniorum validitate, et ideo examini S. Congregationis proponis: Utrum in dubio quocumque matrimonia ab illis haereticis celebrata nullius roboris practice possint haberi.

Ut itaque Amplitudo Tua in re tam gravi tuto procedere possit, ante omnia necessarium est, ut sub oculis habeas sequentia generalia principia a quibus normam certam pro casibus particularibus facile poteris derivare. Et 1. pro certo retinendum est inter haereticos vera et valida matrimonia subsistere posse, dummodo nullum dirimens impedimentum interponatur. Etiam Benedictus XIV. in Fer. V. die 13 Aprilis 1732 aperte hoc docuit sequentibus verbis: « Non est amplius hodie in discrimen revocanda validitas matrimoniorum inter haereticos, quia iuxta communem theologorum sententiam matrimonia haereticorum post baptismum, in quo uterque coniux veluti in radice christianitatis copulantur; et hinc est quod haereticus catholicam religionem amplectens, prima uxore vivente nequit alteram ducere. » Idipsum confirmavit Pius VII in celeberrimo suo Brevi ad Archiepiscopum Moguntinum, quod incipit *Etsi Fraternitatis Tuae,* sive quando iussit, ut causae matrimoniales ad haereticos pertinentes iudicari deberent iuxta canonicas sanctiones, sive quando docuit vinculum matrimoniale etiam inter haereticos perpetuum et indissolubile omnino esse.

2. Ex hoc immediate et necessario consequitur haereticorum matrimoniis applicabile esse principium, quod etiam infidelium matrimoniis aptatur, scilicet : In dubio standum esse pro validitate matrimonii; praesertim quando constat matrimonium fuisse contractum. Imo etiam si hoc non constaret, sed matrimonium possessionem pro se ostendere posset, quod verificatur quando coniuncti bona fide putant se in vero et legitimo coniugio vivere, et ceteri nullum ex illa coniunctione scandalum patiuntur, quia arbitrantur eam esse legitimam, etiam in hoc casu praedictum principium valeret, et ab eodem recedere non liceret. Hoc S. Congregatio saepe docuit, et inculcavit, praecipue vero in Instructione ad Vicarium Apostolicum Oceaniae Centralis, missa ex Decreto Feriae IV. 18 Decembris 1872.

DUBIUM an pro parochorum coadiutoribus obtinere possit delegatio dispensandi super impedimentis dirimentibus in *articulo mortis.*

Feria IV, die 25 Maii 1898.

In Relatione Status Ecclesiae Colocen, et Bacsien., exhibita

3. Quamvis autem certum sit ex Canone *Si conditiones, De Condition,* conditionem contrariam perpetuitati et indissolubilitati coniugalis vinculi ipsum matrimonium omnino nullum atque irritum reddere : tamen ad hoc oportet ut talis conditio aliquo modo a contrahentibus in pactum fuerit deducta. Etenim Benedictus XIV, ita ad rem docuit : « Credendum est eos (haereticos) generali voluntate contrahere voluisse matrimonium validum, iuxta Christi legem, ideoque etiam adulterii causa non dissolvendum. Privatus enim error nec anteponi, nec praeiudicium afferre potest generali, quam diximus voluntati, ex qua contracti matrimonii validitas, et perpetuitas pendet ». (De Synod. Dioeces. 1. 13. C. 22. n. 3.)

Hoc idem tradit Pius VII in supracitato Brevi ad Archiepiscopum Moguntinum: nam agens de causis, ob quas etiam haereticorum matrimonia nulla et invalida possunt declarari post impedimentorum dirimentium mentionem subdit : « vel ob conditiones quae inter dirimentia impedimenta recenseri adhuc possunt quaeque in pactum a coniugibus deductae ipsius matrimonii substantiae opponuntur, quemadmodum eas in calvinistarum praesertim matrimoniis interponi solere plurimi affirmant ». Hanc doctrinam semper, et constanter sequuta est S. Congregatio, quoties examinare debuit utrum valida habenda essent matrimonia contracta vel ab haereticis inter se vel etiam inter unam partem haereticam, et alteram catholicam ; prout videri potest apud Benedictum XIV. qui pluries huiusmodi resolutiones refert (De Synod. Dioeces. 1. 13. c. 22. n. 8.), nec non in Instructione pro Vicario Apostolico Oceaniae Orientalis, in quo haec leguntur :

« Tametsi autem dubitandum non sit quin validum matrimonium contrahi possit cum errore mere comitante circa eius indissolubilitatem, quia tunc praevalet generalis voluntas contrahendi matrimonium iuxta institutionem Christi, et generalis illa voluntas privatum errorem quodammodo absorbet: attamen ubi adhibetur formula cum explicita, vel implicita illa conditione, iam fieri nequit ut particularis error absorptus maneat a generali voluntate contrahendi iuxta institutionem Christi ».

Ex nunc relatis principiis Amplitudo Tua facile intelliget admitti nullimode posse ut ex praesumptionibus, quantumvis gravissimis, quis sibi valeat efformare practica quaedam generalia criteria, quorum ope in quocumque dubio de validitate matrimoniorum coram haereticis istis ministellis conlractorum, pro eorumdem nullitate et invaliditate sit iudicandum: sed iuxta mentem et praxim huius S. Sedis Apostolicae oportere serio et prudenter examinare et perpendere singulos casus occurrentes, et nonnisi iuxta legitimas deductiones ex tali examine resultantes iudicari debere.

Et quoniam, prout refers, dubia circa validitatem talium matrimoniorum triplici ex capite oriuntur, videlicet:

1. Ex eo quod haereticorum istorum ministri nullimode inquirere soleant circa existentiam impedimentorum inter personas coram ipsis contrahere volentes.

S. Congregationi Concilii die 26 maii 1897, sequens reperitur *Postulatum* :

« Cum saepe saepius, ob parochiarum multitudinem ma-

2. Ex eo quod uti dubius habetur baptismus a talibus ministris administratus; unde dubium exurgit utrum valida possint esse matrimonia inter catholicum et haereticum. *

3. Denique ex eo, quod praesumptio habeatur contrahentes coram talibus ministris non intendere consensum praestare in vinculum perpetuum et indissolubile : ideo manifestum est iuxta casuum diversitatem inquisitiones praescriptas vel circa singula recensita capita esse faciendas vel circa illud praesertim, unde peculiaris exurgit ratio dubitandi.

Primum itaque, iuxta regulas Amplitudini Tuae notas inquirendum erit de statu et conditione personarum, quae in haeresi vel coram haereticis contraxerunt, ad dignoscendum, utrum aliquod extiterit inter eas dirimens impedimentum quod earum matrimonium nullum et invalidum redderet. Praesertim inquirendum erit, utrum qui coram ministro haeretico matrimonium contraxerunt, ligati fuerint alio vinculo in infidelitate contracto. Porro pro hoc examine, et pro iudicio in hoc casu proferendo, Amplitudo Tua prae oculis habere debebit resolutiones, et instructiones, ab hac S. Congregatione iam editas, praesertim illas datas Vicario Apostolico Oceaniae Meridionalis anno 1836 : et Vicario Apostolico Oceaniae Centralis anno 1872 quas insimul accipiet.

Quoad alterum vero caput, unde dubia eliam exoriuntur, attendenda erit resolutio huius S C edita in feria IV. die 19 Novembris 1830, quae sic se habet: « Proposito dubio: An calvinistae et lulherani in illis partibus (Galliarum) degentes, quorum baptisma dubium et suspectum est, infideles habendi sint, ita ut inter eos et catholicos disparitatis cultus impedimentum dirimens adesse censeatur? Respondit: quoad haereticos, quorum sectae ritualia praescribunt collationem baptismi absque necessario usu materiae et formae essentialis, debet examinari casus particularis. Quoad alios, qui iuxta eorum ritualia baptizant valide, validum censendum est baptisma; quod si dubium persistat etiam in primo casu censendum est validum baptisma in ordine ad validitatem matrimonii. Si autem certo cognoscatur nullum baptisma ex consuetudine actuali illius sectae, nullum est matrimonium». Primum itaque inquirendum erit de collato baptismo et de ipsius validitate; et si ex hac inquisitione nihil certi deduci possit, et dubium prudens, prout supra dictum est, perseveraverit, tamquam validum in ordine ad matrimonium haberi debet, seu matrimonium cum tali dubio contractum uti validum retinendum erit atque legitimum.

Quoad ultimum denique dubitandi caput omni diligentia et solertia investigandum erit, utrum conditio contraria perpetuitati et indissolubilitati vinculi coniugalis aliqua ratione, directe vel indirecte, explicite vel implicite, in pactum fuerit a contrahentibus deducta, seu utrum matrimonium fuerit contractum cum prava voluntate non consentiendi in vinculum perpetuum. Ad hoc cognoscendum non solum consideranda erunt verba, quibus consensus fuit expressus, sed etiam ponderanda erunt facta, quae ipsam consensus expressionem, vel modum eiusdem expressionis respicere possunt, quae si talia fuerint, ut usus et consuetudo istorum locorum ea interpretentur tamquam praedictae conditionis irri-

gnumque parochianorum numerum, infirmorum provisio per parochorum adiutores fieri soleat, petitur ut facultas dispensandi iuxta litteras S. R. et U. Inquisitionis die 20 febr. 1888 locorum Ordinariis concessa, non solis parochis, sed etiam eorum adiu-

tantis inductiva, pronum erit inferre abfuisse consensum in contractum perpetuum et omnino indissolubilem. Similiter considerandae, et etiam examinandae erunt formulae, quibus in istis regionibus uti solent haeretici dum ritum nuptialem exercent. Etenim illae haereticorum formulae in quibus inserta inveniuntur ea SS. Scripturarum testimonia, quibus iidem haeretici abutuntur ad proprium errorem tuendum et propugnandum de dissolubililate vinculi coniugalis: qualia sunt illud, quod habetur apud S. Mathaeum 19. 9. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit « uxorem suam, nisi ob fornicationem etc. ; illud aliud apud eumdem Evangelistam 5. 32. « Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam etc. » interdum merito censentur conditionem irritantem continere. Quod magis etiam manifestum apparebit, si in praedictis formulis, post expressum consensum, sed eodem rite perdurante, a contrahentibus exigatur iuramentum de fidelitate servanda cum conditione quoadusque altera pars in fidelitate perstiterit ; quia habita ratione erroris, quem profitentur haeretici, nomine fidelitatis non potest venire nisi permanentia in vinculo contracto. Praeterea cum ex precibus, vel ex adhortatione, quae aliquando praemittilur, aliquando postponitur formulae, vel ex mutuis promissionibus contrahentium, aliquod vitium irritans emergere possit, etiam ad caeremonias huiusmodi erit attendendum: nam plerumque formula iuramenti, et mutuae promissiones aequivalere possunt pacto, quod scilicet earumdem violatio inducat cessationem iurium et obligationum inter coniuges, et consequenter rescissionem vinculi matrimonialis. Neque praetermittenda erit accurata consideratio morum et consuetudinum in istis regionibus vigentium inter haereticos quoad eorum matrimonia.

Quamvis enim factum inter istos haereticos commune, ut asseris, de rescissione matrimoniorum propter adulterium, vel ob alias causas etiam levioris momenti, non impediat, quominus matrimonium legitimo modo contrahatur in actu celebrationis, vel voluntas adfuerit consenliendi in vinculum perpetuum et indissolubile: lamen fieri potest ut talis adsit communis et fere universalis persuasio, vi cuius retineatur matrimonialem contractum nonnisi temporaneum et conditionatum esse, neque aliter, nisi sub hac ratione contrahatur: unde fit ut accurata consideratio morum et consuetudinum regionis multam afferre posset lucem ad veiam voluntatem contrahentium cognoscendam. Ex hisce omnibus, et etiam ex adiunctis circumstantiis sive loci sive personarum, non omnino difficile erit, praesertim ab iis qui praesentes sunt, dignoscere quaenam fuerit, contrahentium intentio, quando matrimonialem contractum concluserunt, et consensum praestiterunt. « Fiant ergo in singulis casibus accuratae investigationes: utrum praesertim aliqua conditio contra matrimonii substantiam fuerit expresse in pactum inter contrahentes deducta: vel saltem emergant indicia, argumenta et praesumptiones, habito quoque respectu moribus regionis, ut coram ministro protestante contrahant ea praecipue voluntate, ut dissoluto iuxta protestantium praxim matrimonio, ad alia vota transeant. Ex quibus omnibus deprehendatur certam contrahentium voluntatem esse, ut nonnisi conditionate matrimonium contrahere intendant ».

toribus et universim confessariis approbatis modo generali subdelegari possit ».

Cum hoc Postulatum transmissum fuerit ad hanc Supremam S. R. et U. Inquisitionem, in Congregatione Generali habita ab EEmis et RRmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi ac RRiîii DD. rescribi mandarunt :

In terminis in una Wratislaviensi fer. IV die 17 februarii 1892, idest : Supplicandum SSmo pro gratia arbitrio Episcopi pro sacerdotibus idoneis in locis Dioecesis remotioribus, dummodo tempus desit recurrendi ad Ordinarium vel Parochum et periculum sit in mora, ad quinquennium.

Feria vero VI die 27 eiusdem mensis SSmus, per facultates Emo Cardinali S. R. et U. Inquisitionis Secretario concessas, benigne annuit pro gratia.

I. CAN. MANCINI S. R. et U. I. Not.

DUBIUM de tactu physico in tertia manuum impositione in ordinatione ad presbyteratum.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N., ad S. V. pedes humiliter provolutus, exponit quod in ordinatione cuiusdam presbyteri, ad formam *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata etc.,* orator ob scabiem, qua ordinandi caput infectum erat, involuntario quodam motu manus amovit, ita ut nullus daretur physicus contactus. Videtur oratori se caput ordinandi revera tetigisse, initio prolationis formae, licet de hoc non omnino certus sit. Igitur quaeritur :

I. Potest orator quiescere?

II. Et quatenus negative, quid faciendum?

Feria IV, die 8 Iunii i898.

In Congreg. Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab Eminentissimis et RRiîiis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis du-

biis, praehabitoque RR. DD. Consultorum volo, iidem EE. ac RR. Patres rscribendum mandarunt:

Orator acquiescat.

Feria vero VI, die 10 eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem EEmorum Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. I. Notarius.

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

VICARIATUS APOSTOLICI SE-CIUENSIS SEPT.-OCCIDENTALIS. Probatur consuetudo vigens utendi amictis, albis etc. confectis ex quadam tela quae vulgo *Hia-pou* nuncupatur.

Riîius D. Iulianus Maria Dunard Episcopus titularis Calaen, et Vicarius Apostolicus Se^Ciuensis Sept.-Occidentalis, Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII humillime exposuit, in suo Vicariatu ex vetusta consuetudine adhiberi amictos, albas, tobaleas altarium, necnon corporalia et pallas tela quadam confectas, quae vulgo *Hia-pou* nuncupatur. Quamvis autem ob paupertatem missionariorum et ob deficientiam telae ex lino compositae Apostolica Sedes aliquando indulserit pro sacris supellectilibus telam bombycinam seu ex gossypio, usus tamen invaluit alterius telae *Hia-pou,* quae ex pianta a peritis historiae naturalis *Urtica nivea* et in lingua sinensi *Ho-ma* appellata, et ad familiam lini pertinente, provenit. Quare idem Rmus Orator ipsum SSmum Dominum Nostrum enixe rogavit ut usus praedictae telae, cuius exemplum subiecit, pro sacris supellectilibus, in suo Vicariatu Apostolico continuari legitime possit.

Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, audito etiam voto Commissionis liturgicae, attentis peculiaribus expositis adiunctis, iisque perdurantibus, de speciali gratia benigne precibus annuit, dispensando a lege et usu telae lineae adhibendae in casu et ad effectum de quo agitur, atque consuetudinem vigentem in me-

morato Vicariatu Apostolico ratam habendo et in posterum permitiendo ; servatis de cetero servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 27 Iunii 1898.

C. CARD. MAZZELLA *Ep. Praenestinus,*
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

DIOMEDES PANICI *S. R. C. Secretarius.*

BASILEEN. et LUGANEN. Exposcitur an continuari possit consuetudo deferendi imagines B. M. Virginis aut Sanctorum in processionibus cum SSmo Eucharistiae Sacramento.

Rmus Dominus Leonardus Haas Episcopus Basileen. et Luganen. Sacrae Rituum Congregationi ea quae sequuntur humiliter exposuit, nimirum: in quibusdam locis dioeceseos Basileensis et Luganensis extat inveterata a saeculis consuetudo circumferendi in processionibus theophoricis, praesertim die festo SS. Corporis Christi, statuas vel reliquias Sanctorum ad maiorem solemnitatem. Quum vero haec consuetudo minime respondeat ritui Romano, imo speciali S. R. C. Decreto 17 Iunii 1684 prohibeatur, praefatus Episcopus die 12 Iunii anno elapso monitum ad clerum dioecesanum direxit huius tenoris : « Meminerint RR. Parochi prohibitum esse (S.R.C. 17 Iunii 1684) ne instrumenta Passionis Domini, vel Reliquiae vel statuae Sanctorum circumferantur in processione SS. Sacramenti, quia totus cultus in iisdem ad Venerabile Sacramentum dirigi debet ».

Quum vero nonnulli parochi, et praesertim Capitulum Canonicorum Collegiatae Ecclesiae ad S. Leodegarium *Lucernae* exoptent, ut antiqua consuetudo continuari possit, saltem ex Apostolica dispensatione, idem Episcopus, praedictis votis expositis, solutionem sequentis dubii ab ipsa Sacra Congregatione efflagitavit, nimirum: utrum in festo SS. Corporis Christi eiusque Octava, quando fit processio cum SS. Eucharistiae Sacramento et in aliis processionibus Theophoricis, liceat deferre imagines B. Mariae Virginis ac Sanctorum ?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem Secretarii, audito etiam voto Commissionis liturgicae, reque accurate perpensa, proposito dubio respondendum censuit: serventur Decreta, prae-

sertim in una *Veneta* 17 Iunii 1684 (1) et in altera *Almeiren.* 31 Ianuarii 1896. Atque ita rescripsit, die 1 Iulii 1898 (2).

C. CARD. MAZZELLA *Ep. Praenestinus, S. R. C Praefectus.*

L. © S.

DIOMEDES PANICI *S. R. C. Secretarius.*

EX S. CONGREG. INDULGENTIARUM

ORDINIS MINOR. S. FRANCISCI. De Indulgentiis adnexis piis obiectis quae loca Terrae Sanctae tetigerunt.

Fr. Minister Generalis totius Ordinis Minorum huic Sacrae Indulgentiarum Congni sequentia dubia dirimenda proposuit:

I. An in Decretis Sanctae Sedis, praecipientibus res Indulgentiis ditatas fidelibus omnino gratis tradi debere, comprehendantur pia obiecta quae Loca Sancta tetigerunt, quaeque a Commissariis Terrae Sanctae distribuuntur fidelibus iusto pretio, aliquando titulo eleemosynae, recepto?

Et quatenus affirmative,

II. Quum 1.° mos iamdiu existat apud Commissarios Terrae Sanctae retinendi penes se aliquod depositum piorum Obiecto-

(1) En in commodum lectorum: VENETA. Pro parte et ad instantiam Parochorum et aliorum Ecclesiasticorum status Veneti supplicatum fuit a S. R. C. declarari

1. An in solemni Processione SSmi Sacramenti Eucharistiae, tam in die corporis Christi, quam in maiori hebdomada, deferre liceat instrumenta SSíñae Passionis Salvatoris Nostri Iesu Christi, scilicet fragmentum SSmae Crucis, vel Spinae? Et hoc, stante quod a Gavanto, *de Processionibus* num. 35, expresse non prohibeantur, asserente tantum: non desumuntur, eo casu, Sanctorum Reliquiae.

2. Quae Oratio et qualis Missa celebranda in privatis, et in solemni cantanda in die S. Ursulae Virg. et Mart. die 21 Octobris ad Altare eidem Virgini et Martyri dedicatum, et in quo asservantur et exponuntur decem ex sociis eiusdem Virginis capita? cum non clare et in terminis decretum sit a fel. rec. B. Pii Papae V, et in Gavanto.

Et S. R. C. respondit:

Quoad 1. « Negative ».

Quoad 2. « Servandas esse Rubricas ». Et ita declaravit. Die 17 Iunii 1684.

(2) ALMERIEN. prostat Vol. XXVIII, 503.

rum, quae Loca Sacra Terrae Sanctae tetigerunt eaque tradendi fidelibus, qui illa magna devotione prosequuntur ; et 2.° gratuito tradi minime possint praefata obiecta ob innumeras expensas pro eorumdem emptione et asportatione occurrentes; et 3.° tandem quam plurimae amitterentur eleemosynae quae admodum sunt necessariae custodiae et conservationi Sanctorum Locorum; quaeritur an expediat ob has rationes suprema auctoritate Sedis Apostolicae declarare, eadem pia obiecta, quae a praedictis Commissariis distribuuntur, non comprehendi in relatis Decretis ?

III. Tandem si praedicta obiecta Indulgentiis careant ob donationem et transmissionem ad alias personas, an dictae Indulgentiae Locorum Sanctorum eisdem iterum applicari valeant a Sacerdotibus facultate munitis applicandi piis obiectis Indulgentias Apostolicas?

Et Emi PP. ad Vaticanum in generali Congregatione coadunati propositis dubiis rescripserunt.

Ad I[um] *Affirmative,* seu comprehendi.

Ad II[um] *Negative.*

Ad III[um] *Non expedire.*

De quibus facta relatione SSiîio Dno Nostro Leoni Pp. XIII. in audientia habita die 26 Maii 1898 ab Emo Card. Praefecto, eadem Sanctitas Sua responsiones Emorum PP. ratas habuit et confirmavit.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die et anno uti supra.

Fr. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI *Praefectus.*

L. * S.

f A. ARCHIEP. ANTINOEN., *Secretarius.*

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

NULLIUS S. MARTINI IN MONTE PANNONIAE

DISPENSATIONIS MATRIMONII

Die 26 Februarii 1898.

Sess. 24 c. 5 De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Michael agricola, e parochia S. Catharinae in Lazi archiabbatiae S. Martini, demortua prima uxore, dispensatione apostolica instructus, *die 29 Iunii an. 1895,* in matrimonium duxit huius neptem ex fratre Elisabetham, e parochia in Kisber, dioecesis Jaurinensis.

Nuptiis peractis, Michael uxorem suam eadem die secum domum duxit. Prima nocte coniuges eodem lecto usi sunt ; sed mulier accersita a viro ad matrimonium consummandum obedire renuit ac e thalamo resilit. Qua ratione mulier coniugale debitum viro denegaverit, ex actis non satis constat ; tamen, ipsa fatente, nonnisi invita Michaeli nupsit utpote a parentibus coacta. Unde tertia post nuptias die mulier coniugalem domum deseruit, ad eam non amplius reditura.

Hisce adiunctis constitutus vir, postquam frustra tentasset suam uxorem ad se reducere, civile divortium petiit et obtinuit ; ac postea SSmum rogavit ut dignaretur dispensare super matrimonio rato et non consummato cum Elisabetha Grobb.

Constituto tribunali, a iudice percontati sunt coniuges ac utriusque septimae manus testes : mulier inspectioni oculari per duas obstetrices subiecta fuit, quae eam virginem invenerunt. Quare his omnibus expletis acta S. C. transmissa fuerunt simul cum relatione iudicis delegati, qui valde commendans preces oratoris, affirmat sibi satis constare de inconsummatione matrimonii ac de causis ad dispensandum sufficientibus.

Disceptatio Synoptica

VOTUM CANONISTAE. Accedens ad causae meritum, non dubitarem Ordinarii conclusionibus adhaerere ob argumenta, quae sapienti iudicio RR. PP. perpendenda subiicio. Conclusiones Ordinarii fuerunt, constare de matrimonii inconsummatione, et de causis ad dispensandum sufficientibus.

Et quoad matrimonii, de quo agitur, inconsummationem praesto sunt, cum primis, iurata utriusque coniugis testimonia. Sane Michael, qui actorem gerit, interrogatus *a)* utrum post nuptias convixerit cum uxore sua, respondit : « Per duas dies erat mecum. Tertia die post coenam exivit e cubili et amplius non est reversa.... Quia tunc fulguravit et coelum tonuit et iam tenebrae erant non potui exire ad quaerendum eam. Nemo in pago nostro potuit mihi dicere nec altera die quo progressa sit____Circiter septies vel octies fui apud parentes eius, sed nunquam inveni eam. Parentes eius dixerunt, se nescire ubi sit filia »...; *b)* utrum, eo tempore quo convixit cum uxore, vixerit cum ea ut cum uxore sua, condormierit cum ea in eodem lecto, fuerit commixtio carnalis, cum copula, respondit : « Ut cum uxore mea non vixi cum ea. In eodem lecto fuimus sed illa egressa est ex eo ; commixtio carnalis non fuit... quia illa statim egressa est ex lecto quando hoc volui. Ego volui hoc facere dixique ei, amplexus sum etiam eam in hunc finem, quin tamen verenda eius tetigissem, sed illa tunc statim me reliquit et in cistam decubuit. Utraque nocte volui copulam cum ea, sed illa utraque vice descendit de lecto... Quia noverca mea in eodem cubili fuit, nolui rem urgere ne animadverteret... Consanguinei mei postea dixerunt mihi, uxorem meam ideo me deseruisse, quia hoc debitum postulassem ab ea ; me non debuisse, dixerunt illi mihi, hoc statim postulare »...; c) utrum post discessum uxoris rursum et quoties convenerit cum ea respondit : « Nunquam con veni cum ea, praeter unum casum, tunc scilicet quando, ante quatuor menses, apud parochum Kisberiensem fui, et ante eum interpellavi

eam, visne ad me redire, vel visne separationem ? illa respondit se velle separationem ».

Elisabeth interrogata de tempore, quo post nuptias apud maritum commoravit, respondit : « Duobus diebus fui apud «eum, vel melius vespere feriae secundae ad veni ad eum in Lazi, ibi fui feria tertia et quarta, et vespere feriae quintae abii. Ideo deserui eum quia non amavi. Ex Lazi ad parentes meos ivi in Hanta. Matri meae tunc dixi maritum meum a me non amari et ideo me deseruisse eum. Mater respondit : - Scivi sic futurum esse____». Interrogata utrum convixerit cum marito suo « ut cum marito, an condormierit cum eo in eodem lecto, an fuerit commixtio carnalis cum copula, an sciverit qui sit finis praecipuus matrimonii et quomodo fiat copula, an dixerit marito cur ei matrimonii consummationem denegaverit » ; respondit : « *a)* Non vixi cum eo ut cum marito. Quando ego decubui ille ad me venit, sed ego dixi ut abiret et abiit, *b)* Ego nescivi hunc finem matrimonii, et putavi sic fore etiam in matrimonio sicut antea erat ; nec hoc scivi quomodo fieret generatio. Istud pariter nescivi quid voluerit maritus quando ad lectum meum venit, et ideo tantum misi eum, quia nec videre volui eum. c) Istud dixi ei me hoc modo non fuisse cum aliquo, et nec in futuro velle esse____». Interrogata de mariti tentaminibus respondit: « Prima nocte, quae fuit inter feriam secundam et tertiam in lectum meum venit, sed quando dixi ei ut abiret abiit. Aliis vicibus nec hoc fecit. Sequenti enim nocte ego in cista decubui, maritus ad me venit, manum meam tenuit, sed ego dixi ei ut abiret et abiit. Tertia nocte iterum in cista dormivi sed tunc maritus iam nec venit ad me ». Interrogata : « In ceteris quomodo praeteriit commoratio tua in domo mariti ? fuit pax inter vos ? fuistine cum eo etiam per diem ? de quo locuti estis ? » Respondit : « Non sumus rixati ; semel iratus fuit quando monuit ut festinarem coenam meridianam.... Per diem extra tempus refectionis non fui cum eo, per diem Michael erat laborans in agris. Non sumus collocuti invicem. Nec cum noverca ma-

riti mei sum locuta, quae in eodem cubili habitavit ». Ad interrogationem : « Quoties convenisti cum marito tuo post abitum ? de quo locuti estis? vocavitne maritus tuus ut revertaris ? quoties ? sciunt ne hoc etiam alii ? » Respondit : « Semel conveni cum eo in Kisber, mense Maii huius anni, coram parocho Kisberiensi. Parochus interrogavit me: - amas. ne maritum tuum ? - ego respondi : non amo, et dixi me separationem optare. Alia occasione non sum locuta cum marito. Maritus mihi non dixit ut reverterer, sed per uxorem patrui mei postulabat hoc et audivi maritum pluries fuisse apud patruum et etiam apud parentes meos, et quidem semel valde irato animo. Ego nuntiavi ei me nolle reverti. Sciunt de his patruus meus et uxor eius et mater mea ».

Iamvero haec, quae Michael et Elisabeth iurato asserunt de matrimonii inconsummatione, fidem mereri, dubitare nos omnino non sinit multiplex et grave hac de re testimonium, scilicet Vicarii Gen. fungentis munere iudicis, septimae manus ex utraque parte, aliorumque testium vocatorum ex oificio.

Iudex delegatus in sua relatione super processu haec habet: « Certum est illud, matrimonium, nunquam consummatum fuisse.... Ad hoc asserendum, praeter sacramenti fidem, ipse candor morum et sinceritas intemerata tum viri tum mulieris, totusque eorum externus habitus sinceritatem praeferens, me inducunt ». Et de viro speciatim ait: « Commendat petitionem mariti, eius orthodoxa fides et prompta obedientia, Ecclesiae debita, qua ductus paratissimus est stare iudicio Sanctitatis Vestrae... Possem etiam vitae integritatem probosque mores, quibus vir pollet, commemorare ; est enim vir vere integer scelerisque purus ». Maurus Ross parochus Lazi de eodem Michaele testatur : « Semper ut virum bonis moribus, pacatum et veracem novi eum ». Et de uxore, parochus Kisber dicit : « naturam Elisabeth ex propria experientia non novi, sed omnia bona audivi de ea ».

Succedunt septem testes ex parte sponsi, totidemque ex parte sponsae, aliique adiurati, omnes ex propinquis et vicinis, omnes romano-catholici, uno excepto Cal vini assecla, quorum « fidedignitatem » asserit Iudex in praefata relatione, non contradicente vinculi defensore ; et praeterea ipsa suadit eorum conditio, nempe agricolarum r uri degentium, fraudibus haud assueta. Iamvero testes huiusmodi, postquam audierint, quae coniuges deposuerant, singillatim et seorsim interrogati : Utrum persuasum habeant personam cui testimonium exhibent « esse bonis moribus, honestam et piam, adeo ut iuramento testari possint eam mendacem non esse, et depositionibus eius iidem praestari posse » ; concorditer respondent : « Persuasum mihi est et testor ».

Praeterea iidem testes matrimonii inconsummationi suffragantur tum negative tum positive. Equidem, iudici percontari utrum audierint hos coniuges « sicuti coniuges vixisse, unam carnem eifectos esse etc. » ; omnes uno ore fatentur se nihil de hoc audivisse ; plures autem addunt scire se matrimonium non fuisse consummatum. Ita v. g. Michaelis noverca, testis, ut ita dicam, de visu, quia fuit noctu cum sponsis in eodem cubili, et per diem domi et in agro, ait : « Audeo dicere hos ut coniuges non vixisse inter se. Prima nocte non concubuimus, secunda vero nocte... non fuit tempus ad hoc ». Et Elisabeth mater : « Inter eos coniuges non fuit copula : tum filia, tum vero maritus eius dixit hoc mihi et quidem statim quando post separationem convenerunt mecum____Vespere feriae V aufugit filia et post hoc non est amplius reversa ad maritum ». Idem testatur pater puellae. Uxor Ioannis Toth ait : « Audivi mulierem impedivisse copulam. Ab ipsa muliere hoc audivi ». Et uxor Ioannis Vida : « Mater Elisabeth dixit mihi, post discessum Elisabethae, coniuges hos non vixisse ut coniuges ». Maurus Ross parochus inquit : « Quoad debitum coniugale (Michael) mihi non dixit se hoc attentasse, sed ita intellexi, ab eo vel ab aliis, ac si nec occasio adfuisset ad hoc, quia hoc tempore semper extra cubile dormivi t. Quia tamen ego quae-

stiones particulares non proposui ei, puto, responsum mihi datum, conciliari posse cum responsis eius S. Sedi consistoriali datis ». Ad haec, septima manus unanimiter affirmat, «mulierem, post discessum, ad pagum mariti non amplius reversam et cum eo non amplius convixisse ».

Demum praefatae depositiones rationem nos edocent certam et adaequatam cur matrimonium non fuerit consummatum ; scilicet puella huic matrimonio, si non coacte omnino, aegre admodum consensit ; quia ex una parte vehementer illud urgebat pater eius, ex alia Elisabeth Michaelem valde aversabatur, utpote virum provectae aetatis et viduum tres filios secum habentem. Accedit, puellam iuvenem quemdam honesto amore adamasse ; qui etiam parentibus eam in uxorem requisierat, sed illi, postquam eum domi filiae invisendae causa admisissent, huic amori obstiterunt, iam inde forsan cogitantes matrimonium cum Michaele, quem dicebant « aliquid habere ». Porro Elisabetham aversissimo animo et nonnisi compulsam huic matrimonio consensisse, circumstantiae antecedentes, concomitantes et subsequentes abunde demonstrant. Quomodo se res habuerint ante matrimonium, nobis ita pandit ipsamet puella : « Non amabam Michaelem, non ex amore (nupsi ei) sed coacta a necessitate. Coegerunt me patruus et uxor eius et etiam pater meus. Patruus quia semper urgebat rem, ego semper renui, dixit me pauperem esse, Michaelem vero habere aliquid. Promisit mihi etiam aliquid ex hereditate sua si uxor Michaelis fierem. Pater meus vero qui antea non erat severus mecum, in hac re valde severus fuit. Dixit me etiam exheredem facturum, si non obedirem. Ego respondi: bene, ergo contraho matrimonium cum eo ; sed non ero cum eo. Verberibus tamen non est minatus. Tantum mater mea non coegit, imo dixit se non consulere hoc matrimonium, quia Michael tres proles habet. Sciunt de hac re, scilicet quod ego .tantum ex necessitate facta sum uxor Michaelis sequentes : Uxor Ioannis Toth, Stephanus Susa.... quin imo totus pagus. Etiam mater quae hac de re altercata est cum patre.... Duabus hebdo-

madis ante nuptias, feria IV in Lazi apud Michaelem, Stephanus Grobb 400 florenos postulabat pro me a Michaele ad casum, si prius moreretur, quam ego. Michael noluit tantam summam promittere, sed urgebatur adeo ut Michael demum consentiret. Ego 600 florenos postulabam, putans Michaelem hoc denegaturum, et sic ex matrimonio nihil fore. Sed patruus dixit : ita erit sicut ego volo. Tunc sine expressione ullius verbi manum dedimus et haec erant sponsalia. Interne cogitavi : nolo quidem matrimonium cum hoc, sed debeo hoc facere. Praesentes fuerunt Stephanus Grobb... et pater meus. Fuit etiam breve convivium sed ego nihil manducavi, imo aufugere volui sed non siverunt. Verbis etiam expressi, me nolle habere Michaelem in maritum ». His consona sunt quae deponunt mater puellae, Ioanna Franck, Stephanus Susa, Maria Harvàth, qui praeterea addunt, puellam pluries et serio dixisse, velle sibi vitam adimere ne Michaelis uxor fieret. Pater Elisabeth negat quidem se minis usum fuisse, dicit tamen filiam « in praesentia Michaelis semper morosam fuisse, nec duo verba dixisse ei, occasione sponsalium pariter morosam fuisse, per maximam partem temporis fuisse cum uxore Stephani Grobb, quae persuadebat ei ut maneret ».

Die matrimonii nolebat ad nuptias ire ; descendit in hortum ubi amare flevit ; deinde aufugit et fama erat voluisse tunc se in aquam molendini praecipitare ; in Ecclesia, coram altari, stetit uno gradu post sponsum, adeo ut parochus debuerit eam monere ut propius accederet ; domum reversa dixit Catharinae Gròbb : « Mi Deus ! ego debui talis viri uxor fieri » ; tempore convivii discessit ; per agros vagavit ; puellis eam hortantibus ut domum rediret respondit : « videbunt vel non videbunt me domi amplius ». Eadem die, iter faciens cum comitatu ad pagum mariti, dixit Mariae Nemeth : « mi Deus ! cur facta sum uxor huius viri senis ? » Et postridie, valde tristis conquerebatur non a se, sed coactam illuc ivisse, se ibi « non assuetam factum iri ». Quae deinde acciderint iam novimus. Denique post fugam,

patri dixit: « se libentius vitam perdere propria manu velle quam (ad maritum) redire ». Et parocho reconciliationem suadenti : « nec corpus suum nec animam suam velle Michaelem in maritum habere, se libentius in puteum praecipi tare velle ».

Iamvero tanta haec animi aversio, praeter quam quod non omnino contemnendam de necessaria spontaneitate consensus suspicionem ingerit, utpote causa facti petens, gravissimam parit de inconsummatione praesumptionem ; atque ideo plurimum supra allatis testimoniis addit roboris.

At ne videar silentio premere quae difficultatem facessunt, non omittam obscura quaedam verba in depositione Michaelis occurrentia. « Audivi, ita ille, quod incolae de Hanta dixerunt incolis in Lazi quod peiori matrimonio quam hoc non potuissem coniungi. Quidam vero vir iunioris aetatis in Hanta (nomen eius nescio) dixit mihi : si ita cognovissem uxorem meam sicut ille cognovit, tunc futurum fuisse ut non acciperem eam in coniugem. Uxor vero huius viri dixit maritum suum fuisse amatorem uxoris meae. Istud quoque dixerunt incolae de Hanta ; ita factum est sicut ante matrimonium fama loquebatur, quod nempe : tantum ineunt matrimonium et statim separabunt se ».

Sed haec nimis vaga sunt, et adversus definita et iurata, quae supra exposuimus, quid valeant nescio. Deinde non mirandum quod fuga puellae post triduum a nuptiis, factum haud ordinarium in pagis, vario sensu et non amice ab omnibus fuerit interpretata. Verum quod attinet Elisabeth veracitatem, puto ob ea verba confirmari magis quam infirmari. Si enim rumor viciniae iam ante initum matrimonium efferebat sponsos *statim* se invicem separaturos; ergo credendum Elisabethae asserenti, se iam tum dixisse cum marito non futuram, et ei nunquam commiscuisse. Amor autem, cui ea verba alludunt, nihil inhonesti habuit ; et patet ex iurata puellae depositione.

Dioecesanus vinculi defensor animadvertit plures in actis discordantias reperiri, et exempli loco sequentes notat :

« Prima nocte, secundum virum, mulier accedit ad lectum receditque (negato debito) ; secundum mulierem autem vir est qui repulsus recedat. Mulier porro dicit se, relicto viro, domum reversam, solummodo matri de hac re dixisse, nemini alii neque patri, cum is eo tempore non esset domi...; pater autem iuramento affirmat a filia audiisse matrimonium non esse consummatum, idque eo tempore audiisse, quo ea, tertia post matrimonium (contractum) die, domum esset reversa. Alia taceo quae parochus Ross, quaeque noverca viri de consummatione matrimonii dicunt ».

Verum, ut palam est, agitur de circumstantiis factorum accidentalibus, quas circa non parum indulgendum errori aut oblivioni ; eo vel magis quod narrentur a personis rudibus post non breve, a rebus gestis, temporis intervallum. Proinde discrepantiae huiusmodi, si vere extant, quin testantium fidem minuant, collusionis suspicionem amo vent ; quae enim ex condicto dicuntur in omnibus conveniunt. Dixi si vere extant ; puto enim pleraque, quae videntur opposita, componi posse. Ita v. g. sponsus ait, se petente debito, mulierem e lecto descendisse ; mulier autem, se dixisse ei ut abiret, eumque abiisse. Sed utrumque verum est, nam et sponsa post viri tantamina in cista decubuit, et sponsus, post repulsam ab uxore acceptam, extra cubile pernocta vit : quod etiam explicat parochi Ross et novercae verba, quibus innuit vinculi defensor. Et quae mulier, vix in domum paternam reversa soli matri dixit, non etiam patri quia aberat, eadem, nonne et pater, sero se forte ab agris domum recipiens, a filia potuit audire ?

Haec iam satis videri possent ad moralem et iuridicam certitudinem inducendam de matrimonii inconsummatione ; iuridicam inquam, compertum est enim non raro apud S. O. C. causas huiusmodi, sola partium et testium iurata depositione expediri (Ita in *Ianuen. 27 aprii. 1844,* in *Tergestina 16 mart. 1856,* in *Viennen. 15 decem. 1887* aliisque permultis) : quod et congruit iuri decretalium (Sánchez *de matr. lib. IV, disp. 108, n. 6 ;* De-Luca *de matr. di-*

scept. 7, n. 7) ; et aequitati consulit pro casibus, in quibus non suppetit probatio, ut aiunt, adminiculativa ex corporis inspectione. Et tanti morale argumentum S. C. O. identidem aestimavit, ut facta etiam inspectione, eaque virginitati mulieris haud favente, quia graviter hymen dilacerate, saltem ex parte, repertus fuerat, nihilominus pro inconsummatione sententiam dederit. Ita in *Venetiarum Matr. 28 Iulii 1860 ; Neapol. 18 aug. 1866, Ianuen. 9 iulii 1866,* apud *Acta* S. *Sedis v. XVIL p. 358.*

Verumtamen in casu nostro nec omissum fuit physicum in corpore puellae experimentum ; quod, certe, ut ab initio monui, in aliquibus deficit, sed audiatur hac de re Iudex delegatus : « Fateor quidem, nonnullos defectus in processu instructo occurrere, quin tamen dici possit, illos a nobis commissos, aut voluntarie admissos fuisse. Sic obstetrices non tres, sicut praescriptum est *Instr. S. H. C. 22 aug. 1840,* sed tantum duae adfuere, quia tertia in loco haberi non potuit, nec sine magno incommodo, imo multis tantum expensis, quibus ferendis partes impares sunt, ex civitate Taurinensi tertia advocari potuisset. Libens praeterea admitto, obstetricem Golubovics errasse dum inspectionem non oculis, sed manibus fecerit ; huic tamen defectui medelam afferre non potuimus quum mulier vix adduci potuisset, ut se novae inspectioni subiiceret ; sed nec tempus iam opportunum ac lucidum ad id iterato faciendum suppetebat. Censeo tamen hunc defectum, perplexitati adiudicandum, dexteritate et conscientiosa inspectione alterius obstetricis Molluar abunde suppletum esse. Liceat mihi id etiam observare, mulierem Elisabetham nec ad novam citationem, ulterioris inspectionis causa faciendam, comparituram : quum iam citata, ut publicationi processus adesset, non advenerit. Duo medici et duae obstetrices sub duplici iuramento testantur, signa virginitatis penes Elisabetham adesse ; puto testimonia haec eaque iurata sufficere, quum iuxta morem, in aula archiepiscopali Parisiensi, vigentem, duo solum medici iurati id facere soleant, quod in praesenti casu insuper a duabus obstetricibus

factum fuisse constat ». His adderem iuxta instruct. S. Off. sine data, et aliam instruct, eiusdem S. Cong. diei 20 iunii 1883, sufficere duas tantum obstetrices; imo, iuxta hanc ultimam, vel unam « si impossibile aut valde difficile fuerit ut duae reperiantur ». Ceteroquin S. C. C. insuetum est, praevia actorum sanatione, probationes a forma iuris alienas, imo et omnino extraiudiciales admittere, quae tamen natura sua sint ad probandum idoneae. Consc. *de sep. tori lib. III, cap. II,* §§ *285, 286.* Cuius rei ita rationem reddit Ursaya: « Quum non insistitur apud iudicem pro dissolutione matrimonii per viam iustitiae, sed petitur a principe illius sola dispensatio per viam gratiae, non debet concurrere rigor ille probationum qui de iure requiritur in primo casu, sed princeps potest etiam moveri ab extraiudicialibus demonstrationibus tam impotentiae viri, quam virginitatis mulieris » Urs. *discipl. Eccl. v. III, p. II, disc. 22.* Ideo, cum in themate inspectio sua probandi vi non careat, cumque illam iterare fere impossibile Ordinario videatur, putarem novae parcendam inspectioni, suadente etiam necessitate prospiciendi spirituali coniugum bono, qui tertio iam anno huius causae solutionem expectant, non sine gravi incontinentiae periculo.

Sed vere ne inspectio, ita ut facta est, probat Elisabeth virginalem integritatem ? Et si non ad certitudinem absolutam, quia non desunt qui putent ex Zacchia aliisque medicinae legalis, gynecologiae, obstetriciae, physiologiae auctoribus, nulla dari certa virginitatis signa, Sanguineti *iur. eccl. priv. inst. p. 452,* indubitanter usque ad maximam probabilitatem ; quae probabilitas si addatur supra allatis argumentis moralibus, demonstratio inconsummationis matr. iam nihil desiderandum relinquet.

Itaque inspectio, de qua sermo, facta est per duas obstetrices romano-catholicas, provectae aetatis, coniugatas, edoctas et approbatas in universitate Budapestini, quarum utraque per plures annos in suo munere versata fuerat ; utraque inspectionem circa virginitatem nonnunquam peregit ; et

Catharina Brandl semel etiam ex mandato iudicis regii. Medici ad rem adhibiti, ambo perhibentur in sua arte periti ; quin et qualificati, nam alter est medicus districtualis, alter medicus S. Sedis Consistorialis. Ad haec, in inspectione, praeter supradictos defectus, omnia rite servata sunt : balneum aquae purae et tepentis, matronae praesentia, instructio per medicos obstetri cibus danda, successi vus earum ad puellam accessus, de repertis iurata depositio, omnia inquam. Porro exitus hic fuit, quod utraque obstetrix et medicus uterque iurato asserere potuerint sibi certo constare de puellae virginitate. « Iudicium meum est, ita obste trix Iuliana Marosi, eam esse virginem. Hoc pro certo habeo, quia ea quae hoc demonstrant omnia in ordine inveni ». Et Catharina Brondl : « omnino certum mihi est, hanc mulierem esse virginem. Occasione inspectionis experta sum hoc ». At quid invenerunt ? Plane omnia, quae passim habentur ut virginitatis signa. Catharina Brondl quae manu et oculo inspexit, quamque, prae alia, Ordinarius laudat et semel etiam iudex regius accivit, invenit, labia tum externa tum interna intacta; hymen, formae utique semilunaris non circularis, quae forma communior est, sed illaesum et absque ulla cicatrice ; ostium vaginae angustum ; rugae vaginae intactae ; mammillas duras : « omnia sicut apud puellam virginem esse debent ». Iuliana Morosi, quae factu dumtaxat usa est, eadem prorsus signa reperit ; nisi quod de hymene ita loquitur : « Membranam non inveni sed neque cicatricem ; sed inveni... parvam membranam ubi solet esse membrana. Membrana (haec) non erat centralis, non occupavit totum locum ». At quid aliud est membrana huiusmodi, sine cicatrice, non centralis, idest non circularis, nisi hymen semilunaris ab alia obstetrice repertus ? Et ita unus et alter medicus rem est interpretatus. Iamvero praedicta signa etiam medicae artis peritis suaserunt puellam esse undequaque virginem. « Iuxta relationem obstetricum, ita Doct. Szepezhazy, de effecta inspectione, testari possum omnia signa virginitatis apud Elisabetham inventa fuisse, eam numquam cum viro eo-

pulam carnalem habuisse, eam virginem esse ». Doct. autem Karika haec habet : « Iuxta relationes ab obstetricibus... immediate acceptas, conformes et rem per omnes partes describentes, testor apud mulierem a nominatis obstetricibus hodierna die iuxta regulas artis inspectam, Elisabetham, factum commixtionis carnalis definite excludi posse, et ideo Elisabeth virginem esse ». Interrogatus ante a iudice utrum illud *posse* significaret « factum hoc excludi *debere* vel tantum *posse* pro excluso haberi » respondit : « Iuxta relationes obstetricum factum hoc excludere debemus ».

Nec aliter iudicari poterat. Quo circa, ne importuna citationum congerie Patres fatigaret, Lapponi votum citavit, quo mediante causa *Lucionen. 25 maii 1895,* huic nostrae simillima, pro dispensatione resoluta fuit.

Haec cum ita sint ; simul sumptis et iurata partium depositione, et testimonio iudicis delegati nec non septimae manus de sponsorum veracitate honestisque moribus, omni exceptione maioribus, et circumstantiis repugnantiam pene invincibilem puellae erga virum ostendentibus, et quatuor in arte peritorum de virginitate mulieris sub duplici iuramento attestatione ; his omnibus, inquam, simul sumptis ac rite perpensis, non dubitarem tuto asseri posse, matrimonium in casu non fuisse consummatum.

Nunc breviter expendens dispensationis causas, animadverto specialem hac super re inquisitionem in processu desiderari : verum huic omissioni per testimonia circa inconsummationem et per supradictam relationem abunde suppletum fuit. Et sane liquet ex tabulis processualibus 1. puellae consensum si non invalidum, valde saltem imperfectum fuisse ; 2. coniugum animos ita esse dissociatos, praesertim propter insuperabilem mulieris erga virum aversionem, ut nulla affulgeat reconciliationis propabilis spes ; 3. utrumque coniugem versari in gravi incontinentiae periculo, nempe Elisabeth ob iuniorem aetatem ; Michaelem, quia avet novas nuptias, et quia, prout ait iudex, non semel « a personis, prolium gratia conductis, tentationes expertus fuit ».

Iamvero quaelibet ex his causis sufficit, iuxta communem DD. sententiam, ad dispensationem concedendam; De Iustis *II, X, n. 21-34;* Schmalzg. *IV, XIX, n. 53 seq.;* Gasparri *II, n. 1081.* Demum dictis causis accedit, ad instar causae impulsivae, mutuus coniugum consensus, pluries et firmiter expressus, quo interveniente facilius dispensatio concedi solet, Consc. *de separ. tori III, II, n. 97 ;* Sánchez *I. Il, d. XVI;* et praxis constans S. C. C. et S. Off.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Vertente anno 1895, mensis Iunii die 29 Michael, in aetate annorum 42 constitutus, viduus ac triplici prole oneratus, Elisabetham, 21 annos natam, in primo et secundo lineae collateralis gradibus sibi affinem, quippe quae a praemortuae uxoris fratre genita est, apostolica dispensatione desuper obtenta uxorem duxit.

Sed tertio ab initis nuptiis die Elisabeth post coenam, insalutato viro, fugam a maritali domo arripuit. Et coniuges iam toti in eo sunt, ut astruant uxorem prohibuisse quominus consummare tur matrimonium.

Intercedit quidem specimen ab Obstetricibus in corpore mulieris peractum, at hoc experimentum absolutum non est ad iuris amussim.

Enimvero, quod hanc spectat causam non tres, sed duae tantum mulieris corpus obstetrices recognoverunt, et una contenta factu, cunnum visu non exploravit. Neutra autem, quemadmodum optime advertit lectissimus consultor, scriptis relationem amandavit. Huc accedit ut res sit de hymene imperfecto.

In coniugum vero iuramento quantumvis testimonio septimae manus munito, fidendum non est. Ea namque est humana fragilitas, ut homines passim studio veritatis sua praeferant commoda.

Quod et praesenti in causa contingit. Speciminis ergo : Elisabeth contendens se Michaeli nupsisse impellente patre, intrepide iurat : « Dixit (pater) me etiam exhaeredem facturum, si non obedio ». Elisabethae pater aeque iurat non mi-

nus intrepide : « Non sum minatus ei me ipsam exhaeredem facturum, si non fieret uxor Michaelis ».

Quibus animadversis, propositum fuit diluendum

Dubium

An consulendum sü SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die 26 Februarii 1898, censuit respondere : *Affirmative.*

TRANEN.

IURIUM.

Die 2 Aprilis 1898.

Sess. 22 cap. 9 Do reform.

COMPENDIUM FACTI. In oppido Trinitapoli dioecesis Tranensis nonnullae iampridem constitutae sunt Sodalitates in propriis Ecclesiis seu ab Ecclesia parochiali distinctis. Huius oppidi Clerus in collegium coaluit addictum Ecclesiae Archipresbyterali , quod, volventibus annis, pluribus auctum fuit privilegiis et hodie titulo *Collegiatae Insignis* honestatus Quia zelo Sacerdotum, Sodalitates, prout ubique fieri solet, institutae sunt, iam in more positum erat, nullam fieri functionem, nullam publicam duci supplicationem, quin universus clerus in eisdem partem haberet, et quasi moderatoris munus ageret. At rerum novarum studium hodie has etiam sodalitates occupavit, quae a cleri tutela se vindicantes contenderunt, se nullo iure obstringi ad clerum universum suis functionibus invitandum ; quin imo singularum Sodalitatum Moderatores statuerunt, se presbyteros non admissuros in suis Ecclesiis, Sacrum operaturos, nisi stipendium pro utensilibus solverent.

Clerus in plenario conventu *a. 1873* hahito quaedam statuta concinnavit, quibus sua iura adversus sodalitates plene vindicavit, constitutis multis in illos Sacerdotes, qui uti *sinijuli* adhaesissent invitationibus Sodalium quoties-

cumque hi *universum* clerum invitare posthabuissent. Inde irae et contentiones pene quotidianae ; quas ad ampütandas Archiepiscopus iudices delegavit, qui unum et alterum controversiae caput cognoscerent et définirent. *Die 25 Augusti 1895* haec prodiit sententia :

I. Rectorem Ecclesiae non teneri exequi id quod Clerus exigit.

II. Consuetudinem a clero praetensam haud vigere.

III. Multam indictam infirmari ; et clero onus imponitur restituendi 12 libellas, quas indebite solvit rector Ecclesiae S. Mariae Lauretanae.

IV. Priorem Sodalitii bene se gerere tuendo ius suum, attentis praesentibus adiunctis.

V. Ad expensas damnari succumbentem, quas Cancellarius Curiae Archiepiscopalis constituet.

Appellationem Clerus *scriptis* certe non interposuit, sed hodie contendit se *verbis* appellasse intra decendium ; sed quo tutius suis iuribus consulat petit *restitutionem in integrum,* si Emis Patribus non videatur appellatio admittenda ; et demum *in merito* quaestio est, an sustineatur relata sententia iudicum delegatorum.

Interea, ab hac edita sententia, Archiepiscopus non statim rem ad S. C. C. remisit, sed incubuit ad sedandas lites per viam concordiae et *die 18 Feb. 1897,* occasione Sacrae Visitationis, decretum edidit veluti *possessorium,* contrarium priori sententiae, ut nihil innovaretur, *iuxta intentionem cleri,* salvis dispositionibus S. Sedis.

Disceptatio Synoptica

IURA CLERI. Cleri patronus in primis contendit appellationem iure initam esse et ci. Santi recitat sententiam *(Tit. de appell, n. 18)* aientis : « Iuxta ius commune sufficit si gravatus dicat se appellare a sententia definitiva, quia iniqua est. Imo iuxta Doctores si gravatus praesens sit in iudicio, sufficit si, audita sententia, pronunciet verbum appello vel provoco, appellatio valet >. Idem sentit

Devòti, qui de sententia definitiva scripsit : « etiam viva voce appellamus ».

Dein quia Doctores passim opinantur *scriptis* debere fieri appellationem ab interlocutoria sententia, *verbis* autem posse appellari a definitiva, rem explicat hac animadversione ci. Santi (1. c.) ibi : « Magis dura videtur et adversa iudici appellatio ab interlocutoria, quam a definitiva. Prior enim appellatio suspendit cursum iudicii, et exercitium iurisdictionis iudicis : secunda vero appellatio suspendit solum executionem sententiae, non autem iudicium in quo iudex per sententiam definitivam functus est iam munere suo ».

De appellatione *verbotenus prolata* testatur Archiepiscopus.

Dein confugiens advocatus ad remedium *restitutionis in integrum* si appellationis deesset subsidium, notat S. Rotae Tribunal, numquam tale subsidium denegasse quando sententia aperte iniqua videatur tum quoad actorum formam (nullitatis vitium), tum quoad causae meritum (vitium iniustitiae). « Dicebant Domini restitutionem semper dari quando resultat laesio ex nullitate et iniustitia sententiae ». *Decis. 241, p. 8. Recent, cor. Reipo et passim.* « Ubi constat de nullitate et iniustitia datur etiam adversus sententiam et rem iudicatam ». *Rot. Rom. Rec. Dec. 672, n. 1, p. 1.*

Ad rem narrat patronus appellationem tantummodo ore, non scripto, factam fuisse et diu hoc statu permansisse, quia iudicis haec fuerat voluntas. Etenim prius quam res apud S. O. C. denuntiaretur, Archiepiscopus iterum partes dissidentes inter se componendas curavit. Non ex eius sententia eventus successit, sed non ob hanc causam Clerus condemnandus est, qui imperium legitimi Moderatoris sui detrectare recusans, eius iussis obtemperavit.

Altera causa cur restitutio in integrum concedatur, ex laesione gravi ac perpetua desumit orator, asserens ex sententia onus gravissimum Clero imponi, quum ille emolumentorum fons exsiccetur, unde vitae et dignitatis suae alimentum haurire debuerat.

Praeterea, instat patronus *hanc restitutionem* non negari « quando iudex ex errore vel falsa causa processit, illamque causam exprimat in sententia, huiusmodi sententia non transit in rem iudicatam, sed detecta veritate, semper potest retractari > ; ita Reiffenstuel *De sent. et re iud. n. 130.*

Neque, notat, tempus delapsum esse utile, quia restitutio in integrum intra quadriennium expeti potest.

Meritum quaestionis quod attinet, ait advocatus, duplici capite quaestionem versari : quorum alterum hoc est : *utrum Sodalitiorum Templa, quae Trinitapoli sunt, supellectilem sacram praestare teneantur cuilibet Sacerdoti eadem Templa ingredienti, Missam celebratur o, vel non.* Alterum autem: *utrum Rectoribus vel, uti vocant, Patribus spiritualibus, qui sodalitiis in eadem Urbe praesunt, publicas vel privatas supplicationes, quae tamen sodalitates non respiciunt, celebrare fas sit, invito Cleri Collegio, vel nulla eius invitatione facta.*

In prima quaestione patronus provocat ad consuetudinem de qua Archiepiscopus dixit : constare de consuetudine immemorabili qua fit, ut Ecclesiae Sodalitiorum praebuerint omni in aevo, clero Trinitapolis, quidquid opus est ad Sacrificium Missae litandum, contrarium absonum esset, ut mihi videtur.

Quod litteris suis Archiepiscopus expressit, iam idem declaraverat in quodam Decreto suo edito die *8 Februarii anno 1897* in Sacrae Visitationis actu. Quo decreto illud edixerat, ut in posterum nihil innovetur, sed Sodalitia prosequerentur sacram supellectilem praestare iuxta consuetudines, donec S. C. O. iudicium suum tulisset.

Recolit orator Benedicti XIV auctoritatem, qui non semel placitis suis sanxit, Praesides Ecclesiarum nullo modo contendere posse, ut sacerdotes qui easdem Ecclesias Sacrum celebraturi adeunt, sacram supellectilem secum ferant. Illud tantummodo voluit, ut quoties eaedem Ecclesiae nota ac certa inopia laborent, exiguam taxationem celebrantibus vel offe-

rentibus irrogare possint ; atque id non generatim, sed circumscripto concessit, scilicet integra consuetudine et veteribus usibus atque incidentibus tantummodo iis rerum adiunctis, quae Scavini, in libro *de Eucharistia* art. *I. De Missae stipendio,* ita explicavit: 1. Si ecclesiae paupertas interveniat, aliquid retineri potest pro necessariis missarum expensis quum perpetuae sunt. Etenim consuetum stipendium non minuitur quum testatores perpetuas missas instituentes integro sacerdotis stipendio, omnibusque expensis pro Sacrificio peragendo necessariis consulere debuerint etc. 2. Etsi Sacrarium ecclesiae prematur inopia, nihil pro expensis missarum necessariis exigi potest a sacerdotibus, qui ad eamdem ecclesiam accedunt rem divinam facturi, aut pietatis causa, aut certo nullo ducti stipendio per ecclesiae ministros etc. 3. Si sacerdos ipse celebrare in eo templo omnino postulat, de cuius paupertate constat, tunc aliquod pro expensis deposcere licet vel a presbytero vel ab eo qui collato stipendio sacrificium indixit.

Advertit autem patronus, tantam inopiam in ecclesiis haud praesumi, quia leges illud semper voluerunt, ut nullum templum publico cultui aperiretur, nisi congrua dote munitum, apta quidem ipsi cultui servando, iuxta Lateranensis Concilii voluntatem *c. 16, quaest. II:* « Nemo ecclesiam aedificet antequam praefiniat quae ad luminaria et ad custodiam, et ad stipendia custodum sufficiat etc. ».

Neque vero a tali onere eximi possunt templa, quae a Sodalitiis aut Congregationibus reguntur, pergit orator. Nimirum haec habet Melagutius, *Manuale parochorum :* < Sodalitia , ubicumque sint erecta, tenentur manutenere ac providere eorum altaria in quacumque ecclesia instituta sint, de luminariis, fabrica, et quibuscumque necessariis, tum ad honestum religiosumque ornatum eorum, tum ad celebrationem Sacrificii Missae ; quia ex Panimolli, *Decis. 15, n. 9 ;* Barbosa *de Officio et Potestate Epnscopi, alligata n. 64, n. 16,* et Cannenses ; in praxi per earum erectiones in dictis altaribus factas, sodales censentur ac reputantur se obligasse

ad ea manutenenda, instructa de praefatis, perinde ac si extarent Patroni altarium ». Iuxta patronum evidentior haec obligatio fit ex publico instrumento quod Municipium cum Lauretana sodalitate adstipulatum est *die 14 Martii 1841.* Nam per illud authenticum documentum Lauretana Sodalitas Municipium in patronum habuit eique sese subiecit, hac praecipua lege imposita ut Sodalitas, pro sede sua in Lauretana aede locata, se obligaret in perpetuum, sumptu suo, publicum cultum servare.

Quae omnia iuris et consuetudinum praecepta, ad cetera etiam Trinitapolitana Sodalitia merito transferri possunt, notat orator. Nam piorum hominum largitionibus condita fuere hac lege, ut publico cultui inservirent.

Quia in adversa sententia auctoritas affertur decisionum S. C. Rituum advocatus non negat in Ephemeride, quae *Il Monitore Ecclesiastico* vulgo nuncupatur, quaedam decreta a Sacris Romanis Congregationibus edita contineri, quae in rem de qua agitur cadere videntur. At praeter quam quod nullam de iis mentionem in lata sententia iudices fecerunt, eadem decreta in alienum sensum ac a germana veritate detorta fuisse contendit orator. Revera decreta quae Ephemeris illa percenset, *Vol. V,p. II, pag. 147,* eos tantummodo spectant, quos cappellanos vel bénéficiâtes vocamus, quibus onus perpetuum missarum celebrationis ferendum est : aut saltem eos sacerdotes respiciunt, qui singulo quoque die, nulla fere intercapedine, diuturno quoque more, semper in eodem templo sacris operari solent.

Solum hanc ob causam sodalitiorum praepositis exiguam taxationem imponere fas esset, dummodo tamen templi egestas manifesta sit. At in causa, quae apud hanc S. C. agitatur, non de cappellanis, non de beneficialis, non de missis perpetuo celebrandis res est : sed tantummodo de iis missis, quae adventiciae vocari solent, quas unus vel duo sacerdotes bis in mense aut raro in anno celebrare velint in templo, urbis Patronae Sacro, vel pro Christi fidelium pietate.

Negans orator Sodalitatum obiectam paupertatem haec

advertit. Ante omnia aedem reficere oportet. At aedes de ea pecunia refici solet, veluti inter omnes constat, ex vi illius auri quod fidelium pietas Virgini Patronae donare consuevit. Secundo cera pro sacro celebrando comparanda est. At pietas fidelium hanc satis superque ministrat. Tertio merces aedi tuo solvenda est : vinum ac hostiae suppetendae. At Municipium hos sumptus de sua pecunia compensât. Nam aedituus municipalis agri usu fruitur et municipali venia stipem colligere potest tum in templo, tum extra. Denique sacerdotales vestes adhibendae sunt. At huic necessitati Christi fideles consulunt, qui aulaea insignia saepe dono dederunt. Etiamsi igitur reapse misere Lauretana sodalitas sese haberet, hoc nullo impedimento esset quominus supellectilem sacro celebrando praestaret. Atque etiam maius in se damnum Sodalitas derivaret si in renuenda supellectile persisterei. Quia magis in dies sacra in templo deficerent itemque fidelium concursus magis in dies deflueret, quorum largitione mensa nummularia templi augetur.

Pariter iniusta sententia tollenda est, urget patronus in altera parte, qua Sodalitiorum Rectoribus vel, uti vocant, patribus spiritualibus, ius tribuitur publicas vel privatas supplicationes, etsi Sodalitia ipsa non respiciant, celebrandi, invito cleri collegio vel nulla eius invitatione facta. Re quidem vera haec sententiae pars *consuetudini* prorsus repugnat, *mutuis pactionibus* inter clerum et sodalitia sancitis, nec *non legibus,* quibus varia Sodalitia reguntur.

De consuetudine Syndici Trinitapolensis testimonium exhibetur : quae consuetudo roboratur etiam Archiepiscopi decreto *diei 18 Feb. 1897.*

Quia adversa sententia advertit hanc consuetudinem esse ex *tolerantia* Rectorum repetendam, ait patronus, in casu nostro tria saecula tolerantiae extare. Si ergo tolerarunt Rectores, consuetudinem praescriptione induxerunt, nec non consuetudinem simplicem, sed privilegiatam induxerunt, quia trium saeculorum lapsu confirmatam. Neque, instat, haec consuetudo irrationabilis dici potest : nam « consuetudo est

« irrationabilis quoties abrumpat nervum ecclesiasticae disci-
« plinae », ci. Santi, *De consuet. n. 17.* Quod ad hanc causam transferri non potest, quia haec consuetudo, firmioribus praesidiis Ecclesiae disciplinam firmavit, eo quod in unum caritatis et concordiae vinculum Sacerdotes sociasset.

Nec modo consuetudini, pergit orator, sententia aperte repugnat, sed mutuis etiam pactionibus inter Clerum et Sodalitia scripto obfirmatis die 15 Decembris 1873.

Episcopi ratihabitionem in hoc casu non defuisse arguit orator ex Archiepiscopi attestationibus.

Quoniam neque ipse Archiepiscopus Marinangeli, neque Decessores eius unquam de hac Cleri adstipulatione questi sunt, nec eam ignorare potuerant, quum nota ac omnibus pervulgata esset, illud infert patronus eamdem, iam inde ab exordiis, ab archiepiscopali auctoritate *tacite* fuisse probatam .

At *adversa sententia* dicit : articulos respicientes onus patrum spiritualium vocandi Clerum ad functiones, et multam, in casu transgressionis, abolitos fuisse decreto Archiepiscopi De Bianchi die 14 Martii 1878, et decreto 1 Maii 1895 praesentis Archiepiscopi Marinangeli. Sed reponit advocatus hic de consuetudine privilegiata agi, quae non abrogatur, nisi expresse lex quae eam abroget, lata sit. Non adfuisse derogationem fatetur Archiepiscopus Marinangeli in litteris datis S. C. C.

Unde concludit orator, Patribus Spiritualibus ex lege Sodalitatum non competere auctoritatem, quam eis attribuit controversa sententia.

IURA SODALITIORUM. Ex adverso Sodalitatum advocatus recolit, sub initio exortae controversiae, Antistitem Marinangeli ita suam mentem expressisse : canonicos nonnullos istius Ecclesiae Collegialis recursum ad nos habuisse eo consilio, ut Rectores spirituales Sodalitatum prohiberentur aliquas peragere functiones absque interventu Capituli collegialis. Nos vero consideratis consuetudinibus..... iubemus Rectores Sodalitatum relinquendos liberos in peragendis fun-

ctionibus quibuscumque in propriis Ecclesiis, quibus praesunt ex nostra voluntate absque ulla capituli intromissione.

Deinde notat orator sententiam accessisse iudicialem ad Archiepiscopi mentem confirmandam, quam tamen sententiam a clero, tempore utili appellatione non impetitam, ipse Archiepiscopus postea pessumdedit contrariis editis decretis.

Circa quaestiones *praeiudiciales* notat in primis advocatus, appellationem intra decem dies interponendam esse ab edita sententia, et cautum fuisse ut iudici, a quo appellabatur libellus ab appellante daretur. « Dummodo infra tempus, quo licite provocatur, coram iudice, a quo appellasse volueras : vel si habere ipsius copiam nequivisti, in praesentia bonorum virorum, protestatione super hoc proposita, causas appellationis duxeris exprimendas » *cap. Si iustus metus, ult. de appell. 28.* Et Bonifacius VIII decessorum et romanorum iurisconsultorum vestigiis inhaerens, ut litteras, quas apostolos nuncupare solemus, intra trigesimum ab appellatione diem, a iudice peteret, appellanti praecepit, ea lege : ut si forte non peteret, appellatio pro infecta haberetur : « ab eo qui appellat infra triginta dies instanter apostoli peti debent, et eidem intra dictum tempus a iudice exhiberi : alias praesumitur appellationi suae renunciare appellans, si eos infra idem tempus petere praetermittat, etiam si vadat aut mittat ad appellationem huiusmodi prosequendam » *cap. 6, de app. in VI.*

Quare arguit haec omnia posthabita fuisse ab adversariis, qui *post biennium* ad appellationem confugerunt. Quia vero Archiepiscopus hodie fatetur, hos appellationem verbis tempore utili interposuisse, reponit patronus nudum Archiepiscopi testimonium, qui litigatorem privatim appellantem se audisse testatur, legitimae appellationis locum supplere non posse quia haec, nisi fìat e vestigio, dum sententia coram iudici recitatur, scriptura necessario facienda est. « Appellatio a sententia definitiva potest fieri dupliciter ; primo quidem incontinenti, sive, ut alii loquuntur

stante pede, et iudice adhuc pro tribunali sedente, et tunc ea fit viva voce, quamvis hoc ipsum mox inserendum sit actis publicis : deinde appellatio a definitiva potest interponi ex intervallo, tamen intra decem dies : et tunc ea est facienda in scriptis, sive per libellum quem vocant appellatorium : quique debet continere personam appellantis, personam iudicis a quo appellatur, et sententiam a qua fit appellatio » *lib. 1, § fin. d. de app. et rei. 79.* (Reiffenstuelius *ad tit. de appell, lib. II, 27, § 4, n. 119, 120).*

Quod si valide appellatum fuisse detur, instat orator, at constat huiusmodi appellationem, desertam ab appellatori bus fuisse. Nam si facta ad Pontificem appellatio nolebat deseri, oportebat, ut apostolos appellans peteret et causam Romae intra sex menses instituendam curaret. Etenim appellatio pro nihilo putatur, nisi apostoli repetantur, « praesumitur appellationi suae renunciare appellans, si apostolos infra triginta dies petere praetermittat » (Bonifacius VIII *in cap. 6, de app. in 6).* Et Reiifenstuel *I. c. n. 167 seq.* docet: « Fatalia legis praesentandi apostolos atque introducendae coram iudice ad quem appellationis , est tempus sex mensium a die interpositae appellationis computandum. Fatendum tamen quod Lud. Engel asserat quod fatale istud sive tempus praesentandae seu introducendae appellationis coram iudice ad quem de iure canonico non sit determinatum : sed iudex a quo terminum praefigere debeat : concordat Scaccia dicens quod tempus praesentandi apostolos iudici ad quem sit ad arbitrium, sicut et tempus prosequendae appellationis, dummodo fiat intra annum.

At si non patet adversariis appellationis refugium, neque *in integrum restitutionem* succurrere vult advocatus. Nam restitutio in integrum est remedium extraordinarium quo ministerio iudicis ob laesionem res in pristinam reducuntur conditionem, in qua ante laesionem fuerant. Quum enim in integrum restitutio remediis extraordinariis annumerata : sequitur absque gravi causa eam concedi non posse.

Unde advertit procurator : *Hominibus vel lapsis vel circumscriptis hoc titulo subvenitur, sive metu, sive calliditate, sive aetate, sive absentia inciderunt in captionem, sive per status mutationem aut iustum errorem (IL 1 et 2 D. de in int. r est.). Ad restitutionem in integrum requiritur quod laesio gravis acciderit dolo adversarii, vel inconsulta facilitate laesi, aut negligentia sui procuratoris : idque vel manifesto constet, vel saltem in iudicio per laesum rite probetur* (ReifFenstuel *tit. de in int. rest. nn. 11, 12).*

Nullam vero ex istis causis in themate suffragari adversarium, contendit patronus; quippe nulla ex istis aliqualiter probata fuit.

Descendens vero *ad meritum* causae patronus notat ad sacra quod attinet in Ecclesiis sodalitatum obeunda, quae S. Rituum Congregatio, superiore ineunte saeculo, sapientissime decreverat : ea iudices sua sententia decreverunt. « An Confraternitates erectae' in Ecclesiis publicis habeant quoad functiones Ecclesiasticas aliquam dependentiam a Parocho, intra cuius Paroeciae limites sunt Ecclesiae ? Negative » (decr. Urbis et Orbis diei 16 dec. 1703). Nec aliud de mercede pro utensilibus solvenda censuerunt : ac in quadam Dertfionensi causa *(die 6 iulii 1726)* S. C. C. eodem fere tempore censuerat: « An Archipresbyter Ecclesiae Collegiatae Oppidi Pontis Curoni fuerit et sit obligatus subministrare vinum, ceram et hostiam Cappellanis aliisque presbyteris de clero celebrare volentibus vel obligatis ad celebrandum missas in eadem Ecclesia. R. Archipresbyterum non teneri ad subministranda utensilia, de quibus agitur illis qui celebrant in sua Ecclesia ex obligatione beneficii sive Cappellaniae, exceptis illis cum quibus habet conventiones particulares : et quoad missas adventitias teneri ad dictam subministrationem, quatenus permittat eos in sua Ecclesia celebrare : nec teneri ad has missas adventitias admittendas, nisi solutis utensilibus per celebrantes ».

Benedictus XIV *(Instit. Eccles. 105, % 108)* docet: « Qui causas huius opinionis (illius scilicet quae Sodalium liber-

tatem in sacris obeundis asserit) investigare cupiat, libros evolvat de iis pertractantes quae Parochiali Ecclesiae tribuenda sint ab aliis Ecclesiis, quae ab illa disiunctae sunt, sed ipsius limitibus includuntur. *Cap. fin. de of. archid.* decernit Ecclesias positas intra limites paroeciae ipsi nequaquam subesse, nisi forte de persolvendis iuribus parochialibus agatur *(Inst. 105, § 108).*

Obiiciet forsan adversariorum patronus, animadvertit orator, in relatis decretis haud agi de Capituli iuribus in commodum sodalitatum temperandis : sed tantummodo de iuribus Parochi, qui sua interdum potestate abutebatur. Id tamen facili argumentatione advocati iudicio diluitur; quum pateat, quae Parocho interdicantur, ea Clericis vel titulo canonicorum a Pontificis honestate, permittenda non esse. Et sane Clerus eam non habet auctoritatem in urbis Ecclesias quam Parocho, certis terminis circumscriptam, intra suae Paroeciae fines Pontificiae constitutiones tribuerunt *(cap. fin. de off. Archid.).* Nisi ergo Clerum Pontificis benignitas peculiari privilegio donaverit, hic, legibus Parocho impositis, aequo animo succumbere debet.

Sed subest illud argumentum ex consuetudine depromtum, quo adversarii demonstrare nituntur: sodalitates sacra facere non posse, quia more antiquitus constituto, in omnibus urbis Ecclesiis per Clerum sacra censuerunt.

At consuetudinem, reponit patronus, quam iaciunt adversarii neutiquam demonstrarunt. Primum igitur illud est demonstrandum, quae inducta consuetudine dicuntur ea, iam inde a vetusta aetate in morem venisse. Praeterea: « Consuetudo debet esse inducta moribus, seu actibus a tota communitate frequentatisi actus, ex quibus consuetudo inducitur, debent esse liberi, publici, notorii et uniformiter a tota communitate per legitimum tempus exerciti (Maschat. *Inst. can. ad hunc tit.* § *4 et 5).*

Tum autem confirmari debet hunc morem assidue durasse : nec umquam, vel illos conquestos esse, quorum intererat, consuetudinem non introduci : vel illos qui consue-

tudinem introducebant, alium morem fuisse secutos. Nam aliter interrupta consuetudo pro nihilo habetur.

Denique illud constet oportet, pergit patronus, eos ipsos, qui incommodo afficiebantur, consuetudinem hac mente non tulisse, ut amicis gratificarentur, sed se tolerantia sua obligare voluisse. « Ad hoc autem ut consuetudo obliget, requiritur, quod sit introducta cum animo saltem interpretativo se obligandi, seu introducendi consuetudinem obligatoriam » (Ferraris *bibl. canonica voc. consuet. § 5).* Hinc effatum in iure pervulgatissimum, actus illos vel ad consuetudinem vel etiam ad praescriptionem inducendam haudquaquam sufficere, qui facultativi parum latine nuncupantur. Qui enim sua sponte facit, et legi se subiicere recusat : quod hodie libenter elargitur, haud immerito cras negare potest. « In facultati vis non intrat praescriptio » (De Luca *theat. verit. et inst. de regul. lib. XIV, p. 1, disc. 2 § 20).* « Facultativa non inducunt consuetudinem in iis quae sunt liberae potestatis » *(Rota coram Arguelles in Fanen. praecedentiae 1 Iul. 1648, p. X, n. 256, § 20 recent.).* « Consuetudo immemorabilis non potest considerari in facultativis » *(Rota coram Rojas in Forosempronien, bonorum, 4 Martii 1641, p. IX, t. I. dec. 10, § 19 rec.)* « ex facultativis etiam per mille actus possessio non acquiritur » *(Rota coram Pirovano in Calaritan. 13 Febr. 1617, p. 4, t. 1, dec. 400, § 3 rec).* Tunc tantummodo facultativos actus consuetudinem inducere tum romani, tum nostri iuris scriptores tradunt : quum is, cui est lucro consuetudo, illos ipsos, qui sua sponte agebant, a constituto more recedere prohibeat : hic autem prohibentium voluntati aequo animo obsecundent. Id enim sufficit pro inducenda consuetudine : quod iurisconsultorum sententia, pro usucapione libertatis in servitute satis erat *(lib. 6 et 32 D. de serv.praed. urb. 8, 2):* « praevia prohibitione, seu respective coactione ac subsequuta acquiescientia per tempus habile » (De Luca *Theat. ver. et iust. de benef. lib. XII, p. I, disc. 58, § 7).*

Haec tria in consuetudine requiruntur : quorum nullum

adversarii obtinuerunt, urget patronus. Haud primum nec alterum: nullo enim testimonio, demonstrarunt, iam inde a vetusta aetate, sodalitatibus nullo pacto (maerentibus, ea sacra, quae sibi asserunt, a se celebrata fuisse. Haud tertium : quamvis enim probaretur, sodalitates longo temporis spatio ut sacris in sua Ecclesia adesset, canonicos rogasse : hic de actibus facultativis ageretur, quae consuetudinem inducere non valent ; quum nullum prorsus afferatur indicium, quod illam, de qua memini, prohibitionem tolerantia confirmatam arguere videatur.

Nec modo consuetudinem, quam affirmant, adversarii comprobant : sed iuxta advocatum, ipsi comprobare licet nullam umquam consuetudinem fuisse. Constat enim viginti hisce annis, qui nostram aetatem antecesserunt, ubi primum Trinitapolitanus Clerus, sodalitatum libertatem attentavit, has, nulla interiecta mora, ut se iniusta vexatione vindicaret, ad Episcopum confugisse. Nemo putabit anteacto tempore se patientes sodalitates praebuisse, si iura sibi clerus arrogasset, quibus hodie potiri conatur, ait orator. Quae si adfuisset, instat orator, hanc nostrae non probarent leges, nam omnes profecto consuetudines ius nostrum non ratas fecit : sed eas tantummodo, quae cum ratione congruerent. « Consuetudo non est usque adeo valitura, ut vel iuri positivo debeat praeiudicium generare nisi fuerit rationabilis et legitime praescripta » (Gregorius IX in *cap. tilt. h. tit. lib. L tit. IV Decr.).* Quaenam congruant rationi consuetudines, haud facile definitur : de hoc enim inter se scriptores satis acriter digladiant. Certum tamen consuetudines illas rationi repugnare, quae vel disciplinam evertant, « abrumpant nervum Ecclesiasticae disciplinae », *(cap. 5 h. tit.)* vel incommodis intolerandis locum dent *(cap. 10 h. tit.):* vel cultui Deo tribuendo aut publico bono adversentur *(cap. 13 de off. iud. ord.* et *cap. 16 de praescr.).* At haec omnia, quae iure reprobantur, in consuetudine occurrunt, iuxta advocatum, quam Ecclesiae utilem adversarii praedicant. Haec enim disciplinam evertit, quae spolians Trinitapolitanas so-

dalitates, facultatibus a Pontifice concessis : in Ecclesiis, quae Clero non subiiciuntur, amplam Clero iurisdictionem concedit. Haec cultui Deo tribuendo aperte adversatur, quae pauperes, ne sacra locent, impedire videtur. Quum enim qui sacra locat, cuncto Clero mercedem solvere debeat nec sacra sodalitatum moderatores suscipere possint, quin Clerum ad ea obeunda invitet : illico sequitur haud amplius sacra illos fore locaturos qui divi ti censu non potiuntur.

Demum ad melius explicandam sententiam S. C. C. edito in *cit. Berthonen.*, haec pondérât orator. Tria profecto missarum genera in Ecclesiis celebrari solent. Aliae sane celebrantur ab illis qui in Ecclesia beneficium obtinentes ; ex eius reditu mercedem accipiunt. Aliae porro ab Ecclesiae rectore, aut eius rogatu ; aliae denique a sacerdotibus vel pietate moti, vel mercede a fidelibus accepta, Ecclesiam, ubi non obtinent beneficium, ut sacris operentur, adeunt. Recte quidem Ecclesiae gubernator, in missis secundo loco memoratis utensilia suppeditat : nam ille qui rogat sacerdotes, ut sacrum in sua Ecclesia faciant, utensilia sacrum facientibus denegare non potest. At de aliis diverse iudicandum quem beneficium obtinentes, iam habeant ex reditu beneficii, unde sibi utensilia coemant ; vel si ecclesiae utensilibus utantur, unde aliquod pro eorum usu stipendio Ecclesiae dependant. Illi autem, qui a Rectore non rogantur, ut sacrum faciant in Ecclesia, sed Rectorem, ut se sinat sacrum facere, sua sponte rogant : nullo iure, mercede non soluta, utensilia a rectore requirunt. Qui enim aliquid indulget, eas leges, quae sibi libeant, imponere potest. *Quoad missas adventitias teneri ad dictam subministrationem quatenus permittat eos in sua Ecclesia celebrare, nec tenere ad has missas adventitias admittendas, nisi solutis utensilibus per celebrantes.* Quod illi congruit regulae, quam de Alberti hac de re constituit. *Peracta sacrorum utensilium provisione, non inde sequitur ea esse indifferenter subminitranda omnibus sacra facere volentibus: sed iura nostra certos ad id statuerunt fines.... missas adventitias facere*

volentibus rectores ecclesiarum non tenentur subministrare sacra utensilia, nisi in casu, quo eos ad celebrandum admittant, quod sane dependet ab eorumdem libero arbitrio (de sacris utensilibus *cap. XIII, n. 1, et 29 Romae 1783. vol. I, pag. 233 et 237).*

Denique, ait orator, pene inutile esse refellere adversarium argumentum quo hodie contendunt Sodalitates diviti frui censu, quia contrarium docet evidens quotidiana experientia.

Quibus in utramque partem animadversis, proposita fuerunt diluenda

Dubia

I. *An constet de legitima appellatione in casu.*

Et quatenus negative

II. *An sit locus restitutioni in integrum in casu.*

Et quatenus affirmative ad primum vel ad secundum

III. *An sententia Curiae Metropolitanae Tranensis sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii, re disceptata sub die 2 Aprilis 1898 censuit respondere : *Ad I. et IL providebitur in III. — Ad III. Sodalitates non teneri ad invitandum universum clerum ad suas functiones; et in reliquis ad mentem.*

UTINEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII

Diebus 2 Aprilis, 18 Iunii et 16 Iulii 1898.

Sess. 24, cap. 1, De Reform.

COMPENDIUM FACTI. Exeunte anno 1889 Victorius civitatis Ampetii atque in arte geometrica peritus, dum in oppido *Salice* mensoris munere fungebatur, puellam Noemam obviam habuit, ac pulcritudine captus eam in uxorem petiit.

Annuente puella ac eiusdem parentibus, tribus annis transactis, die nempe 10 Maii 1893, in ecclesia parochiali rite matrimonium celebratum fuit. Sed omnino infelix hoc coniugium cessit ; siquidem uti narratur, dum nuptiae in ecclesia celebrabantur, vir animi deliquio repentine correptus fuit, atque ritu absoluto in domum sponsae traductus, ibi aeger lectum petiit. Qua de re percontatus oppidi medicus, illum venereo morbo laborare invenit.

Infenso animo Noema ac eiusdem parentes hoc tulerunt ; quare mulier, quindecim circiter post dies, Victorio morbo adhuc afflicto, ad fugiendam unionem cum viro aegro tan te, consilio medicorum, coacta est Venetias migrare, nec ante Saeillum rediisse videtur, quam vir in suam patriam reverteretur. Siquidem Victorius ob ortas discordias post duos menses a celebratione nuptiarum domui sponsae valedixit, non amplius reversurus et in patriam se recepit.

In hoc statu infelici constituta mulier ad S. Sedem recursum habuit, adprecans ut suum matrimonium solveretur, utpote ratum tantum et non consummatum. Habita delegatione, Curia Utinensis ad normam iuris processum confecit, actricem excussit, atque eiusdem septimae manus testes, qui concorditer pietatem atque honestatem mulieris extollunt. Mulier physico experimento bis supposita fuit; at vir in iudicium vocatus, comparere renuit.

Disceptatio Synoptiea

DEFENSIO MULIERIS. Actricis patronus volens sibi viam pandere ut facilius demonstraret actricis matrimonium mansisse inconsummatum, aliqua praemittit tamquam orationis fundamentum. Atque primum recolit turpissimum morbum, quem Victorius scortando contraxerat, erupisse vehementiori impetu, dum nuptiae in ecclesia celebrabantur, et virum qui amplexus inhiabat, aegrum lecto affixisse. Id enim non modo testes affirmant, qui solemniis interfuerunt, sed medicus, ad curandum vocatus, et Parochus, testis omnium certissimus, aperte asseverat.

Ulterius, prosequitur orator, constat, quindecim circiter post dies, Victorio morbo adhuc afflicto, Noemam, matris hortatu, Venetias migrasse: nec ante Sacillum rediisse, quam vir in suam patriam reverteretur. Id enim et illi testificantur, qui migranti hospitium praebuerunt.

Denique eodem modo constare contendit advocatus, impudicum hominem numquam sibi deceptae uxoris animum reconciliare potuisse; immo numquam post reditum in patriam, Sacilli, ubi uxor vivebat, fuisse versatum. Hoc orator confirmat epistola a parocho Ampetii Curiae Utinensi missa.

Hisce positis, quoniam, iuxta oratorem, suspicari non licet tunc coivisse coniuges cum, discordia inter illos exorta, disiunctis in oppidis commorabantur : hoc unum demonstrandum superest dimidio illo mense non coivisse, quo Sacilli eamdem domum habuerunt. Sed orator quaestionem angustioribus terminis circumscribens notat pauca horae momenta , cum uxore, sine arbitris, Victorium, dimidio illo mense mansisse : tum quia noctem in matris cubiculo Noema peragere consueverat: tum quia die, ne ad iacentem virum accederet, propinqui, periculum edocti, vigilantissime cavebant. Immo liquet Noemam ipsam, simul ac morbi, quo Victorius tentabatur, naturam cognovit, ne sola cum solo relinqueretur assidue curasse. Hoc advocatus comprobat ex testimoniis eorum, qui cum Noema convivebant.

Quare orator hoc tantum quaerit, an hisce horae momentis, Victorio cum Noema coeunte, matrimonium consummatum sit; quod cum primis ex adiunctis probare satagit. Siquidem illi qui morbo venereo correpti sunt, saepe saepius, fiorenti aetate coeundo impares evadunt: vel si coeundo non impares omnino, ad rem veneream infirmi: quippe qui non sine aliquo labore, quod antea prompte perficiebant, perficere queant. At Victorii, pergit advocatus', venereus morbus non modo genitalia, sed totum corpus ita quidem enervarat, ut primis post nuptias diebus neque vesci perse, neque caput erigere valeret.

Unde arguit patronus, his in adiunctis, consummatio matrimonii fere impossibilis evasit. Nam haud cum femina obscoenis assueta res illi erat habenda, sed cum virgine, quae, veneris ignara, incorrupta ingenuitate praefulgebat. Cum Noema in toro non decubuit; sed illam, a qua aeger visebatur, haud certe ruentem in amplexus, si blanditiis illexit, invenit, sed verecundia et contagionis formidine enixissime reluctantem expertus est. Nemo credet hisce adiunctis, tam minimo temporis spatio, Victorium Noemam compressisse. Hoc plures testes incredibile et fere absurdum existimarunt.

Hisce positis orator ad argumenta iuridica descendit, ac primum inconsummationem matrimonii ex iurata depositione actricis probat.

Huic actricis depositioni omnem fidem praestandam esse subdit patronus, quia spectatissimi testes eam pietatis studiosam et veritatis amantissimam praedicant.

Tandem, aliis omissis, de eius honestate ac religione idem confirmat Curia Archiepiscopalis: « Hoc unum addo, religionem, miserrimam mulieris conditionem et alia quae ex processu emergunt, mereri ut eidem mulieri per apostolicam dispensationem succurratur ».

Frustra vero obiiceretur, Noemam, quantumvis piam et honestam, suae serviendi utilitati studium ad mendacium perpellere potuisse ; siquidem, respondet advocatus, ex pluribus testibus constat, Noemam tempore non suspecto inconsummationem matrimonii affirmasse. Testis est Attilia Cavarzerani. cui Noema a viro discessura, ut Venetias se conferret, matrimonii inconsummationem patefecit.

Ulterius, prosequitur orator, idem confirmatur ex ipso viro, qui licet contumax fuerit, tamen in epistola Curiae Archiepiscopali missa clare se numquam uxori coivisse fatetur.

Hanc viri confessionem magni esse momenti contendit patronus, siquidem tantum abest, ut coniugium dissolvi Victorius exoptet, ut ne tori disiunctionem uxor obtineret, impedire conatus sit.

Quod si obiiciatur, Victorium, qui principio obstiterat, eo postea fuisse perductum, ut pretio a Noema accepto, cum illa colluderei, advocatus respondet, nullam in casu collusionis suspicionem esse. — Non diffitetur orator avidum hominem scripsisse, se haud amplius obstaturum, si pecunia, sibi uxore carior, ab uxore pendere tur. At siquidem reluctatus est Victorius et vadimonium deseruit, iam constat expetitam pecuniam imploranti Noemam denegasse. Unde archipresbyter Sacilli testatus est : « Escludo affatto che i coniugi siano andati d' accordo ».

Sed dato et non concesso Victorium cum Noema collusisse, tamen, pergit advocatus, ex hoc non sequitur Victorium falsum affirmasse. Nam tempore quo collusio, iuxta oratorem, subesse non poterat, ipse Victorius quod hodie affirmat, tum diserte asseruit, quum adhuc, ut e morbo convalesceret, Sacilli commorabatur.

Praeterea, ille ipse matrimonii inconsummationem scriptura coram testibus confirmavit, pridie quam Sacillo recedens, in patriam proficisceretur.

Deinde matrimonii inconsummationem constare edicit orator ex depositione medici, qui mandato iudicis genitalia actricis diligentissime exploravit, et illam virginem invenit.

Ast, quia ex iudicis mandato paulo prius tres obstetrices, Noemae genitalibus exploratis, hymenem se diruptum reperisse asseruerunt: duo autem medici, quae senserant obstetrices, suo suffragio comprobarunt, patronus probare nititur errasse obstetrices; unde deducit non primum, sed alterum experimentum a doctore Pennatio peractum tenendum esse.

De medicis, qui iudicium obstetricum confirmarunt, non loquitur orator. Illi enim quum genitalia non inspexerint; et de eis, quae obstetrices retulerant, iudicium fecerint: mulierem recte quidem corruptain, cuius hymen diruptus dicebatur, habuerunt: sed obstetrices autem oculum fefellisse, Pennatius commonefacit: et demonstrat perparvas incisuras, quae in hymene naturaliter inesse solent, eas ipsas, sua inscientia deceptas, myrtiformes, ut aiunt, carúnculas existimasse.

In hac discrepantia patronus non dubitat affirmare relationem doctoris Pennatii maiorem, auctoritatem praeseferre, ob eius doctrinam, quam ipsa Curia Utinensis mirifice agnovit: « De Medici Pennato scientia, peritia et honestate non ambigo ». Praeterea relationes obstetricum respuit, quippe quae plura inepta ac pugnantia continent.

At utinensis vinculi defensor dubitat, an forte medicus Pennato in obsequium plus aequo pronus, amissam a Noema virginitatem, hac ipsa sollicitante, dissimulaverit; sed immerito hoc affirmatur, respondet orator. Nam Curiae testimonium de hoc dubitari non sinit: « De scientia, peritia et honestate medici Pennato « non ambigo » , nec desunt argumenta potentissima, quibus Curiae testimonium communiatur. Pennatium enim haud Noema delegit, qui iudicem, ut Cellotium deligeret, demisse rogaverat. At iudex, quum vinculi defensor Celottium suspectum habuisset, explorandi genitalia munus Pennatio demandavit, quem sane, spectatissimum quippe et in medicina praeclarum, sibi esse ante alios acceptum vinculi defensor professus est.

De causis, quae Pontificem, ad annuendum precibus movere queant, nihil censet adiiciendum patronus, siquidem eae evidentissimae sunt. Illud tantum animadvertit, quod morbus, quo Victorius laborat, vel sanari non potest, vel prolem Noemae coeunti paterno sanguine vitiatam parat.

Cui gravissimae dispensationis causae et aliae adiungi possunt, concludit patronus, uti animorum dissociatio, dempta omni reconciliationis spe, sicut parochus Maroelli affirmavit.

ANIMADVERSIONES S. VINCULI VINDICIS. Contra tamen sacramenti Vindex non indiget coniectationibus ad probandum matrimonium in casu fuisse consummatum.

Affirmat quidem Noema: < Sono certa di essere vergine, e sono disposta all'ispezione ». At reponit orator, experimentum Noemae favorabile minime fuisse. Siquidem obstetrices et medici, cum munus sibi concreditum executi es^ sent, circumspectionibus in Instructione a S. C. C. edita

praescriptis servatis ad unguem, actricem physicae virginitatis argumentis destitutam unanimi consensu renuntiarunt.

Hisce tamen non obstantibus contradictor postquam conclusum erat in causa attestationesque didicerat, obtinet ut corpus actricis per alium medicum exploretur. Sane die 23 augusti 1897 decreto iudicis publicatus est processus, die vero 10 insequentis decembris medicus Papinius Pennato Noemae corpus re visit.

Hac re valde miratur vinculi Defensor et quaerit si obstetrices ac praedicti medici iurassent argumenta physicae virginitatis non amissa, sed servata in actrice esse, licuissetne matrimonii vindici efflagitare, sive post, sive ante publicationem processus, novam muliebris corporis explorationem? Profecto non licuisset post publicationem processus. Obstat enim *cap. 2 de test. Clementinar. :* « Testibus rite receptis, et eorum attestationibus publicatis, sicut non licet super eisdem vel directo contrariis, alios vel eosdem testes in principali causa producere, sic non debet in appellationis causa licere, cum non minus in appellationibus, quam in principali causa subornatio sit timenda ». Nec licuisse putat orator ante processus publicationem. Nam cum lex praesidia definierit quibus constare debeat de intemerato aut corrupto virginali mulieris claustro, unum nobis superest, videre scilicet, an in casu particulari ea praesidia adhibita sint, nec ne. Qui quidquam praeter hoc aggreditur, non modo committit contra legem, sed in faciem legislatoris resistit.

Quod si tutori sacramenti hisce in adiunctis non licet provocare ad novum in corpore mulieris specimen ; nec actori licere debet. In iudiciis enim quasi contrahitur et peremptoria est 32ª regula iuris in VI: « Non licet actori quod reo licitum non existit ». Hinc Rota nihil antiquius habuit quam ut in iudiciis servaretur aequalitas. Hinc vulgatissimum fori axioma : « Actor et reus ad imparia iudicari non debent ». Unde infert orator, testimonium doctoris Pennato in nullo pretio habendum esse.

Ulterius praefatus medicus obstetricum ignorantiam in-

crepans ait : ut probe existimetur status virginitatis omnino requiritur notitia theorica et practica medicinae legalis; sed forsan illae integrum hymenem numquam viderunt!

At vinculi Defensor ad mentem revocat obstetrices adhiberi < non a ben giudicare dello stato di verginità fisica », sed ut referant « de virginitatis aut corruptionis indiciis ab inspectione resultantibus, an certa et qualia supersint signa et argumenta intemerati aut corrupti claustri virginalis, et an nulla fraus ad virginitatem simulandam adhiberi potuerit » *Instr. 22 augusti 1840.* De indiciorum vero, signorum, argumentorum valore, seu de virginitatis statu, non obstetrices iudicant, sed medici qui eas antea instruunt de recognoscendo visu et factu in muliebrium inspectione.

Ceteroquin, si medicus Pennato in recognitione corporis Noemae comperuit omnia contra, ac retulerant obstetrices, se habere; imo si deprehendit rem speciosissimam, orator postulat ut praeclarissimi isti ingenii suique studii partus ad notitiam deducantur obstetricum, necnon medicorum, ne plus fidei sit uni, quam quinque testibus.

Postremo, si Noemi poti tur mirabili illo « imene integro e cruentabile (Imene verginale) » , defensor non videt cur actrix, post publicatas et didicitas attestationes et post tot collata consilia, tandem die 10 decembris ad iudicem porrexerit dicens : mihi fatendum est, me pluries ante matrimonium permisisse ut Victorius pudenda mea tangeret et digitum in vaginam introduceret.

Nec obiiciatur, pergit orator, Victorium asseruisse inconsummationem matrimonii. Victorius enim asseruit, uxorem suam habuisse probationem suae potentiae, tum antea tum post matrimonium.

Quoad adductos testes sacramenti assertor notat, quod ipsis onus incumbit probandi, coniuges numquam fuisse solum cum sola: quod nec praestant, nec praestare possunt, cum in confessis sit contrarium. Neque quidquam de inconsummatione matrimonii testes audierunt tempore non sus-

pecto. Adhaec omnes testes confidentes sunt, ne unus quidem excussus est ex latere viri sive ex diffidentibus.

Qua de re instructio a S. C. C. edita die 22 aug. 1849 mandat : « Procedendum erit ad examen septimae manus , hoc est septem propinquorum ex utroque latere ad formam text. (in *cap. Litterae Vestrae, de frigid, et male f.)* ». Quod quidem examen iure decretalium negligi nequit quin sententia vitio nullitatis tabescat, ceu tradit Sánchez *De matr. lib. 7, disp. 108, n. 9.* Sacra vero haec Congregatio quaerenti Archiepiscopo varsaviensi : « Sitne in causis nullitatis matrimonii, ex quocumque titulo coram iudice spirituali agitatis, necesse exigere, ut testes septimae manus producantur, án vero id in solis causis ex capite impotentiae devoluti» observandum, in ceteris autem omnibus praetermitti posse? » die 16 iunii 1894 rescripsit: « *Negative ad primam partem, et testimonium septimae manus stricto sensu sumptum exigi ad corroborandam confessionem coniugum quoad inconsummationem matrimonii* ».

Quibus animadversis propositum fuit diluendum dubium: *An consulendum sit SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu.*

EE. PP. placuit respondere: « *Dilata; et fiat nova inspectio mulieris a duobus medicis peritioribus et audiantur testes ex officio iuxta instructionem a defensore matrimonii dandam* ».

Tunc utinensi Episcopo mandatum fuit, ut novum processum suppletorium conficeret ad normam instructionis Defensoris vinculi, quae transcribitur : « Fiat nova inspectio mulieris a duobus medicis peritioribus, adhibitis praesidiis et circumspectionibus ab Instructione diei 22 Augusti 1840 praescriptis ; et curandum praesertim est, ut medici domui Victorii minime confidentes ad id operis destinentur. - Praeterea ad examen ; iuxta § *Deinde et seq. cit. Instruct,* a S. C. C. editae 22 Augusti 1840, adducendi sunt testes ex latere viri aliique de re instructi ac familiae viri eiusdem diffitentes ».

Curia Utinensis, qua par erat sollicitudine, processum suppletorium confecit, aliquos testes ex officio excussit et corporali inspectioni submisit actricem Noemam, quae a duobus medicis Gabriele Mander et Virginio Scaini virgo renuntiata est, dum ad fungendum munere matronae deputata fuit actricis mater.

Defensor s. Vinculi alias adhuc exhibuit animadversiones contra mulieris integritatem.

Hisce praehabitis propositum fuit diluendum

Dubium

An consulendum sit SSmo super dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.

RESOLUTIO. S. C. C. re disceptata sub die 16 Iulii 1898, censuit respondere *Affirmative.*

REGIEN.

CANONICATUS.

Die 2 Aprilis 1898.

Sess. 24. De ref. c. 17.

COMPENDIUM FACTI. In civitate Regien. Dominica Manfredi *die 20 Maii a. 1834* in Insigni Collegiata S. Prosperi beneficium instituit canonicale, sibi reservato iure patronatus *activo* quousque ipsa vixerit ; *activo* vero et *passivo* iure patronatus relicto post eius mortem duobus suis fratribus eorumque deseendentibus. Qui si forte deessent, statuit ius patronatus passivum spectare ad parochum pro tempore Ecclesiae Parochialis Suburbanae dictae, *dell''Ospizio,* eumdem eximens ab *onere residentiae ;* cavit enim in tabulis fundationis « volendo però essa disponente che tanto il canonico o canonici che saranno da Lei stessa nominati siano esenti da qualunque onere di residenza, *come dovranno essere egualmente esenti dalla residenza ma non dall'officiatura quelli*

che alla qualità di Parroco di detta chiesa e non d'altra uniranno r essere canonico ».

In actu quo auctoritas ecclesiastica fundationem ratam habuit et confirmavit, clausula dispensationis a residentia non absolute acceptata est, sed cautum fuit, apostolicam dispensationem impetrandam esse *quatenus opus fuerit.*

Iam, ab aliquo tempore, deficientibus descendentibus in familia fundatricis, canonicatum obtinuerunt parochi Ecclesiae vulgo dictae, *dell'Ospizio,* sed freti dispensatione qua a residendo eximebantur, munia canonicalia quoque obire neglexerunt.

Praeterea reditus canonicatus admodum extenuati sunt ; quamobrem quum vacaverit beneficium parochiale et titularis, hoc beneficio investiendus, canonicatum quoque capessere deberet, canonici Collegiatae S. Prosperi instarunt apud Episcopum ut Canonicatum a Dominica Manfredi institutum supprimeret. Inde factum est ut Parochus adhuc obtinere non potuerit *institutionem realem* seu possessionem canonicatus Ecclesiae Collegiatae S. Prosperi. Suam petitionem Canonici pluribus rationibus sustentare contendunt, sed potissimum innituntur his rationibus, nempe 1. reditus nimium esse extenuatos, quia in actu fundationis destinatae fuerunt libellas 590, hodie vero vix supersunt reditus lib. 270. 2. Advertunt in tabulis fundationis caveri « *quando per fatto di qualunque autorità il canonicato stesso o capitolo venisse soppresso i fondi costituenti la dote del canonicato passino immediatamente in aumento al parroco* pro tempore *deir Ospizio come parte di quel parrocchiale beneficio».* Unde deducunt canonici, iam res eo devenisse ut locus sit executioni voluntatis fundatricis quippe, malo fato, Capitulum et canonicatus passi sunt *suppressionem* ex direptione Fisci. 3. Dein notant capitulares haud sustineri posse cumulationem horum beneficiorum, siquidem sunt incompossibilia *ratione residentiae et officii,* uti diserte docuit ratio agendi parochorum hactenus institutorum. 4. Demum advertunt, ipsum actum erectionis canonicae beneficii esse

nullum ; nam Vicarius Generalis beneficium erigere declaravit *sua auctoritate ordinaria ;* et Capituli consensum exquirere neglexit.

Parochus Ecclesiae, *dell'Ospizio,* aliquandiu acquievit, sed postea, ait ille, maxime commotus ab instantiis suorum parochianorum petitionem obtulit Episcopo, ut Canonicos adigeret S. Prosperi ad sinendum, illum possessionem capere beneficii canonicalis ; et Episcopus commissionem constituit trium Sacerdotum, qui re penitus examinata suam aperirent sententiam ad sternendam viam amicabili negotii compositioni. Votum commissionis fuit favorabile parochi desiderio.

Cum parochus rescivisset sibi favorabile fuisse suffragium commissariorum recursum habuit ad Sacratissimum Principem, ut possessio canonicatus sibi adiudicaretur, in supplici libello haec referens quoad conditionem fundi beneficialis oeconomicam. « *Ora qui si aggiunge che il sopradetto passivo è pienamente pareggiato dall' attivo che si ritrae dai notati beni immobili senza nulla detrarre dalla rendita della dote* ». Scitu autem necessarium est aes alienum ad libellas 13,000, uti referunt canonici, contractum fuisse a parocho decessore, idemque onerare utriusque beneficii bona.

Item adverti debet, hodie reditus beneficii canonicalis a parocho retrahi, et iure meritoque hoc fieri contendunt ipsi Canonici, advertentes, iam executionem nactam fuisse postremam voluntatem piae insti tu tricis quae, suppresso canonicatu, statuit huius bona accessura fore doti Ecclesiae parochiali.

Quare modo quaeritur an canonicatus adhuc vigeat, eiusque iura et officia parocho competant. Episcopus de suo voto requisitus, permultis praemissis animadversionibus, censuit, canonicatum etiam nunc exsistere, quamvis eius reditus imminuti fuerint variis de causis, sed paroeciam et beneficium istud difficile in una persona componi posse ; quamvis fundatrix dispensaverit canonicum a residentiae onere.

Disceptatio Synoptica

Hisce praehabitis, circa quaestionem hodie enodandam, haec ex officio animadversa fuerunt. Quia constat de erectione legitime facta et de observantia, iam inde a tempore erectionis, onerum et iurium canonicalium, non videtur quaerendum esse an adhuc vigeat huiusmodi beneficium, quod a nemine perhibetur extinctum. Nam ipse Fiscus eius dotem sibi addicere non intendit. Aiunt enim Canonici « Il R. Demanio non ostante l'occhio linceo onde si distingue in materia di *annettere,* e questa Curia hanno col fatto dimostrato di considerare la dote del canonicato Manfredi confusa ed immedesimata col benefizio parrocchiale di Ospizio, quello non *incamerandolo* etc. ». Quum vero in actu fundationis adiectae sint conditiones iuri communi contrariae et experientia docuerit parochum non valere oneribus canonicalibus satisfacere, locus est dubio *an sit locus dispensationi quoad onera beneficialia.* Sed ius commune quod spectat recolendum est, integrum esse fundatoribus conditiones adiicere iuri communi contrarias dummodo honestas et possibiles ; et beneficium hisce conditionibus affici posteaquam legitime erectum fuit. Hoc docent omnes Canonistae, ita Lotterius *De re benef. lib. 1, quaest. 32,* et Reiifenstuel, *De praeb, et dignit. n. 110* haec habet : « Quod si vero qualitas sive lex aut conditio in limine fundationis adiecta *de se sit possibilis et honesta,* tunc ea est observanda ; haud obstante quod sit contraria iuri communi. Glossa communiter approbata in c. *Cum dilectus v. Constitutum vers. Satis tamen credo De consuet.;* Card. De Luca *De benef. Diseurs. 95, n. 10.* Fagnanus *c. Cum in cunctis n. 72, 73, De elect.* asserens sic tenuisse Sacram C. Congregationem quam secuta fuit Rota, *Decis. 194, n. 1, part. 2 Recent.* Atque istud exemplificat Fagnanus *ibid.* in canonicatu qui potest conferri ante aetatem a iure communi vel Concil. Trid. praescriptam, si ita cautum fuerit in fundatione. Et talem conditionem in

erectione Beneficii etiam Episcopus admittere valet ». Quamobrem videtur nulla expostulari dispensatio.

Sed canonici ulterius instant expostulantes beneficii suppressionem, si de eius extinctione iam non constet. Nam referunt, Parochos Canonicos, ad summum sex vel septem vicibus in anno, solitos fuisse choro interesse ; et ultro fatentur hoc maxime repetendum esse ab auctis muneribus parochialibus ob in dies augescentem numerum parochianorum. Notant propterea, damnum obvenire capitulo et parocho ab huiusmodi praebenda : *parocho* quia distrahitur a suo officio ; *capitulo* quia hac extincta praebenda, alia potest constitui in canonicatum ex illis, quae hodie non desunt vindicatae a patronis e manibus Fisci ; quaeque libenter a patronis huic scopo destinantur. At hoc fieri non potest nisi una extinguatur, quippe ad *duodecim* est assignatus numerus Canonicatuum in Collegiata S. Prosperi.

Circa extinctionem seu suppressionem praebendarum haec cavet Trid. Concil. *Sess. 24, cap. 15, De ref.* « In Ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis insignibus ubi frequentes adeoque tenues sunt praebendae simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti canonicorum gradui pro loci et personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis cum consensu Capituli vel aliquot simplicia beneficia non tamen regularía iis unire vel si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis *cum patronorum consensu si de iure patronatus laicorum sint,* quorum fructus et proventus reliquarum praebendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere etc. ».

At causae de suppressione praebendarum solent antea cognosci apud S. C. C. ita in *Caesenaten. 25 Sept. 1728.* Et quum Capitulum insignis collegiatae Taurent. propter redituum tenuitatem petiisset, ut altera ex duobus parochialibus loci de Villar in favorem mensae Capitularis supprimeretur, S. C. Cong. rescripsit : « *consulendum esse SS ino pro suppressione unius ex duobus beneficiis curatis primo*

vacaturi cum applicatione in favorem capituli omnium redituum, exceptis tamen emolumentis stolae applicandis alteri parocho cum unione dictae curae » Zamoren. 19 Aprilis 1738.*

Ex familia Manfredi non unus videtur superesse qui exerceat ius patronatus *activum.*

Quibus animadvesis propositum fuit diluendum

Dubium

An sit locus dispensationi quoad onera beneficialia; vel potius suppressioni beneficii in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii, re discussa, sub die 2 Aprilis 1898 censuit respondere : *Canonicatum esse conservandum et parochus se muniat indulto apostolico quoad onera beneficialia.*

TORTHONEN.

ULTIMAE VOLUNTATIS.

Die 29 Ianuarii 1898.

Per Summaria precum.

COMPENDIUM PACTI. Vincentius Capelli Episcopus Derthonen, postremae suae voluntatis elogio condito *die 18 Martii 1888,* in *secunda paragrapho,* quoad bona omnia ab eodem possessa in Civitate Tortonae constituit haeredem aut legatarium universalem D. Carolum Gastaldi, cum substitutione D. Ambrosii Daffra, quatenus primus aut nollet aut adire nequiret haereditatem.

In *prima paragrapho* testatus est « *di tutti i beni stabili pervenutimi dall' eredità paterna . . . situati....* in oppido - *Morsella presso Vigevano* et heredem aut Legatarium universalem instituit - *Il Ven. Ospedale degli Infermi della stessa mia città natale di Vigevano* et substinuit cum eodem titulo sacerdotem Achille Ottone, pluribus expressis

legatis tum favore propinquorum, tum favore suae animae et piarum operarum eiusdem civitatis. - Dein addidit hunc codicillum ad instar secretae voluntatis ».

Ambrosius Daffra, hodie Episcopus Ventimilien., quia Gastaldi heredis sive legatarii universalis munus suscipere noluit, iure substitutionis voluntatem testatoris religiosissime exequi est aggressus. Adimpletis autem omnibus legatis, supererant ex asse hereditario forte duodecim mille libellae, quae heredi visae sunt impendendae iuxta voluntatem codicillarem, ita expressam : quoad ea quae supersint adimplemento legatorum utriusque paragraphi, conscientiae heredum relinquo facere distributionem in operibus beneficientiae favore Ecclesiarum, et pauperum ceu in Domino magis convenire censuerint.

Porro Daffra emere statuit quamdam domum aedibus Seminarii continentem et a Fisco surreptam ipsi Seminario, legitimo domino. At ipse narrat, reapse pretium Libellarum 15669:51 exsolutum fuisse, quamobrem Legatarius de suo Lib. 3669: 51 impendit.

Postquam Daffra renunciatus fuit Episcopus Ventimilien. et Sedis possessione capta, animadvertit pia opera in sua Dioecesi maxima affigi paupertate, arbitratus est, se iure meritoque iisdem addicere posse reditus ex empta domo provenientes; ex ea nempe domo empta ex reliquis hereditariis nummis impendendis per Legatorios « *come giudicheranno in Domino più conveniente».* Hoc propositum significavit Episcopo Torthonen. , qui petitioni sui confratris acquiescere non posse professus est; unde quaestio enata est, quid nempe magis conforme esset testatoris voluntati ; petitio scilicet unius aut negatio alterius Antistitis.

Quare huc reducitur quaestio, ut decernatur quid expostulet testatoris praesumpta voluntas.

Disceptatio Synoptica

QUAE FAVENT OPINIONI EPISCOPI VENTIM. Cum primis intentioni Episcopi Ventimilien. diserté favere videtur ipsa

testatoris expressa voluntas ; siquidem non illum constituit *testamenti executorem,* sed absolute *heredem aut legatarium universalem,* quod idem est. Heres autem succedens in universum ius defuncti, exsolutis legatis, in reliquis bonis hereditariis dominii iure potitur. Heredis auctoritatem ita explicat Reiffenst. tit. *De test, et ult. volunt, n. 394* docens : « Heres (cuius nomen derivatur ab hero : quia veteres *heredes pro dominis appellabant § fin. Instit. de hered. qualit.)* est qui in universum ius defuncti vel ex testamento ex dispositione testatoris, vel ab intestato et dispositione legis succedit. Ita in re communis , patetque ex *I. Heredem 59 ff. De R. I.* ib. « *Heredem eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus constat* ». Neque refert, Daffra heredem institutum fuisse aut *legatariam* universale; siquidem nostris legibus in heredis institutione non verborum solemnitas, sed earum significatio attenditur ; unde legatarius universalis est vere heres, quippe ex /. *Hereditas 62 ff. de R. L:* « *Hereditas nihil aliud est* quam successio in universum ius quod defunctus habuit ». Nihilominus quia testatori fas est rei suae legem dicere seu conditiones adiicere quas vult, hinc Antistes Capelli suo heredi iure merito regulas praescripsit iuxta quas hereditaria bona impenderat. At hae regulae utpote limitationes additae iuri domini in herede sunt odiosae, et *stricte* interpretandae ; unde viget principium « *Quoties dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem respondendum erit » I. 20 ff. De Reg. Iur.;* unde docet De Luca *De fidecom. lib. 10, Decis. XXIII, n. 8:* « Testator quae non expressit noluisse censetur » et idem Auctor *I. c. Decis. LXIV, n. 20,* ait « *Ea quae testator omisit, censetur consulto omittere voluisse ».*

Episcopus Daffra pro testatur se in emenda domo non intendisse eamdem Seminario comparare, sed in genere voluisse pias operas iuvare ex reditibus inde obsecuturis ; et reapse has antea destinasse Domui Hospitali pro orphanis feminis Torthonensibus.

Exinde concludit Legatarius, domum émisse ut, in ge-

nere, faceret satis piae testatoris voluntati ; et tempore emptionis, revera cogitasse se hos reditus concessurum fore civitati Torthonen; adeo ut proposuisset eius proprietatem in publicis tabulis inscribere Can. D. Angelo Campi ; sed sibi integrum fuisse mutare consilium quando alias pias operas nactus est in sua Dioecesi Ventimilien. misere quocumque destituías auxilio. Servata enim ita fuit testatoris voluntas qui suis heredibus se committebat ad distributionem faciendam in operibus beneficentiae favore Ecclesiarum et pauperum, ceu magis in Domino expedire iudicaverint.

QUAE FAVENT OPINIONI EPISCOPI TORTHONENSI. E contra Episcopi Torthonen. proposito plura rerum adiuncta suffragari videntur. Namque, re intimius perspecta, Antistiti Daffra non competit simplex qualitas *heredis universalis,* bene vero *heredis universalis* at *fidei commissarii* seu *fiduciarii.* « Fideicommissum (ait Reiffenstuel *L c. n. 604)* nihil aliud est quam ipsa hereditas aut pars illius, quam vi dispositionis ultimae, Testamenti nempe vel Codicilli, alteri restituere rogatur aut iubetur heres, sive quod vi dictae dispositionis ultimae post mortem heredis ad alios a testatore designatos necessario perveniat vel pertineat ». Quamobrem reapse huiusmodi heres est species executoris testamentarii, qui in rebus hereditariis impendendis nullimode suo arbitrio, sed pressius inhaerere debet voluntati testatoris.

Quaenam aut fuerit testatoris *mens* clare videtur evinci ex *littera* testamenti. Tabulas enim testamentarias divisit Auctor in duas paragraphos, in quarum prima statuit « *di tutti i beni stabili pervenutimi dal f eredità paterna.... situati* » in oppido « *Morsella presso Vigevano* », in altera paragrapho legem dicit quoad bona « *che posseggo nelV Episcopio di questa città* ». Huiusmodi divisio assis hereditarii exprimit adamussim distinctionem in *bona paterna,* et *bona beneficialia ;* et altera, quasi iure originis, tributa sunt civitati Antistitis natali; altera iure beneficii Ecclesiastici relicta fuerunt Ecclesiae et Civitati Episcopali. Quin singula recolam Canonistarum placita circa beneficialium bo-

norum diversa peculia et benefìciatorum obligationes in eisdem impendendis, dumtaxat innuere praestat communem esse sententiam, fructus beneficii qui supersunt congruae beneficiati sustentationi impendendos esse *in causas pias.* - Porro favor *causae piae* illam gignit praesumptionem, nempe bona a beneficiato relicta a patrimonio praebendali derivare nisi contrarium probetur. In hac praesumptione innititur Const. « *Quum illud* » edita a Pio IX *die 1 Iunii 1847* pro decernenda hereditaria divisione Sacrorum utensilium ab Episcopis relictorum: sub parag. III enim decernitur : *« Volumus praeterea teneri ac debere Episcopos conficere in forma authentica inventarium sacrorum utensilium in quo pro rei veritate exprimant, quando acquisita fuerint et speciali nota describant quae ex Ecclesiae reditibus ac proventibus sibi compararunt ne alias praesumi debeat ea omnia reditibus Ecclesiae comparata fuisse* ». Hisce principiis animum conformasse videtur pius et misericors Antistes quum dictitaret quando in vivis agebat, se civitati « Vigevano » bona relicturum quae inibi possidebat, Torthonae vero bona quae ibi nactus erat. In propositum afferuntur testimonia legitime authenticata.

Neque huic legi dicendus est derogasse testator cum et Nepoti et Fratri legaverit aeris alieni apud se contracti remissionem ; siquidem et *suos* inter proximos maxime recenseri omnes norunt et nemo inficiatur quaedam bona a praebendae acquiri quae *castrensia* seu *quasi castrensia* nuncupantur, quaeque cedunt in absolutam clerici proprietatem, immunem a quocumque pio onere.

Ipsam vero domus acquisitionem quod attinet haec advertenda sunt. Cum primis ea videtur fuisse Legatarii intentio in emenda domo ut nulla requireretur Sedis Apostolicae venia. Nam emptor non sibi rem comparare intendit, sed eamdem e faucibus redimere edacis Fisci ut causae piae restitueretur. Uti vero Fiscus domum furatus *suam* facere iure non potuerat ; ita emptor nihil aliud egit nisi Seminarium *redimere ab innesta vexatione.* - Quare cum non

constet veniam intercessisse S. Sedis *ad probandam emptionem* seu *translationem proprietatis* a Seminario ad emptorem, videtur res in eo versari ut domus adhuc in dominio sit Seminarii. - Legatarius totaliter impendendo reditus assis hereditarii sane plenissime satisfecit voluntati testatoris; sed iam videtur rem ita perfecisse et absolvisse ut invocari debeat regula iuris *quod semel placuit amplius displicere, non potest.* - Reditus vero ex hac potius *redemptione* quam *emptione* provenientes equidem Ecclesiae Torthonen., *sua primigenia destinatione* exclusive pertinent ; bona enim Seminario attributa iam certam praeseferunt et privafivam attributionem, donec aliter S. Sedes decernat.

Sed Legatarius aliquid *de suo* impendit in emenda domo, et in hoc procul dubio congruae indemnitati locus est.

Hisce praenotatis, quaesitum fuit quid esset precibus respondendum.

RESOLUTIO. Sacra C C . re disceptata sub die 29 Ianuarii 1898 censuit respondere: *Placere de concordia; et scribatur ad mentem.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

SZATHMAREN. Beatificationis et canonizationis Servi Dei Ioannis Ham Episcopi Szathmariensls.

Scripta quae Servo Dei Ioanni Häm Episcopo Szathmariensi adtribuuntur quaeque ex perquisitionibus rite peractis Sacrae Rituum Congregationi exhibita fuerunt, ut super iis revisio et examen ad tramitem decretorum institueretur, in sequenti elencho describuntur: scilicet: *(sequitur scriptorum elenchus).*

Quum vero infrascriptus Cardinalis S. Rituum Congregationi Praefectus et huiusce Causae Relator, in Ordinariis Sacrae ipsius Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, dubium super revisione peracta horum scriptorum pro-

posuerit, Emi et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus accurate perpensis et audito R. P. D. Ioanne Baptista Lugari S. Fidei Promotore, rescribendum censerunt: *Nihil obstare quominus ad ulteriora procedi possit,* reservata tamen facultate Promotori Fidei opponendi si et quatenus de iure. Die 5 Iulii 1898.

Facta postmodum de praedictis Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per ipsum infrascriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum S. Rituum Congregationis confirmare dignata est, die undecima iisdem mense et anno.

C. CARD. MAZZELLA *Ep. Praenestinus,*
S. R. C. Praefectus.

L.'*S.

DIOMBDES PANICI *S. R. C. Secretarius.*

LUCANA beatificationis et canonizationis ven. servi Dei Caesaris Franciotti sacerdotis professi Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei.

De Christi Domini ascensione et gloria deque Ecclesiae per universum orbem sub Petro et cum Petro eiusque successoribus propagatione cecinit David divino Spiritu afflatus : *Exaltare super coelos Deus et in omnem terram gloria tua.* Quae Christi et Ecclesiae exaltatio maxime provehitur per selectam illam multitudinem Servorum Dei qui ad Christi capitis exemplum, divini nominis gloria sibi proposita, in hanc unam omnes vires intenderunt. Inter quos placet recensere Caesarem Franciotti, sacerdotem professum Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei. Hic in civitate Lucensi nobili genere natus et in Ecclesia SS. Ioannis et Reparatae die 4 Iulii anno 1557 baptizatus, a parentibus et institutoribus christianae pietatis et doctrinae percepit semina quae industria et labore, Deo auxiliante, coluit et ad uberem messem perduxit. Apud religiosos Ordinis Praedicatorum in Conventu S. Romani degentes, Ss. Eucharistiae Mysterio valde d e votum «e ostendit. Adolescens B. Ioanni Leonardi traditus, sub hoc magistro et logicae et pietatis, una cum fratre germano Iulio miros effecit progressus, interim quum in eadem domo cum praedicto Beato vitam ageret Vene-

rabilis Ioannes Cioni Servi Dei cognatus, Caesar sancta utriusque conversatione percitus perfectionis vitae statum amplecti excogitavit. Quod consilium, illis viris suadentibus, maturandum erat piis exercitationibus et assidua oratione ad Deum. Verum vix Pater ex quibusdam indiciis eiusmodi consilium compererai, filium ad se revocavit, non omisit tamen Servus Dei frequenter B. Ioannem adire rogans ut inter alumnos incipientis Congregationis clericorum regularium a Matre Dei adscriberetur. Hortante deinceps Episcopo Lucensi et genitore permittente, Caesar habitu clericali indutus apud Ioannem studiorum causa iterum divertit. Ab eximio viro, veluti a severissimo censore probatus, et ad perfectionis viam ingrediendam aptus inventus, Servus Dei eam denuo praeclusam videt per canonicatum in Ecclesia Cathedrali Lucensi ipsi oblatum, patre ad illum accipiendum impellente. Victor ex certamine rediens et compos voti factus per ingressum in religionem Congregationis a Matre Dei, statuto tempore, ad sacros ordines et ad sacerdotium promotus vitam egit ex obedientia et ex charitate actuosam, concionando ad populum, audiendo confessiones, scribendo libros, inimicitias componendo, dubios et anxios consiliis adiuvando aliosque charitatis actus exercendo, quasi angelus in specie humana in medio populi praesertim Lucensis, Florentini, Senensis, Ianuensis, Romani et Neapolitani. Ex multis eius operibus sacris moralibus et historicis, constanti fama celebratis, et pluries editis ad fidelium bonum et pietatis incrementum, primum locum tenent ea quae Ss. Eucharistiae Sacramentum, ab infantia usque ad obitum in Corde Servi Dei verum thesaurum, respiciunt. Qui in saeculo vivens honoribus et dignitatibus etiam ecclesiasticis nuncium dederat, in religione ultimum locum semper quaesivit, et semel tantum ex obedientia superioris officium suscepit et exercuit: quo tempore, observantiae regularis, consiliorum evangelicorum et vitae communis in se et in suis custos studiosissimus fuit. Servum Dei S. Aloisii Gonzagae coaevum et condiscipulum, a Cardinalibus Bellarmino, Baronio, Mellino et ab ipso Romano Pontifice Clemente VIII valde existimatum atque uti dignum evangelii praedicatorem collaudatimi Sanctus Romae Apostolus Philippus Nerius inter sodales Congregationis Oratorii exoptabat, sponte et facete offerens Congregationi Matris Dei Caesarem pro Caesare, nempe Baronium pro Franciotto. Tandem, uno ante obitum anno, ob exantlatos labores viribus

fractus Caesar in febrim incidit assiduam et lecto decumbere coactus exquisitioris virtutis specimen dedit. Saepe Ecclesiae Sacramenta recipiebat et de rebus coelestibus alloquebatur visitantes praesertim iuvenes studentes, quorum canticis spiritualibus adeo delectabatur ut Angelorum hymnos in superna patria praegustasse videretur. Supremo vitae die, sanctissimo viatica refectus et sacro infirmorum oleo roboratus, exhortatione ad adstantes habita, imaginem Christi Crucifixi intentis oculis animoque contemplans atque suaviter osculans, placidissime obiit circa horam vespertinam salutationis angelicae, die 9 Decembris anno 1627. Frequentissimus extitit ex omni ordine civium concursus ad funus et nomen atque opem Caesaris invocaban! adulti eiusque sanctitati etiam pueri et infantes acclamabant, donec corpus a quatuor sacerdotibus qui illud custodiebant, a publica Ecclesia in privatum oratorium noctu translatum fuit, ut ibi pictura exprimeretur et dein a chirurgis dissectum de more curaretur. Postea peculiari sepulcro dignum est habitum, et ante aram maiorem SSmi Eucharistiae Sacramenti in Ecclesia praedicta reconditum fuit, veluti in signum devotionis et amoris quo erga hoc ineffabile Mysterium Servus Dei vivens flagrabat. Haec sanctimoniae fama ante et post obitum Servi Dei ita clara remisit ut super ea in ecclesiastica curia Lucensi Ordinaria Inquisitio rite confecta una cum litteris postulatoriis magnorum principum aliarumque personarum dignitate ecclesiastica vel civili praestantium ad Sacrorum Rituum Congregationem anno 1701 delata fuerit. Attamen, Deo ita disponente, toto huius temporis spàtio, dubium de signanda commissione introductionis causae in eadem Sacra Congregatione nunquam agitatum fuit. Nuperrime, instante Rmo P. loa chimo Corrado Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Postulatore, Processiculo additionali Lucae ad rem confecto, anno 1896, eoque Sacrae Rituum Congregationi exhibito cum aliis quinquaginta litteris postulatoriis, sive coetuum sive virorum spectabilium inter quos tres Emi Patres Cardinales et plures Sacrorum Antistites recensentur, quum decreta edita fuerint die 12 Decembris 1895 de approbatione scriptorum et die 28 Septembris 1896 de proponenda Causae introductione absque interventu et voto Consultorum, infrascriptus Cardinalis Sacrae eidem Congregationi Praefectus et Causae Relator in Ordinariis Comitiis, subsignata die, ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit, nimi-

rum : « *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur ?* » Et Sacra eadem Congregatio, post relationem ipsius infrascripti Cardinalis Ponentis, omnibus mature perpensis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuit: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit. Die* 5 Iulii 1898.

Facta postmodum de praedictis Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per ipsum infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae Rituum Congregationis probavit et propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Venerabilis Servi Dei Caesaris Franciotti, die undecima, iisdem mense et anno.

CAMILLUS CARD. MAZZELLA *S. R. C. Praefectus.*

L. % S.

DIOMEDBS PANICI S. *R. C. Secretarius.*

S. ANDREAE et EDIMBURGEN. Confirmationis cultus ab immemorabili tempore praestiti Servis Dei Adamnano, Beano, Blaano, {Colmano, Comgano, Constantino, Donnano et sociis martyribus Drostano, Duthaco, Fergusto, Finano, Foelano, Luano, Machario, Magno, Malrubio, Nathalano, Palladio et Talaricano beatis et sanctis nuncupatis.

Instaurata in Scotia a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII, per Litteras Apostolicas die 4 Martii anno 1878 editas, Hierarchia Episcopali, aliqua spes affulsit illius regionis Episcopis clero et populo fide et communione catholica iunctis, tempore haud remoto, sancti Petri Sedem communia eorum vota fore prosequuturam. Optabant enim ut antiquus cultus nonnullis Servis Dei ibidem praestitus et ab haeresi e tenebris empta saeculo xvi exturbatus, a Suprema Ecclesiae Auctoritate resarciretur et confirmaretur. Quae spes ex desiderio et expectatione aucta exploratior evasit ob recentiora pastoralis sollicitudinis testimonia a Beatissimo Patre Anglis et Hibernis Catholicis impertita etiam in similibus causis cultus recogniti et probati. Quare Rmus Dnus Aeneas Macdonald Archiepiscopus S. Andreae et Edimburgen. una cum Rmis Episcopis suffraganeis, super Causa cultus immemorialis plurium Servorum L)ei, per supplicem libellum anno superiore ab eodem Sanctissimo

Domino Nostro postulavit et, per auspicatissimum decretum datum die 24 Ianuarii hoc vertente anno, obtinuit Apostolicam dispensationem a singulis Inquisitionibus Ordinariis adornanr dis, dummodo forma Processualis probationum per idonea documenta a Sacra Rituum Congregatione expendenda, ad effectum de quo agitur, servaretur. Praedicti vero Servi Dei sunt: « Adamnanus, Beanus, Blaanus, Colmanus, Comganus, Constantinus, Donnanus et socii martyres Drostanus, Duthacus, Fergustus, Finanus, Foelanus, Luanus, Macharius, Magnus, Malrubius, Nathalanus, Palladius et Talaricanus ». Itaque ad horum cultum publicum ecclesiasticum et immemorialem evincendum producta fuere authentica documenta historica, sacra et liturgica tum ex Martyrologio Edimburgi asservato, quo Ecclesia Aberdonensis ineunte saeculo xvi utebatur, et ex aliis Martyrologiis Tamlachtensi saeculi VIII et Dungallensi, tum ex pervetustis Kalendariis Sanctorum Scotiae, speciatim illo de Nova Farina saeculi xv, tum ex Missali Drummodensi saeculo xi scripto quod in Palatio Drummodensi, dioeceseos Dunkeldensis, reperitur, tum denique ex Breviario Aberdonensi, ad universae Ecclesiae Scotorum usum, typis edito anno 1509. Ex quibus omnibus documentis, aliisque recentioribus ab Annuario auctoritate Episcoporum Scotorum vulgato depromptis, inferebatur ab antiquo in plerisque Scotiae locis in honorem praefatorum Servorum Dei instituta fuisse Festa seu solemnitates cum officio et Missa, et cleri populique devoti concursu, dicata quoque tempia et altaria, atque eos meritis, patrociniis ac miraculis claros Beatos et Sanctos fuisse nuncupatus/ Ex his autem Servis Dei, uti constat ex documentis, martyrio decorati fuere Constantinus Rex, Malrubius, Magnus et Donnanus cum sociis; atque inter Confessores Pontifices relati Beanus, Blaanus, Colmanus, Duthacus, Fergustus, Finanus, Luanus, Macharius, Nathalanus, Talaricanus et Palladius qui postremus a Romano Pontifice ad Scotiam cum suis sodalibus pro fide praedicanda missus, Scotorum Apostolus nomine et opere fuit. Ceteri autem Adamnanus, Comganus, Drostanus et Foelanus abbatiali dignitate praediti Confessorum non Pontificum numero adscripti sunt. Quare quum omnia in promptu essent ut haec Causa de cultu immemoriali penes Sacram Rituum Congregationem ageretur, instante Riîio Dno Archiepiscopo S. Andreae et Edimburgen. cum ceteris Scotiae Episcopis, per specialem

procuratorem R. D. Robertum Fraser, Rectorem Collegii Scotorum de Urbe, 'Emus et Rmus Dnus Cardinalis Lucidus Maria Parocchi Episcopus Portuensis et S. Rufinae, huiusce Causae Relator in Ordinariis Sacrae ipsius Congregationis Comitiis, subsignata die, ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit: « An constet de cultu publico ecclesiastico ab immemorabili tempore praestito praedictis Servis Dei, seu de casu excepto a Decretis sa. me. Urbani Papae VIII ». Atque Emi et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus accurate perpensis, audito etiam voce R. P. D. Ioanne Baptista Lugari, Sanctae Fidei Promotore, respondendum censuerunt: *Affirmative* seu *constare.* Die 5 Iulii 1898.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua sententiam Sacrae ipsius congregationis ratam habuit et confirmavit, die undecima iisdem mense et anno.

C. CARD. MAZZELLA, S. *R. C. Praef.*

L. * S.

DIOMBDBS PANICI, *Secretarius.*

ROMANA seu PARISIEN. Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Magdalenae Sophiae Barat fundatricis Societatis Sororum a sacro Corde Iesu.

Ad instantiam Illmi ac Rmi D. Raphaelis M. Virili Antistitis Urbani St Causae Ven. Servae Dei Magdalenae Sophiae Barat Postulatoris, Emus et Revmus Dnus Cardinalis Caietanus Aloisi-Masella, eiusdem Causae Relator, in Ordinariis Sacrae Rituum Congregationis Comitiis Rotalibus, subsignata die, ad Vaticanum coadunatis, iuxta peculiares SSmi Domini nostri Leonis Papae XIII dispositiones, annis 1878 et 1895 editas, sequens Dubium discutiendum proposuit: *An constet de Validitate Processuum tam Apostolica, quam Ordinaria Auctoritate constructorum ; testes sint rite ac recte examinati et iura producta legitime compulsata, in casu et ad effectum de quo agitari*

Sacra porro Rituum Congregatio, omnibus accurate expensis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari, Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuit : *Affirmative* seu *Constare.* Die 28 Iunii 1898.

Facta postmodum de praedictis SSmo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae ipsius Congregationis ratam habuit et confirmavit, die 3 Iulii eodem anno.

C. CARD. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI *S. R. C. Secr.*

EX 3. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

DUBIUM an facultates, quas iam Episcopi obtinuerunt, ab Apostolica Sede, concessae dici possint iuxta decretum 20 Aprilis 1898.

Fer. IV, die 23 Iunii 1898.

Suprema haec Congregatio in Fer. IV die 24 Nov. 1897 (1) decrevit in facultatibus Episcopis *comedendis* clausulam, *durante munere,* esse supprimendam et in ceteris standum formae Decreti iam lati die 20 Februarii 1888 (2) n. I°. et 2°., at iuxta modum, idest : « I°. Facultates omnes habituales in posterum committendas esse Ordinariis Locorum. — 2°. Appellatione *Ordina-«Horum* venire Episcopos, Administratores seu Vicarios Apo-« stolicos, Praelatos seu Praefectos habentes iurisdictionem cum « territorio separato, eorumque Officiales seu Vicarios in spiritualibus generales, et sede vacante Vicarium Capitularem « vel legitimum administratorem ». Hinc propositum fuit eidem huic S. Congregationi dubium: *Utrum concessiones iam factae antecedenter Episcopis ab Apostolica Sede intelligi debeant in sensu praefati Decreti.*

Porro in Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEmis DD. Cardinalibus, in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, praefato dubio diligenter expenso, prae-

(1) Habes hoc decretum Vol. XXX, 627.

(2) Recole Vol. XX, 543.

habitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem Emi sc Rmi Patres rescribendum mandarunt:

Declaratio S. Officii, facta circa facultates concedendas, vii Decreti Fer. IV diei 24 Novembris 1897, extendatur ad facultates iam antecedenter concessas, facto verbo eum Sanctissimo.

Subsequenti vero Sabato die 25 eiusdem mensis Iunii 1898, in solita audientia R. P. D. Assessori impertita, facta de his omnibus SSmo Dno Nostro Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSiîius resolutionem EEmorum Patrum approbavit, contrariis non obstantibus quibuscumque.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. I. Not.*

NORMA pro Parocho, qui moribundo adsistit catholico, civili ligamine iuncto cum infideli.

Fer. IV, die 6 Iulii 1898.

Huic Supremae Congregationi R. et U. Inquisitionis proposita fuerunt enodanda dubia quae sequuntur:

I. Quomodo se gerere debeat parochus vel sacerdos qui, vocatus a viro vel muliere catholica in articulo mortis constituto et cum infideli iam vinculo civili coniuncto, illum invenit sensibus pene destitutum? Quando parochus illum ad contritionem excitaverit ac sub conditione absolverit, potest etiam ad sepulturam "admittere ecclesiasticam ?

II. Quomodo in praedicto casu parochus vel sacerdos se gerere debeat si moribundus sensibus sit penitus destitutus?

III. Quid, si iste moribundus sit compos sui et adsint filii baptizati, quos lex civilis retinet uti legitimos?

IV. Quid, si filii non fuerint baptizati ?

V. An, et quibus cautelis, sint baptizandi filii orti ex matre hebraea, post obitum patris catholici, si filii durante civili contubernio baptizati fuerint?

Porro in Congregatione Generali habita abEEmis et RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, praefatis dubiis diligenter expensis, praehabitoque RR. DD..Consultorum voto, iidem EEiîii ac RRmi Patres rescribendum mandarunt:

Ad I. Detur responsum S. Poenitentiariae, idest: « Venendo a morte uno scomunicato notorio od un pubblico pec-« catore senza essersi riconciliato colla S. Chiesa, se però avesse « desiderato l'opera del sacerdote, dal quale fu trovato o già « morto o destituito dei sensi, e se avesse dato segni di pentire mento, o baciando il Crocifisso o facendo altri atti di pietà, « dovrà il parroco negargli la sepoltura ? — Resp. : In hisce ca-«sibus, evulgatis resipiscentiae signis, dari posse sepulturam « ecclesiasticam, vetitis tamen ecclesiasticis pompis et solemni-« tatibus exequiarum. Quod si in aliquo casu circumstantiae « extraordinariae concurrant, parochus consulat Ordinarium et « stet eius mandatis ».

Ad II. Consulat probatos Auctores, ac praesertim S. Alphonsum M. De Ligorio Lib. VI, n. 483.

Ad III. Episcopus vel parochus in casu uti poterit facultate, Ordinariis concessa sub die 20 Febr. 1888, renovato consensu et datis cautionibus.

Ad IV. Si possibilis spes affulgeat fore ut huiusmodi pueri possint suo tempore in vera religione instrui, tunc, datis cautionibus, baptizentur. Quod si nr dia via possit huiusmodi spes moralis haberi, tunc, nisi pueri in mortis articulo inveniantur, ab iis baptizandis abstineatur ; et ad mentem. Mens est quod parochus curare non omittat ut, datis cautionibus, liberi baptizari et in Catholica Religione educari possint, cum Ecclesia in iis hoc ius iam habeat. — A moribundo catholico vero, si iam est compos sui, cautiones exquirantur ut praedicta valeant obtineri.

Ad V. Si filii nondum baptizati sunt, provisum in praecedenti. Si vero sint baptizati, tunc curandum ut in Catholica Religione instituantur et educentur.

Subsequenti vero Feria VI, die 8 eiusdem mensis Iulii 1898, in solita audientia R. P. D. Assessori impertita, facta de his omnibus SSmo Dno Nostro Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem EEmorum PP. approbavit.

i. Can. MANCINI S. *R. et U. L Noi.*

ORDINATIO sacra presbyteri, in qua hostia, priusquam tangeretur, in terram decidit.

Beatissimo Padre,

Il Parroco N. N., prostrato ai piedi della S. V. umilissimamente domanda che, per quiete di sua coscienza, venga autorevolmente risoluto un dubbio che da lungo tempo lo agita circa la validità della sua ordinazione sacerdotale.

Nel consegnargli il Vescovo ordinante il calice e la patena con l'ostia, l'ostia cadde a terra prima di toccarla e prima che si pronunziasse la formula *Accipe potestatem etc.* 11 Sacerdote ordinando si accorse della caduta dell' ostia, che non era più nella patena prima della prolazione della formóla e ne avvertì il Ceremoniere che, o per non inquietare il Vescovo, o perchè credesse diversamente, lasciò correre la cosa. — Che ecc.

Fer. IV, die 6 Iulii 1898.

In Congregatione Generali habita coram EEmis et RRmis Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, proposito praefato dubio, ac praehabito RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Attenta, asserta evolutione hostiae in terram in porreetione instrumentorum ante tactum instrumentorum eorumdem, ordinationem esse iterandam ex integro sub conditione et secreto, quocumque die, facto verbo cum SSmo, ut suppleat de Thesauro Ecclesiae, quatenus opus sit, pro Missis a sacerdote oratore celebratis.

Subsequenti vero Feria VI, die 8 eiusdem mensis Iulii 1898, in solita audientia R. P. D. Assessori impertita, facta de his omnibus SSmo Dno Nostro Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem EEmorum PP. approbavit ac gratiam concessit.

I. Can. MANCINI S. *R. et U. 1. Not.*

DUBIUM circa validitatem ordinationis presbyteri, in qua Ordinans ad secundam manuum impositionem, iunctas easdem servavit, ante pectus, et dein eas resolvit.

Eminentissime Domine,

Episcopus N. N., accepta denuntiatione, seu potius consultatione super validitate ordinationis quorumdam Presbyterorum; ut in re tanti momenti securius procedat, rem integram isti Sacrae Congregationi remittendam censuit, ab eaque dubii solutionem expectare.

Casus igitur est ut sequitur:

Pluribus abhinc annis, antequam Episcopus Orator huius Dioecesis regimen et administrationem nactus esset, contigit ut statuto tempore generales ordines celebrarentur; cumque, ceteris ordinibus collatis, perventum fuisset ad ordinationem Presbyterorum loco extensionis dexterae manus super capita ordinandorum cum oratione *Oremus fratres eharissimi* etc., quae in Pontificali habentur, Pontifex involuntarie distractus, eamdem orationem recitabat manibus ante pectus iunctis; quod advertens unus ex adstantibus clericis, timens ne hoc officerei validitati ordinationis, cito accurrens reverenter disiunxit manus Pontificis, qui, manibus sic disiunctis ante pectus, praefatam orationem usque ad finem prosequutus est.

Hoc supposito, dubitatur, et consequenter ab Episcopo oratore ex Sacra ista Congregatione humiliter quaeritur:

I. Utrum per extensionem manuum Episcopi ante pectus suppleri potuerit in casu extensio dexterae manus super capita ordinandorum, ac consequenter pro valida habenda sit ordinatio illorum candidatorum.

Et quatenus negative ad utrumque;

II. Utrum et quomodo procedendum sit ut defectus ille subsanetur, dato quod sic ordinati, qui fuerunt duo, adhuc superstes sunt.

Feria IV, die 6 Iulii 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEiîiis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibos, propositis praefatis dubiis ac dili-

genter expensis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi et RRmi Patres rescribendum mandarunt:

Attentis expositis, Sacerdotes, de quibus agitur, iterum ordinentur ex integro sub conditione et secreto, quocumque die, facto verbo cum SSmo ut suppleat etiam de Thesauro Ecclesiae pro missis a sacerdotibus celebratis.

Subsequenti vero Fer. VI, die 8 eiusdem mensis Iulii 1898, in solita audientia R. P. D. Assessori impertita, facta de his omnibus SSmo Dno Nostro Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem EEmorum Patrum approbavit et gratiam concessit.

I. Can. MANCINI S. *R. et U. Inq. Not.*

DUBIUM de validitate ordinationis presbyteri, in qua Episcopus in secunda manuum impositione, eas non tenuit in capite ordinandi; id tamen faciendo postquam aptavit stolam in pectore ordinandi eiusdem.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N. in ordinatione Presbyterorum utramque manum super caput cuiuslibet ordinandi posuit, quod et Presbyteri assistentes fecerunt. Dum autem legeret orationem seu exhortationem *Oremus fratres diarissimi* etc. ex inadvertentia neque ipse neque presbyteri assistentes manus extensas super omnes ordinandos habuerunt. Sacram functionem postea prosecutus est usque ad illa verba *Accipe iugum Domini* etc. aptando stolam ante pectus in modum crucis. Quibus dictis, quum praeteritam omissionem impositionis manuum advertisset, submissa voce (quin a circumstantibus audiretur) repetiit exhortationem *Oremus fratres charissimi* etc. cum oratione sequenti, et ipse solus manus extensas habuit super ordinandos. Postea functionem reassumpsit ab illis verbis: *Accipe vestem Sacerdotalem* etc.

Igitur Episcopus orator, ad pedes S. V. provolutus, humiliter petit utrum valida fuerit haec ordinatio.

Fer. IV, die 6 Iulii 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum

Inquisitoribus Generalibus, proposito ac diligenter expenso suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto* iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ordinationem in casu validam fuisse.

Subsequenti vero Feria VI, die 8 eiusdem Mensis Iulii 1898, in solita audientia R. P. D. Assessori impertita, facta de his omnibus SSmo Dno Nostro Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem EEiîiorum PP. approbavit.

I. Can. MANCINI & *R. et U. Inq. Not.*

EX S. CONGREG. INDULGENTIARUM

LINCIENSIS. De absolutiones generalibus, seu Benedictionibus concessis Sororibus regularibus Tertii Ordinis S. Francisci.

Episcopus Linciensis huic a. Congregationi Indulgentiarum circa Benedictionem cum Indulgentia, quae dicitur etiam Absolutio generalis, Sororibus regularibus tertii Ordinis S. Francisci impertiendam haec dubia proponere audet:

I. Utrum Confessarius ordinarius vel extraordinarius Sororum tertii Ordinis S. Francisci, quae in Congregatione coadunatae vivunt et Episcopi iurisdictioni subiectae sunt, censendus sit delegatus pro impertienda Benedictione cum Indulgentia plenaria ?

II. Utrum dies, quibus haec Benedictio istis Sororibus impertiri potest, sint illi, qui in Directorio Ordinis Fratrum Min. pro Absolutione generali indicantur, an illi, quibus Tertiarii saeculares huiusmodi privilegio gaudent?

Sacra vero Congregatio praefatis dubiis ita respondendum mandavit :

Ad I[um] *Affirmative.*

Ad II[um] *A.fftrmatioe* ad 1[am] partem ; *Negative* ad 2[am].

Datum Romae ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis die 13 Iulii 1898.

FR. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. * S.

f A. ARCHIEP. ANTINOEN. *Secretarius.*

DECRETUM URBIS ET ORBIS, quo revocantur indulgentiae omnes mille vel plurium millium annorum.

Quum huic S. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae ex ipsa sui institutione munus demandatum sit vigilandi, ne in christiano populo falsae et apocryphae, vel iam revocatae a RR. PP. Indulgentiae temere evulgentur, pluries ab ea quaesitum est, num Indulgentiae mille sive etiam plurium millium annorum, quae in nonnullis Summariis et etiam in Pontificiis Constitutionibus leguntur, sint retinendae uti verae, an potius inter apocryphas amandandae, ea potissimum de causa quod immoderatae viderentur.

Porro quum haec S. C. generatim animadverterit praedictarum Indulgentiarum concessionem, ut plurimum, nulli aut suppositivo niti fundamento, praetereaque perpenderit id quod Sacrosancta Tridentina Synodus Sess. 25, cap. XXI Decret, de Indulg. docuit, in concedendis nimirum Indulgentiis moderationem esse adhibendam, ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina enervetur; opportunum esse censuit, sicut alias peragere consuevit, ut Indulgentiae omnes, quae mille vel plurium millium annorum numerum attingunt, praetermisso an veris sint accensendae vel apocryphis, revocarentur et abrogarentur : id enim postulare videbantur et mutata temporum adiuncta, et modo vigens in Ecclesia disciplina.

Emi itaque Patres huic S. Congregationi praepositi, in generalibus Comitiis ad Vaticanum habitis die 5 Maii 1898, omnibus mature perpensis, unanimi suffragio rescripserunt : *Indulgentias omnes mille vel plurium millium annorum omnino esse revocandas si SSmo placuerit.*

Facta autem de his omnibus relatione SSmo Dno Nostro Leoni Papae XIII in Audientia habita die 26 Maii 1898 ab infrascripto Card. Praefecto, Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum sententiam ratam habuit et confirmavit, mandavitque per generale Decretum declarari omnes Indulgentias mille vel plurium millium annorum, quae hucusque concessae dicuntur aut sunt, revocatas esse, et uti revocatas ab omnibus habendas. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 26 Maii 1898.

FR. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. *Cfr* S.

f ANTONIUS ARCHIEP. ANTINOEN., *Secretarius.*

IOSEPHUS M[a]. Can. COSELLI *Substitutus.*

EX S. C. NEGOTIORUM EXTRAORDINARIORUM

DECLARATIO AUTHENTICA. De vigore Litterarum Apostolicarum *Trans Oceanum* diei 18 Aprilis 1897 in omnibus Antillis et ceteris Insulis maris Caraibici (1).

EX AUDIENTIA SANCTISSIMI

die 16 Augusti 1898.

Ex parte nonnullorum Antistitum Coloniarum maris Antillarum, propositum fuit dubium de vigore, in territorio suae iurisdictioni subiecto, Litterarum Apostolicarum « *Trans Oceanum,»* a SSmo D. N. Leone PP. XIII die 18 Aprilis 1897 editarum. Eadem Sanctitas Sua, referente me infrascripto S. Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae Secretario, declarandum esse censuit: Praefatas Litteras Apostolicas « *Trans Oceanum* » vigorem habere in omnibus Antillis et ceteris Insulis maris Caraibici, cuicumque civili ditioni subiiciantur. Et ita Sanctitas Sua publicari et servari mandavit, contrariis minime obfuturis.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die, mense et anno praedictis.

FELIX CAVAG-NIS *Secr.*

(1) Recole Vol. XXIX, 659 ei Vol. XXX, 698.

EPISTOLA ENCYCLICA Sanctissimi D. N. Leonis PP. XIII ad Episcopos, Clerum et Populum nationis Italicae.

Spesse volte, nel corso del Nostro Pontificato, mossi dalle sacre ragioni dell'Apostolico ministero, dovemmo levar lamento e protesta in occasione di atti compiuti, a detrimento della Chiesa e della religione, da coloro che, per vicenda di ben noti rivolgimenti, reggono la cosa pubblica in Italia. — Ci duole doverlo fare di nuovo sopra un argomento gravissimo e che Ci riempie F animo di profonda tristezza. Noi intendiamo parlare della soppressione di tante istituzioni cattoliche, decretata, non ha guari, in varie parti della Penisola. Questa disposizione immeritata ed ingiusta ha sollevato la riprovazione di ogni anima onesta, ed in essa vediamo, con sommo Nostro rammarico, compendiarsi e rincrudire le offese sofferte negli anni trascorsi.

Sebbene cosa a voi nota, Venerabili Fratelli, pur nondimeno stimiamo opportuno riandare le origini e la necessità di queste istituzioni, frutto delle Nostre sollecitudini e delle vostre amorevoli cure, affinchè tutti comprendano il pensiero che le aveva ispirate e lo scopo religioso, morale e caritativo a cui erano dirette.

Dopo rovesciato il principato civile dei Papi, si vennero in Italia togliendo gradatamente alla Chiesa cattolica i suoi elementi di vita e di azione, la sua naturale e secolare influenza nei pubblici e sociali ordinamenti. Con atti progressivi e coordinati a sistema si chiusero monasteri e conventi; si dissipò, colla confìsca dei beni ecclesiastici, la massima parte del patrimonio della Chiesa: s'impose ai chierici il servizio militare; s'inceppò la libertà, dell' ecclesiastico ministero con disposizioni arbitrarie ed ingiuste; si mirò con isforzi perseveranti a cancellare da tutte le pubbliche istituzioni l'impronta religiosa e cristiana ; si favorirono i culti dissidenti, e mentre si concedeva la più ampia libertà alle sette massoniche, si riserbavano odiose intolleranze e vessazioni a quell'unica religione, che fu sempre gloria, presidio e forza degli italiani.

Noi non mancammo di rimpiangere questi gravi e ripetuti attentati. Li rimpiangemmo per conto della nostra santa religione esposta a supremi pericoli; li rimpiangemmo eziandio, e

ciò diciamo con tutta la sincerità del Nostro cuore, per conto della patria nostra: giacché la religione è sorgente di prosperità e di grandezza per una nazione, e fondamento precipuo di ogni bene ordinata società. Ed infatti, indebolito il sentimento religioso che eleva e nobilita l'animo, e v'imprime profondamente le nozioni del giusto e dell' onesto, l'uomo inclina e si abbandona ad istinti selvaggi e ad interessi materiali; e da ciò, come logica conseguenza, rancori, scissure, depravazioni, conflitti e turbamento dell' ordine, ai quali mali non sono rimedi sicuri e sufficienti nè la severità delle leggi, nè i rigori dei tribunali, né l'uso della stessa forza armata. — Di questa connessione naturale ed intrinseca tra il decadimento religioso e lo sviluppo dello spirito di sovversione e di disordine Noi più volte, in atti pubblici diretti agli italiani, avvertimmo coloro ai quali incombe la formidabile responsabilità del potere, mostrando i progressi immancabili del socialismo e dell'anarchia, ed i mali senza fine a cui essi esponevano la nazione. — Ma non fummo ascoltati. Il pregiudizio meschino e settario fé velo all'intelligenza, e la guerra contro la religione fu continuata colla stessa intensità. Non solo non fu preso alcun provvedimento; ma dai libri, dai giornali, dalle scuole, dalle cattedre, dai circoli, dai teatri, si proseguì a spargere largamente i germi dell'irreligione e dell'immoralità, a scalzare i principi a cui s'informano i forti ed onesti costumi di un popolo, a diffondere le massime, dalle quali segue inesorabilmente la perversione dell'intelletto e la corruzione del cuore.

Noi allora, Venerabili Fratelli, veggendo periglioso e fosco T avvenire del nostro paese, credemmo giunto il momento di alzare la voce, e dicemmo ai cattolici italiani: la religione e la società sono in pericolo: è tempo di spiegare tutta la vostra attività, opponendo al male invadente un argine colla parola, colle opere, colle associazioni, coi comitati, colla stampa, coi congressi, colle istituzioni di carità e di preghiera, con tutti i mezzi, infine, pacifici e legali, che sieno acconci a mantenere nel popolo il sentimento religioso ed a sollevarne la miseria, cattiva consigliera, resa tanto profonda ed estesa per le depresse condizioni economiche d'Italia. — Tali cose Noi raccomandammo più volte, ed in modo particolare nelle due Lettere già da Noi indirizzate al popolo italiano: in quella dei 15 Ottobre 1890 e nell' altra dell' 8 Décembre 1892.

Ci è qui grato dichiarare, che le Nostre esortazioni caddero su terreno fecondo. Mediante i vostri generosi sforzi, Venerabili Fratelli, e quelli del clero e dei fedeli a voi affidati, si ottennero lieti e salutari effetti, dai quali era facile prevederne anche maggiori in un prossimo avvenire. Centinaia di associazioni e di comitati sorsero in varie parti d'Italia, e dal loro zelo indefesso ebbero origine casse rurali, cucine economiche, dormitorii economici, ricreatorii festivi, opere catechistiche, assistenza degli infermi, tutela della vedova e del pupillo, e tante altre benefiche istituzioni, che furono salutate dalla riconoscenza e dalle benedizioni del popolo, ed ebbero sovente anche da uomini di altro partito ben meritato elogio. — Ed i cattolici, secondo il loro solito, nell'esplicazione di questa lodevole operosità cristiana, non avendo nulla da celare, si mostrarono alla luce del giorno e si tennero costantemente nei confini della legalità.

Ma sopraggiunsero le luttuose vicende che, accompagnate da tumulti e spargimento di sangue cittadino, funestarono alcune contrade d'Italia. Niuno più di Noi soffrì nell'animo e si commosse a quel triste spettacolo.

Pensammo però, che nelle origini prime di quelle sedizioni e di quelle lotte fraterne, coloro che hanno la direzione della cosa pubblica riconoscerebbero il frutto funesto, ma naturale, del mal seme a larga mano e per sì lungo tempo sparso impunemente in tutta la Penisola; pensammo che risalendo dagli effetti alle cause e traendo profitto dal duro ammaestramento ricevuto, tornerebbero alle norme cristiane del riordinamento sociale, colle quali debbono rinnovarsi le nazioni, se non si vogliono lasciar perire, e perciò porrebbero in onore i principi di giustizia, di probità e di religione, dai quali deriva principalmente anche il benessere materiale di un popolo. Pensammo, almeno, che volendo rinvenire autori e complici di quelle sommosse, si avviserebbero a cercarli fra coloro, che avversano la dottrina cattolica, e nel naturalismo e materialismo scientifico e politico infiammano gli animi ad ogni cupidigia disordinata; fra coloro, che nelle ombre di settarie congreghe nascondono i rei intendimenti ed affilano le armi contro F ordine e la sicurezza della società. — Ed invero non mancò qualche spirito elevato ed imparziale, anche nel campo avverso, che comprese ed ebbe il lodevole coraggio di proclamare pubblicamente le vere cause dei lamentati disordini.

Ma grande fu la nostra sorpresa ed il Nostro dolore quando apprendemmo che, con assurdo pretesto, mal dissimulato dall'artificio, si osava, affine di deviare F opinione pubblica e porre ad esecuzione un premeditato disegno, riversare sui cattolici la stolta accusa di perturbatori dell' ordine e far ricadere sopra di essi il biasimo ed il danno dei sediziosi sconvolgimenti di cui alcune contrade d'Italia furono teatro. — E maggiormente crebbe il nostro dolore quando a tali calunnie succedendo fatti arbitrari e violenti, si videro sospesi o soppressi molti dei principali e più valorosi giornali cattolici, proscritti comitati per le parrocchie e per le diocesi, disperse adunanze per congressi, rese inerti alcune istituzioni ed altre minacciate fra quelle stesse che hanno per iscopo il solo incremento della pietà tra i fedeli, o la pubblica e privata beneficenza ; quando si videro disciolte innocue e benemerite società in grandissimo numero, e così distrutto, in poche ore procellose, il lavoro paziente, caritatevole, modesto di molti anni, di molti nobili intelletti, di molti cuori generosi.

Con tale enorme ed odiosa disposizione la pubblica autorità contradiceva, anzi tutto, alle sue precedenti affermazioni. Per molto tempo, infatti, essa aveva rappresentato le popolazioni della Penisola conniventi e del tutto solidali con lei nell' opera rivoluzionaria ed avversa al Papato ; ed ora invece, ad un tratto, veniva a smentire sè stessa col ricorrere ad espedienti straordinari per comprimere innumerevoli associazioni sparse in tutta l'Italia, e ciò non per altro motivo se non perchè esse si mostravano affezionate e devote alla Chiesa ed alla causa della Santa Sede.

Ma questa disposizione ledeva, sopra tutto, i principi di giustizia e le stesse norme delle leggi vigenti. — In forza di questi principi e di queste norme è lecito ai cattolici, come a tutti gli altri cittadini, fruire della libertà di unire in comune i loro sforzi per promuovere il bene morale e materiale del loro prossimo, o per esercitarsi in pratiche di pietà e di religione. Fu dunque arbitrio lo scioglimento di tante benefiche istituzioni cattoliche, che pure esistono tranquille e rispettate in altre nazioni, senza alcuna prova della loro colpabilità, senza alcuna investigazione precedente, senza alcun documento atto a dimostrare la loro partecipazione agli avvenuti disordini.

Fu anche una speciale offesa arrecata a Noi, che avevamo ordinato e benedetto quelle utili e pacifiche associazioni, ed a

voi, Venerabili Fratelli, che ne avevate curato e promosso lo sviluppo e vigilato il regolare andamento: la Nostra protezione e la vostra vigilanza dovevano renderle anche maggiormente rispettabili ed immuni da qualsiasi sospetto.

Nè possiamo passare sotto silenzio quanto siffatta disposizione sia perniciosa agl'interessi delle moltitudini, quanto alla conservazione sociale, quanto al vero bene d'Italia. Colla soppressione di quelle società viene ad aumentare la miseria morale e materiale del popolo, eh' esse procuravano con ogni mezzo possibile di mitigare, viene privata la civil comunanza di una forza potentemente conservatrice; giacché la loro organizzazione stessa e la diffusione dei loro principi era un argine contro le teorie sovversive del socialismo e dell' anarchia; viene, infine, ad accendersi maggiormente il conflitto religioso, che tutti gli uomini scevri da passioni settarie comprendono esser supremamente funesto all' Italia, di cui spezza le forze, la compattezza, l'armonia.

Noi non ignoriamo, che le società cattoliche sono accusate di tendenze contrarie agli attuali ordinamenti politici d'Italia e considerate perciò come sovversive. — Siffatta imputazione è fondata sopra un equivoco creato e mantenuto appositamente dai nemici della Chiesa e della religione per coonestare dinanzi al pubblico il riprovevole ostracismo ch'essi intendono infliggere alle dette associazioni. Noi vogliamo che tale equivoco sia dissipato per sempre.

I cattolici italiani, in forza degli immutabili e noti principi della loro religione, rifuggono da cospirazione e ribellione qualsiasi contro i pubblici poteri, ai quali rendono il tributo che ad essi si deve. La loro condotta passata, alla quale tutti gli uomini imparziali possono rendere onorata testimonianza, è garante di quella futura, e ciò dovrebbe bastare ad assicurar loro la giustizia e la libertà a cui hanno diritto tutti i pacifici cittadini. Diremo di più; essendo essi, per la dottrina che professano, i più solidi sostenitori dell' ordine, hanno diritto al rispetto; e se la virtù ed il merito fossero adequatamente apprezzati, avrebbero anche dritto ai riguardi ed alla gratitudine di chi presiede alla cosa pubblica.

Ma i cattolici italiani, appunto perchè cattolici, non possono prescindere dal volere che al loro Capo supremo sia restituita la necessaria indipendenza e la pienezza della libertà vera ed

effettiva, la quale è condizione indispensabile per la libertà e l'indipendenza della Chiesa cattolica. Su questo punto i loro sentimenti non cambieranno nè per minacce, nè per violenze; essi subiranno l'attuale ordine di cose, ma fino a che questo avrà per iscopo la depressione del Papato e per causa la cospirazione di tutti gli elementi antireligiosi e settari, essi non potranno mai, senza violare i loro più sacri doveri, concorrere a sostenerlo colla loro adesione e col loro appoggio. — Il richiedere dai cattolici un positivo concorso al mantenimento dell' attuale ordine di cose, sarebbe pretesa irragionevole ed assurda; poiché ad essi non sarebbe più lecito ottemperare agli insegnamenti ed ai precetti di questa Apostolica Sede, anzi dovrebbero agire in opposizione ai medesimi e dipartirsi dalla condotta che tengono i cattolici di tutte le altre nazioni.

Quindi è che l'azione dei cattolici italiani, nelle presenti condizioni di cose, rimanendo estranea alla politica, si concentra nel campo sociale e religioso, e mira a moralizzare le popolazioni, renderle ossequenti alla Chiesa ed al suo Capo, allontanarle dai pericoli del socialismo e dell'anarchia, inculcar loro il rispetto al principio di autorità, sollevarne infine *V* indigenza colle opere molteplici della carità cristiana. — Come dunque i cattolici potrebbero esser chiamati nemici della patria ed esser confusi coi partiti che attentano all'ordine ed alla sicurezza dello Stato?

Siffatte calunnie cadono dinanzi al solo buon senso. Esse si fondano su questo solo concetto, che le sorti, l'unità, la prosperità della nazione consistano nei fatti compiuti a danno della Santa Sede, fatti pur deplorati da uomini punto sospetti, i quali dichiararono apertamente essere immenso errore il provocare un conflitto con quella grande istituzione che Dio pose in mezzo all'Italia e che fu e rimarrà perpetuamente il suo vanto precipuo ed incomparabile; istituzione prodigiosa che domina la storia, e per la quale l'Italia divenne l'educatrice feconda dei popoli, la testa ed il cuore della civiltà cristiana. Di qual colpa pertanto sono rei i cattolici quando desiderano il termine del lungo dissidio, sorgente di grandissimi danni per l'Italia nell'ordine sociale, morale e politico; quando domandano che sia ascoltata la voce paterna del loro Capo supremo, che tante volte ha reclamato le dovute riparazioni, mostrando i beni incalcolabili che da esse deriverebbero all'Italia?

I nemici veri d'Italia bisogna ricercarli altrove; bisogna ricercarli tra coloro che mossi da spirito irreligioso e settario, chiuso l'animo dinanzi ai mali ed ai pericoli che pesano sulla patria, respingono ogni vera e feconda soluzione del dissidio, e procurano, pei loro riprovevoli diségni, di renderlo sempre più lungo e più acerbo. — A questi e non ad altri conviene attribuire la dura disposizione onde vennero colpite tante utili associazioni cattoliche; disposizione che Ci addolora profondamente anche per un altro titolo di ordine più elevato e che non riguarda solamente i cattolici italiani, ma quelli del mondo intero. Essa mette sempre più in chiaro la condizione penosa, precaria ed intollerabile a cui siamo ridotti. Se alcuni fatti, nei quali i cattolici non ebbero nulla che fare, bastarono per decretare la soppressione di migliaia di opere benefiche ed immuni da qualsiasi colpa, non ostante la guarentigia che veniva loro dalle leggi fondamentali dello Stato, ogni uomo sensato ed imparziale comprenderà quale e quanta possa essere l'efficacia delle assicurazioni date dai pubblici poteri per la libertà ed indipendenza del Nostro Apostolico Ministero. Quale è invero la Nostra libertà, quando dopo essere stati spogliati della maggior parte degli antichi presidi morali e materiali, di cui i secoli cristiani avevano arricchito la Sede Apostolica e la Chiesa in Italia, veniamo ora privati anche di quei mezzi di azione religiosa e sociale, che le Nostre sollecitudini e lo zelo ammirabile dell'Episcopato, del Clero e dei fedeli avevano riunito a tutela della religione ed a beneficio del popolo italiano? Quale può essere la Nostra pretesa libertà, quando un' altra occasione, un altro incidente qualsiasi potrebbe servir di pretesto a procedere ancora più oltre nella via delle violenze e degli arbitri e ad infliggere nuove e più profonde ferite alla Chiesa ed alla religione?

Noi segnaliamo questo stato di cose ai nostri figli d'Italia e a quelli delle altre nazioni. Agli uni ed agli altri però diciamo, che, se il Nostro dolore è grande, non minore è il Nostro coraggio, non minore la Nostra fiducia in quella Provvidenza che governa il mondo e che veglia costantemente ed amorosamente sulla Chiesa, la quale s'identifica col Papato, secondo la bella espressione di S. Ambrogio : *VU Petrus ibi Ecclesia.* Ambedue sono istituzioni divine che sopravvissero a tutti gli oltraggi, a tutti gli attacchi, che videro immobili passare i secoli, che at-

tinsero aumenti di forza, di energia e di costanza dalla stessa sventura.

E quanto a Noi non cesseremo di amare questa bella e nobile nazione da cui sortimmo i natali, lieti di spendere gli ultimi avanzi delle Nostre forze per conservarle il tesoro prezioso della religione, per mantenere i suoi figli nella sfera onorata della virtù e del dovere, per sollevare, quanto Ci è possibile, le loro miserie.

In questo nobilissimo ufficio voi Ci apporterete, ne siamo sicuri, Venerabili Fratelli, il concorso efficace delle vostre cure e del vostro zelo illuminato e costante. — Continuate nell'opera santa di ravvivare la pietà tra i fedeli, di preservare le anime dagli errori e dalle seduzioni che le circondano da ogni lato, di consolare i poveri e gl' infelici con tutti i mezzi che la carità potrà suggerirvi. Le vostre fatiche non saranno mai sterili, qualunque sieno le vicende e gli apprezzamenti umani, perchè dirette a più alto fine che non sono le cose di quaggiù; e ad ogni modo esse varranno, qualora fossero osteggiate o distrutte, a liberarvi dal dover rispondere de' danni, che dagF impedimenti frapposti al vostro pastorale ministero potrebbe risentire P Italia.

Ed a voi cattolici italiani, oggetto precipuo delle Nostre sollecitudini e della Nostra affezione, a voi fatti segno a più aspre vessazioni, perchè più vicini a Noi e più stretti a questa Sede Apostolica, a voi serva di conforto e d'incoraggiamento la Nostra parola e la Nostra ferma assicurazione, che il Papato, come nei secoli trascorsi, in gravi e procellosi avvenimenti, fu guida, difesa e salvezza del popolo cattolico, specialmente d'Italia, così per l'avvenire non verrà meno alla sua grande e salutare missione col difendere e rivendicare i vostri diritti, coir assistervi nelle vostre difficoltà, coli'amarvi quanto più bersagliati ed oppressi. Voi avete dato, specialmente in questi ultimi tempi, numerose testimonianze di abnegazione e di operosità nel fare il bene. Non vi perdete di animo, ma tenendovi rigorosamente, come pel passato, entro i limiti della legge e pienamente sottomessi alla direzione dei vostri pastori, continuate con coraggio cristiano negli stessi propositi. Che se incontraste sul cammino nuove contradizioni e nuove ostilità, non vi sgomentate: la bontà della vostra causa apparirebbe sempre più luminosa, quando gli avversari, per combatterla, fossero costretti a ricor-

rere ad armi siffatte; e le prove che dovreste sostenere, aumenterebbero il vostro merito innanzi agli uomini onesti e, ciò che più monta, innanzi a Dio.

Auspice intanto dei celesti favori e pegno del Nostro specialissimo affetto, sia l'Apostolica benedizione, che dall'intimo del cuore impartiamo a voi, Venerabili Fratelli, al Clero e al popolo italiano.

Dato a Roma presso S. Pietro, il 5 agosto 1898, anno vigesimo primo del Nostro Pontificato.

LEO PP. XIII.

(Versio Latina)

Saepenumero Pontificatus nostri tempore, cum per reipublicae administratores, qui notae rebellionis aestu fervente, supremum in Italia regimen adepti sunt, civiles actus Religioni atque Ecclesiae infesti perpetrarentur, sacra Apostolici Ministerii iura tuendi gratia, vehementer conquesti et protestati sumus. — Id ipsum nunc super re sane gravissima, quae magna nos tristitia afficit, iterum, quamvis aegre, facere cogimur. De iis catholicis Institutis hic Nobis sermo est, quorum, lata lege, suppressio in plerisque Italiae provinciis nuper decreta est. Huiusmodi legem, sane arbitrariam atque iniustam, probus quisque indignatus maximopere improbat; ac Nos per eam ferme omnia, quae elapsis annis perpessi fuimus, probra, summatim acriusque renovari videmus.

Unde primum haec Instituta, paternae sollicitudinis nostrae curaeque vestrae fructus, exorta et quam necessaria, quamvis apprime vobis notum sit, tamen id memoria repetere operae pretium existimamus; ut omnes cognoscant, quod Nobis consilium in iis condendis, quique sive quoad Religionem, sive quoad morum disciplinam, sive demum quoad civium indigentiam servandam scopus esset per eadem Instituta attingendus.

Civili romanorum Pontificum Principatu disiecto, Ecclesiae catholicae quaelibet vitae ac libertatis subsidia, immo et fides ipsa populorum, qua hi in rebus publicis sive domi, sive apud exteras nationes gerendis, eidem Pontifici plerisque abhinc sae-

culis, naturali quodam instinctu, obsequebantur, pedetentim subtracta sunt. Novis deinceps editis legibus, quae subinde constanter prodibant, utriusque sexus Monachis Coenobia adempia sunt: potior ecclesiastici Patrimonii pars Fisco adiudicata et misere consumpta : Clerici militari delectui subiecti : Ecclesiastici Ministerii libertas arbitrariis atque iniustis legibus compedita: ab omnibus publicis institutionibus quodvis ferme christianae Religionis vestigium deletum : erga Heterodoxos gratia et favor impensus; ac dum sectis (quas Massonicas vocant) amplissima concedebatur libertas, tantummodo in illam Religionem quae gloria, praesidium ac munimentum semper Italiae fuit, saevitiae ac vexationes adhibebantur.

Huiusmodi adeo pravos ac saepius congeminatos ausus idemtidem deploravimus : primum quidem Sanctae Religionis causa in supremum discrimen adductae ; dein etiam, atque id sincerissimo cordis affectu pronunciamus, communis Patriae causa etiam atque etiam deploravimus. Religio enim cuilibet nationi prosperitatis atque excellentiae fons est, et omnis recte compositae Societatis praecipuum fundamentum. Enimvero enervato Religionis sensu, quo sustollitur quodammodo ac nobilitatur animus, in eoque iusti et honesti cognitio penitus infigitur, homo se demittit, ac belluino instinctui, pecuniaeque aucupandae totum tradit; atque exinde simultates, discordiae, morum depravarlo, iurgia, et publici ordinis perturbatio necessario consequuntur; quibus incommodis aptum remedium nec legum severitas nec tribunalium rigor, nec ipsa armata vis conferre solent. Religionis autem cultum et Societatis incolumitatem ita invicem colligari, ut illa ruere non possit, quin ista tumultibus et rerum perturbatione labefactetur, pluries eos quibus formidandum reipublicae regendae onus incumbit, datis ad Italos uteris, commonuimus, perversae eorum doctrinae qui sive civium bona, sive ipsum civile Regimen impetunt, progressus ostendentes certissime futuros, atque innumera mala, quibus Italiam subiiciebant. At vero Nobis auscultatum non est: falsa ac frivola per rebellium sectam inducta opinio intelligentiae velum obduxit; atque iii Religionem eadem atrocitate bellum geri haud destitum fuit. Non modo per viros rei publicae praefectos quidquam provisum; sed et in libris, in publicis ephemeridibus, in gymnasiis, imo etiam ex camedris, in quibuslibet civium conventibus, in theatris_____pravi homines incredulitatis

atque improbitàtis semina spargere, religiosa axiomata convelliere, quibus robusti atque honesti populorum mores informantur, hisque opposita proferre, ex quibus intellectus perversio, et cordis depravatio certissime consequitur, impune perrexerunt.

Tum vero Nos, Venerabiles Fratres, pericula et procellas Italis imminere prospicientes, tempus advenisse arbitrati sumus, vocem extollendi; atque iisdem catholicis Italis palam denunciavimus : Religio ¡ac ipsa Societas periclitantur : tempus est totam virtutem vestram exserendi, opposito malis ingruentibus aggere, tum sermone tum opere, immo etiam sociis quam plurimis adscitis, quorum una mens sit, et communis actio ; sodalitiis, comitatibus, libris in lucem editis, sociorum conventibus, charitatis et supplicationum Institutis, omnibus denique, quae per legem licent, adminiculis, pacifice adhibitis, quae ad pium Religionis sensum in populis servandum, atque egestatem, quae crimina suadere consuevit, quaeque adeo late graviterque Italiam pervasit ob miseram aerarii conditionem, in qua haec nostra regio [versatur, levandam apta sint. Haec Nos saepius, praesertim in duabus Epistolis ad Italos datis, die 15 Octobris anno 1890, et die 8 Decembris anno 1892 enixe commendavimus.

Hic vero palam enunciare Nobis pergratum est, cohortationes nostras in optimam terram excidisse. Vobis, Venerabiles Fratres, una cum Clericis, ceterisque Fidelibus curae vestrae concreditis, fortiter adnitentibus, laeta ac prospera quaeque consecuta sunt ; laetioraque proxime consecutura esse, facile exinde perspici poterat. Innumeri ferme ubique in Italia socii adlecti simul convenerunt, qui collatis studiis et consiliis adlaborarunt, ut aeraría ruricolis adiuvandis constituerentur ; coquinae, quas vocant oeconomicas, dioetae dormitoriae pauperibus parva impensa noctu excipiendis, amoena loca diebus festis iuvenum animis honeste recreandis paterent : Institutiones insuper subinde prodiere pueris catechizandis, aegris in nosocomiis reficiendis, viduis ac pupillis tutandis, aliaeque sexcentae, quas grati animi significationibus plausuque populi ubique exceperunt, ac plerique contrariae factionis viri haud semel maximopere commendarunt. Catholici autem, uti semper consueverunt, in hisce christianae charitatis operibus perficiendis, quum nihil haberent, quod celandum esse existimarent, ad lucem diei prodie-

runt, atque intra fines Lege praescriptos constanter sese continuerunt.

Sed tristes rerum publicarum vicissitudines supervenere, quae tumultibus et civium sanguine quasdam Italiae provincias funestarunt. Nos quidem omnium maxime immane huiusmodi spectaculum commovit et contristavit.

Arbitrati sumus fore, ut ii qui rei publicae praesunt, proximam istarum seditionum et civilium iurgiorum causam fuisse agnoscerent prava semina, quae in Italia multo iam tempore large et impune sparserant, atque horum pessimum quidem, sed prorsus naturalem fructum. Arbitrati item sumus fore, ut iidem ab effectibus ad causas ascendentes, tristi experientia edocti, in civili ordine instaurando christianas normas, quibus nationes, ne forte pereant, ad officium revocandae sunt, iterum sequendas susciperent; atque ita supremis iustitiae, probitatis ac Religionis regulis, quibus civilis etiam cuiusvis populi salus innititur, debitum honorem tribuerent. Denique arbitrati sumus, saltem fore ut iidem harum seditionum auctores vel complices invenire cupientes, inter illos inquirendos esse ducerent, qui doctrinam catholicam aversantur; qui in naturae et materiae cultu, sive logico sive practico, persequendo, quamlibet effrenam hominum cupiditatem incendunt: qui in latebris factiosorum conventuum improba consilia abscondunt, et contra civilem societatis humanae ordinem arma parant. Reapse quidam ex ipsis adversaras, ingenio praestans, et ab studio partium omnino alienus, veras horum civilium tumultuum causas intellexit, ac strenue ausus est palam edicere.

Sed heu! magnus Nos Stupor et dolor incessit, cum accepimus, ab iis qui rem publicam gererent, ridiculo praetextu, quem artificio dissimulare perperam pertentatum est, publicam opinionem distrahendi, et conceptum iam propositum perficiendi gratia, stultam in catholicos incriminationem de perturbato ordine, incredibili ausu detorqueri, ut civilium tumultuum, qui in quibusdam Italiae provinciis contigerant, dedecus et damnum in eosdem, tamquam in eorum causam, converterentur. Tum vero dolor noster excrevit, cum his calumniis accedentibus factis arbitrariis ac violentis, suspensas vel suppressas vidimus plerasque ex praecipuis ac summopere strenuis ephemeridibus catholicis : proscriptos comitatus, qui sive pro Paroeciis, sive pro Dioecesibus instituti fuerant: dispersos catholicorum con-

ventus, congressuum causa initos: quaedam Instituta, ex iis praesertim, quorum unicus scopus est pietatis incrementum inter Fideles, vel sive publica, sive abdita benéficentia, omnibus pene subsidiis expoliata, ne civium inopiae opitulari possent ; quaedam vero minis perterrita: plurimas omnino innocuas ac de Patria bene meritas Societates dissolutas; atque ita patientem ac modestum plurium annorum laborem, christianae charitatis ergo a plerisque praeclarissimis scientia et magnanimitate praeditis viris susceptum, pauculis horis procellosis misere deperditum atque consumptum.

Qua immani et hostili sanctione, rei publicae Rectores iis, quae ante edixerant, manifeste contradixerunt. Diu enim Italicum populum in rebellione contra romanum Pontificatum peragenda conniventem complicemque enunciaverant: nunc vero vi ac violentia adhibita, ut innumeras Societates, late in Italia sparsas, eliminarent, haud aliam ob causam, quam quod illae sese Ecclesiae ac S. Sedi addictas atque obsequentes exhibuerint, ipsi se mendacii reos ostenderunt.

At vero haec ipsa sancita lex, iustitiae dictata potissimum ac vigentium Legum normas laedebat. Ob haec dictata enim, atque ob illas normas, Catholicis, sicut et ceteris civibus, libertate frui licet; concivi um suorum bonum sive spirituale, sive materiale collatis studiis, sponte curandi, atque una sepe in pietatis ac religionis officiis exercendi. Arbitraria itaque fuit ista tot catholicarum institutionum (quae tamen penes alias nationes pacifice obtinent, atque in honore sunt) dissolutio, praesertim sine ullius admissae culpae testimonio, sine ullo documento, sociorum participationem in iis, qui evenerant, tumultibus, serio comprobante. Sed praeterea fuit etiam peculiaris iniuria Nobis illata, qui eas perutiles ac pacificas institutiones mandavimus, atque illis fausta quaeque adprecati fuimus : immo et vobis, venerabiles Fratres, qui his augendis curam adhibuistis, atque his regendis sedulo invigilastis. Profecto nostra tutela ac vestra vigilantia easdem maiori reverentia dignas, atque ab omni suspicione immunes efficere debuisset.

Praeterire hic non possumus quantum isthaec sanctio civili populorum prosperitati, nationum incolumitati, veroque Italiae bono perniciosa sit. His enim Societatibus abolitis, miseria populi augetur, tum ea quae pertinet ad subsidia pietatis, tum quae ad subsidia egestatis, quam illae omni, quo poterant, modo

mitigare suadebant: orbatur humana societas potenti vi qua se sustentet ; nam ipsamet earum constitutio, et moralis doctrinae, quam profitebantur, diffusio, illorum placitis, qui sive omnia omnibus communia esse praedicant, sive quodvis regimen evertere conantur, agger erat: magis denique conflictus religiosus incenditur, quem omnes factiosarum opinionum expertes, Italis, quorum vim, unionem harmoniamque destruit, norunt esse funestissimum.

Nos quidem haud latet, catholicas Societates tamquam praesenti in Italia rerum statui adversas incusari, ac proinde publicae tranquillitati perniciosas haberi. Huiusmodi incriminatio ambiguo innititur, quod ab Ecclesiae et Religionis hostibus, ad turpem Ostracismum, quem iisdem Societatibus infligere pertentant, honestatis specie contegendum, studiose inventum est, ac maligne sustinetur. Equidem volumus, ut hoc ambiguum perpetuo abigatur et dissipetur.

Catholici Itali ob aeterna atque omnibus nota suae Religionis documenta, ab omni conspiratione ac rebellione contra constitutum civile Regimen, cui tributum, quod ipsi debetur, sedulo praestant, summopere abhorrent. Eorum hactenus agendi ratio, cui omnes qui a quoquo partium studio alieni sunt, aequum testimonium perhibent', illius quae posthac erit, sponsor est : atque id sufficere deberet, ut Catholici securi sint, ius suum libertatemque quam omnes pacifici cives omnino expostulant, sibi tributum iri. Sed aliquid amplius dicimus. Quoniam ipsi ob doctrinam quam profitentur, omnium validissimi sunt ordinis assertores, maximam reverentiam merentur: ac si virtutis et meriti, uti par est, ratio haberetur, specialis considerationis et remunerationis ab iis, qui rei publicae praesunt, obtinendae profecto ius haberent.

Sed Itali catholici ob id ipsum quod catholici sunt, nunquam velle désistent (nec desistere possunt), ut supremo Ecclesiae Rectori adempta dominatio, ac plena et integra, vera ac reapse exercenda Regiminis libertas, quae ad immunitatem libertatemque catholicae Ecclesiae omnino necessaria conditio est, restituatur. Hac super re eorum opinio neque ob minas, neque ob vim quae ipsis inferatur, unquam immutabitur: praesentem verum statum patienter sustinebunt ; sed quousque huius scopus erit romani Pontificatus depressio, et causa conspiratio eorum omnium, qui Ecclesiae infesto animo sectis perduellium favent,

fieri non poterit, ut, neglectis Religionis, quam profitentur, iuribus, ei adhaereant, eumque sua actione fulciant atque sustentent. Enimvero a Catholicis exigere, ut in eumdem praesentem rerum statum firmandum suam et ipsi operam conferant, id a ratione atque a communi hominum sensu omnino absonum est : tum enim huius Apostolicae Sedis praeceptionibus mandatisque obtemperare desinerent; immo contra eadem aperte agerent, ab omnium Catholicorum, qui penes ceteras nationes consistunt, agendi ratione recedentes.

Quapropter Catholicorum actio in praesenti rerum conditione ab Italici Dominatus rationibus prorsus aliena, intra sociorum et Religionis rationes unice curandas circumscripta manet: studetque populos morum praeceptis imbuere, atque illos Ecclesiae eiusque Supremo Rectori obsequentes efficere: ab eorum haurienda atque amplectenda doctrina, qui quodvis sive rerum dominium, sive civile regimen excludunt, Italos avertere : erga auctoritatem constitutam iisdem observantiam suadere : denique eorum paupertatem variis christianae charitatis operibus opportune levare. Igitur quomodo possunt catholici Patriae hostes compellari, atque una cum factiosis qui in Reipublicae tranquillitatem incolumitatemque coniurant, iure confundi ?

Hae calumniae ipso communi hominum sensu diluuntur. Hae enim hoc uno in verbo fundantur : cuiuslibet nationis sortes, unitatem et prosperitatem in factis, quae contra Sanctam Sedem vi consummata sunt, certo consistere ; quae quidem facta plerique Viri, quorum veracitas nemini suspecta esse potest, deplorarunt ; iique palam affirmant, summae imprudentiae merito tribui quemvis contra S. Sedem conflictum; contra videlicet Institutum illud, quod Deus in media Italia collocavit; quodque fuit semper et perpetuo erit, praecipuum Italiae ipsius ornamentum et incomparabile decus; contra Institutum apprime prodigiosum, quod in historia dominatur: per quod insuper Italia facta est populorum foecunda Magistra, civilis christiani cultus caput et centrum.

Cuius igitur facinoris arguendi sunt catholici, quando diuturno huic dissidio, unde et in populorum consortium, et in civium mores, et in ipsum civile regimen gravissima incommoda derivantur, finem tandem imponi efflagitant: quando paterna supremi sui Capitis vox ut auscultetur exposcunt; qui toties debitam illatorum damnorum compensationem po-

stulavit, ostendens quot exinde commoda in Italiam consecutum essent?

Veri Italiae hostes alibi sane inquirendi sunt; inter illos nimirum, qui animo Religioni infenso et perduellium sectis addicto, oculos mentemque a periculis, quae Patriae imminent, avertentes, quamcumque dissidii eiusdem veram utilemque solutionem respuunt, et ob sua prava consilia diuturnius illud acerbiusque efficere conantur. His profecto, non vero aliis, tribuenda dira illa sanctio est, qua tot tamque utiles Catholicorum Societates diremptae sunt; sanctio utique, quae ob aliam etiam sublimions ordinis rationem Nos vehementer angit, quaeque non Italos tantum, sed et totius Orbis Catholicos spectat. Ea quippe duram hanc nostram, in qua adhuc versamur, atque incertam et nullimode ferendam conditionem manifestius ostendit. Etenim si quidam eventus, quorum auctores profecto Catholici nequaquam fuerant, tot tamque utilium atque ab omni culpa immunium societatum suppressioni decernendae satis fuerunt, quamvis iis securitatis Sponsore ipsa potissima Italici Dominatus lege; quisque sano iudicio praeditus, et ab studio partium alienus intelliget quae et quanta sit cautionis, quam pro libertate atque immunitate Apostolici Ministerii nostri, supremi rei publicae in Italia Administratores Nobis obtulerunt, efficacia. Enimvero quaenam Nobis libertas est, quando posteaquam omnibus ferme cum vitae, tum regiminis praesidiis, quibus vetusti christiani Principes Apostolicam Sedem atque Ecclesiam ditarant, expoliati sumus : nunc vero iis etiam adminiculis, quibus acta ad Religionem, vel ad Ecclesiae administrationem spectantia edere Nobis libet, quaeque et nostra sollicitudo, et admiranda Episcopatus clerique catholici studiosa voluntas, Religionis tuendae, et populi Italici iuvandi gratia, congesserunt, prorsus destituimur? Quae Nobis libertas esse potest, quando altera occasio, alter eventus praetextum suggerere potest, vi et arbitrio crudelius saeviendi, atque atrocioribus Ecclesiam et Religionem vulneribus confodiendi ? Nos hanc nostram conditionem Italiae coeterarumque nationum filiis patefacimus; utrisque tamen dicimus, etsi praegrandis est Nobis dolor, haud tamen minorem Nobis suppetere animi firmitatem ac fiduciam in Dei Providentiam, qua ille Mundum moderatur; quique Ecclesiae tuendae continenter ac peramanter invigilat ; quae quidem Ecclesia cum Pontificatu una eademque res est, iuxta perpulcrum S. Ambro-

sii effatum « Ubi Petrus, ibi Ecclesia ». Utriusque divina institutio est: utriusque firmitatem hostium contumeliae et aggressus neutiquam excusserunt; atque ita post vicies ferme centenos annos adhuc perstant, imo ex ipsis calamitatibus vim, virtutem atque constantiam hauserunt.

Ad Nos quod pertinet, hanc praeclaram nobilemque nationem, ex qua orti sumus, praediligere nunquam cessabimus; residuum virium nostrarum, ut eidem Nationi pretiosum Fidei ac Religionis thesaurum servemus; eius filios in decoro officii ac virtutis tramite contineamus, atque eorum inopiae, quoad possumus, opitulemur, impendere gestientes.

In hoc praeclarissimo Religionis ac pietatis munere exequendo vos, Venerabiles Fratres (id satis persuasum Nobis est), vestris curis, vestro vigili et continenti studio Nos adiuvabitis. Pergite, ut facitis, fidelium pietatem incendere, eos ab erroribus et a seductione, quibus undique urgentur, incolumes servare: pauperes et miseros omnibus, quos christiana charitas vobis suggeret, modis benigne solari. Labores vestri fructu steriles nunquam erunt, quaecumque fuerint rerum vicissitudines atque hominum existimatio: utpote qui ad sublimiorem, quam hae mundanae res sint, scopum a vobis diriguntur: demum etsi forte contingat, eosdem labores aut praepediri aut destrui, vos tamen damnorum, quae propter óbices ab adversariis pastorali vestro Ministerio interpositus Italiae obvenire poterunt, cautione Hberabunt.

Vobis autem, Catholici Itali, quos nostra cura ac dilectio praecipue spectat; Vobis, inquam, quos, quia Nobis proximiores, atque huic Apostolicae Sedi omnium maxime addictos, acerbior vexatio premit, vobis solamen afferant, atque animos addant haec Nostra verba ac firmissima sponsio, Romanum Pontificatum, uti elapsis temporibus, in tristibus et procellosis eventibus, catholici populi, praesertim in Italia, dux, defensio, salus exstitit: ita et posthac sancto ac salutari, sibi demandato, iura vestra tuendi ac vindicandi muneri, sive assidua in arctis rebus adsistentia, sive speciali vos dilectione, quanto magis vexatos atque iniuste oppressos, prosequendo, nunquam defuturum.

Vos his praesertim postremis annis vestri animi robur ac fortitudinem in quovis opere bono perficiendo saepissime ostendistis.

Animum ne despondeatis; sed, ut semper facere consuevistis, intra fines ac terminos Lege signatos vos ipsos ad amussim continentes, et Pastorum vestrorum praeceptionibus plene atque integre obsequentes, christiana virtute in eodem proposito persistite.

Si vero novae occurrant vexationes ac molestiae, ne consternemini: causae vestrae aequitas tum clarius apparebit, cum adversarii vestri ad huiusmodi arma confugere cogentur; ac virtutis vestrae pericula, quae subeunda vobis erunt, eximium vestrum meritum coram honestis quibusque Viris, et quod magis interest, coram Deo, procul dubio augebunt.

Interea coelestium donorum auspicem, ac paterni in vos amoris pignus Apostolicam Benedictionem Vobis, venerabiles Fratres, Clero et populo Italiae intimo cordis affectu impertimus.

Datum Romae ad S. Petri:

Die 5 Augusti anno 1898, Pontificatus nostri vigesimoprimo.

LEO PAPA XIII.

EPISTOLA Sanctissimi Domini nostri Leonis divina providentia Papae XIII de Rosario Mariali.

Diuturni temporis spatium animo respicientes, quod in Pontificatu maximo, Deo sic volente, transegimus, facere non possumus quin fateamur Nos, licet meritis impares, divinae Providentiae praesidium expertos fuisse praesentissimum. Id vero praecipue tribuendum censemus coniunctis precibus, adeoque validissimis, quae, ut olim pro Petro, ita nunc pro Nobis non intermisse funduntur ab Ecclesia universa. Primum igitur bonorum omnium largitori Deo grates habemus maximas, acceptaque ab eo singula, quamdiu vita suppeditet, mente animoque tuebimur. Deinde subit materni patrocinii augustae caeli Reginae dulcis recordatio; eamque pariter memoriam gratiis agendis celebrandisque beneficiis pie inviolateque servabimus. Ab ipsa enim, tamquam uberrimo ductu, caelestium gratiarum haustus derivantur: eius *in manibus sunt thesauri miseratio-*

num Domine (i) : *Vult illam Deus bonorum omnium esse principium* (2). In huius tenerae Matris amore, quem fovere assidue atque in dies augere studuimus, certo speramus obire posse ultimum diem. — Iamdudum autem cupientes, societatis humanae salutem in aucto Virginis cultu, tamquam praevalida in arce collocare, nunquam destitimus *Marialis Rosarii* consuetudinem inter Christi fideles promovere, datis in eam rem Encyclicis Litteris iam inde a kalendis Septembribus anni 1883, editisque decretis, ut probe nostis, haud semel. Cumque Dei miserantis consilio liceat Nobis huius quoque anni adventantem cernere mensem Octobrem, quem caelesti Reginae a Rosario sacrum dicatumque esse alias decrevimus, nolumus a compellandis vobis abstinere; omniaque paucis complexi quae ad eius precationis genus provehendum huc usque gessimus, rei fastigium imponemus novissimo documento, quo et studium Nostrum ac voluntas in laudatam cultus Mariani formam pateat luculentius, et fidelium excitetur ardor sanctissimae illius consuetudinis pie integreque servandae.

Constanti igitur acti desiderio ut apud christianum populum de Rosarii Marialis vi ac dignitate constaret, memorata primum caelesti potius quam humana eius precationis origine, ostendimus, admirabile sertum ex angelico praeconio consertum, interiecta oratione dominica, cum meditationis officio coniunctum, supplicandi genus praestantissimum esse et ad immortalis praesertim vitae adeptionem maxime frugiferum; quippe praeter ipsam excellentiam precum exhibeat et idoneum fidei praesidium et insigne specimen virtutis per mysteria ad contemplandum proposita; rem esse praeterea usu facilem et populi ingenio accommodatam, cui ex commentatione Nazarethanae Familiae offeratur domesticae societatis omnino perfecta species; eius idcirco virtutem christianum populum nunquam non expertum fuisse saluberrimam.

His praecipue rationibus atque adhortatione multiplici sacratissimi Rosarii formulam persequuti, augendae insuper eius maiestati per ampliorem cultum, Decessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes, animum adiecimus. Etenim quemadmodum Xystus V fel. rec. antiquam recitandi Rosarii consuetudinem

(1) S. Io. Dam. ser. I, de nativ. Virg.
(2) S. Ir., c. Valen. 1. III, c. 33.

approbavit, et Gregorius XIII festum dedicavit eidem titulo diem, quem deinde Clemens VIII inscripsit martyrologio, Clemens XI iussit ab universa Ecclesia retineri, Benedictus XIII Breviario romano inseruit, ita Nos in perenne testimonium propensae Nostrae voluntatis erga hoc pietatis genus, eamdem solemnitatem cum suo officio in universa Ecclesia celebrari mandavimus ritu duplici secundae classis ; solidum Octobrem huic religioni sacrum esse voluimus; denique praecepimus ut in Litaniis Lauretanis adderetur invocatio : *Regina saeratissimi Rosarii,* quasi augurium victoriae ex praesenti dimicatione reverendae.

Illud reliquum erat ut moneremus, plurimum pretii atque utilitatis accedere Rosario Mariali ex privilegiorum ac iurium copia, quibus ornatur, in primisque ex thesauro, quo fruitur, indulgentiarum amplissimo. Quo quidem beneficio ditescere quanti omnium intersit, qui de sua sint salute solliciti, facili negotio intelligi potest. Agitur enim de remissione consequenda, sive ex toto sive ex parte, temporalis poenae, etiam amotâ culpa, luendae aut in praesenti vita aut in altera. Dives nimirum thesaurus, Christi, Deiparae ac Sanctorum meritis comparatis, cui iure Clemens VI Decessor Noster aptabat verba illa Sapientiae: *In finitus thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei* (1). Iam Romani Pontifices, suprema, qua divinitus pollent, usi potestate, Sodalibus Marianis a sacratissimo Rosario atque hoc pie recitantibus huiusmodi gratiarum fontes recluserunt uberrimos.

Itaque Nos etiam, rati his beneficiis atque indulgentiis Marialem coronam pulchrius collucere, quasi gemmis distinctam nobilissimis, consilium, diu mente versatum, maturavimus edendae *Constitutionis* de iuribus, privilegiis, indulgentiis, quibus Sodalitates a sacratissimo Rosario perfruantur. Haec autem Nostra *Constitutio* testimonium amoris esto, erga augustissimum Dei Matrem, et Christi fidelibus universis incitamenta simul et praemia pietatis exhibeat, ut hora vitae suprema possint ipsius ope relevari in eiusque gremio suavissime conquiescere.

Haec ex animo Deum Optimum Maximum, per saeratissimi Rosarii Reginam, adprecati ; caelestium bonorum auspicium et pignus vobis, Venerabiles Fratres, clero ac populo uniuscuius-

(i) vii, lì.

que vestrum curae concredito, Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 5 Septembris 1898, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

MEDIOLANEN.

CIRCA OBLIGATIONEM RECITATIONIS OFFICII DEFUNCTORUM

Die 14 Maii 1898.

Conc. Trid. Sess. 23.

COMPENDIUM FACTI. *Die 25 Maii 1894* haec controversia Vobis oblata fuit. - Sacerdotes ritu ambrosiano utentes tenentur in Quadragesima unum Nocturnum, Laudes et Vesperas defunctorum recitare, in feriis per annum, Laudes et Vesperas; non secus ac illi qui utuntur ritu romano, fere eadem tenentur obligatione, in die Oommemorationis omnium defunctorum.

Iamvero Sacerdotes ambrosiani in Quadragesima et in feriis per annum accipiunt interdum eleemosynam ad hoc, ut recitent Officium Defunctorum vel in anniversariis vel pro nuper defuncto.

Quaeritur ergo, utrum in hisce casibus possint satisfacere obligationi *ex iustitia* (ex accepta eleemosyna) per eamdem Officii Divini recitationem ad quam tenentur ex kalendario, seu eo quod sint in sacris, ita ut unica Officii Di-

MONITUM. — Nolumus hanc quaestionem omittere, etsi adhuc non resolutam, ob ea quae probe scripta sunt, ad iter explanandum resolutioni officiali. Quaere-resolutio si dabitur aliquando, statim nota per nos fiet.

vini recitatione satisfaciant et obligationi, praecepto Ecclesiae impositae, et obligationi ex accepta eleemosyna susceptae.

Hanc quaestionem promovit apud Sacram Poenitentiariam sacerdos Carolus Gorla, in Seminario Theologico Mediolanensi professor, *sub die 24 Februarii 1894 ;* eadem S. Poenitentiaria sub die 22 Martii 1894 reponere censuit: « *Orator, de quo in precibus, consulat loci Ordinarium et quatenus opus sit. per eius medium recurrat ».*

Vicarius Capitularis Ecclesiae Mediolanensis, sede vacante, quaestionem remisit ad Coetum Consultorum Dioecesis pro negotiis Theologicis, qui Consultores *sub die 26 Aprilis 1894,* hoc proposito dubio: « *Utrum sacerdos, stipe accepta, in funeribus vel anniversariis mortuorum officium recitans, hac recitatione satisfaciat etiam eiusdem mortuorum officii parti, ad quam ex Kalendario Ambrosiano teneatur* » unanimi suffragio reposuerunt : « *Affirmative, dummodo sacerdos non sit beneficiatus ».*

Verum nolens Vicarius executioni demandare huiusmodi decisionem inconsulta S. Poenitentiaria, ad eamdem remisit, pro congrua confirmatione, quaestionis definitionem. S. Poenitentiaria autem ad S. C. C. rem transmisit.

Disceptatio Synoptica

Agitur de duobus diversis obligationibus; altera nempe ex lege Ecclesiae proveniente, altera ex iustitia; quocirca videtur unica recitatione utrique obligationi non satisfieri.

Eo magis quod utraque obligatio in diversum finem cedit fere oppositum ; nam Officium Divinum ab Ecclesia imponitur in bonum fidelium universale; dum offerens eleemosynam intendit bonum particulare alicuius fidelis.

Neque videtur posse scindi ipse recitationis fructus ut pars fidelibus universis obveniat, reliqua pars particulari fideli ; siquidem offerens eleemosynam intendit ut totus Officii fructus cedat in spiritualem profectum cuiusdam defuncti.

Sed contra est quod etiam in Officio Divino distingui debent tres fructus non secus ac in Missa; nempe *generalis* fidelibus universis obveniens; *medius* ei cui a recitante applicatur, et *specialis* ab ipso recitante lucratus, ut communiter docent Doctores apud Bonacinam *V. h pag. 347 (edit. a. 1754).* Quare distingui debet ipsa recitandi officii *obligatio* ab eius *applicatione,* hac relicta ab Ecclesia arbitrio recitantis quoad fructum *medium.*

Proinde quisque sacris ordinibus initiatus tenetur Divinum officium recitare ob sacros susceptos ordines. - Si vero postea beneficium Ecclesiasticum obtineat non tenetur bis recitare: sed unica recitatione satisfacit et praecepto Ecclesiae et piae fundatorum beneficii voluntati, quibus applicat fructum medium.

Quum Beneficium respondeat eleemosynae manuali quoad scopum offerentis, hinc videtur concludendum quod beneficium obtinens non potest unica recitatione satisfacere et Ecclesiae praecepto et alteri obligationi susceptae ex oblatione particularis eleemosynae, quia fructus applicationis *medius* in beneficiato iam est absorptus ex ratione et beneficii obligatione.

Demum quia *ex opere operantis* non videtur denegandum maiorem fructum derivare particulari fideli si ei totum recitationis Divini Officii pium opus applicetur; exinde non dicenda est contraria intentioni Ecclesiae obligatio quam forte offerens eleemosynam imponit recitanti Divinum Officium; ut nempe speciali seu iterata recitatione satisfaciat suae piae intentioni. Quae obligatio sive *tacite* sive *expresse* a sacerdote suscepta, videtur religiose custodienda et per iteratam recitationem satisfacienda.

VOTUM CONSULTORIS THEOLOGI. Status quaestionis est. Sacerdotes Ambrosiani tenentur in quadragesima unum Nocturnum, Laudes et Vesperas, defunctorum recitare, in feriis per annum Laudes et Vesperas non secus ac illi, qui utuntur ritu Romano, fere eadem tenentur obligatione in die Comm. omnium defunctorum.

Quaeritur: *utrum in hisce casibus possint satisfacere obligationi ex iustitia (propter acceptam eleemosynam) per eandem divini officii recitationem, ad quam tenentur ex kalendario seu eo quod sunt in sacris, ita ut unica officii divini recitatione satisfaciant obligationi praecepto Ecclesiae impositae et obligationi ex accepta eleemosyna susceptae.*

Quaestio, prout proponitur, attingit eos, qui, eo quod sunt in sacris, tenentur ex kalendario recitare certis diebus Officium Defunctorum: beneficiarii silentio premuntur. At sententia coetus .sacerdotum Mediolanensium habiti die 26 Apr. 1894 versatur disserte etiam circa beneficiarios, atque eos dumtaxat obligationi subiicit bis (seu pluries) officium in facta hypothesi recitandi, ceteris überaus.

Oportet, puto, et de beneficiariis dato opere agere ut, quoad eius fieri potest, res plene tractetur; cum praesertim si demonstratur vel ipsos beneficiarios ea obligatione non generi aut saltem incertam esse eorum obligationem, id multo magis in ceteris sit valiturum. Ceterum in ipsa expositione quaestionis authentice facta, de Beneficiariis quoque data opera agitur.

Doleo, acta conventus mediolanensis non fuisse transmissa; nam non minimi momenti foret, causas nosse suffragii in quod omnes, nemine excepto, consenserunt, praecipue si multi fuerint qui convenerint et auctoritate praestantes. Quid enim, si ratio sententiae fuit consuetudo constans et universalis interpretandi hoc pacto legem? Cum legitima consuetudo sit optima legum interpres aut legem contrariam abroget novamque inducat, quaestio nostra, si lex vigens tantummodo spectetur, rediret ad quaestionem facti ; exsistit ne in ecclesia Ambrosiana legitima consuetudo, quae eximit ordinatos simpliciter in sacris a dicta obligatione, subiicit vero eidem beneficiarios ? Si res ita se habere dicatur, illa sola superesset quaestio, nimirum utrum congruum sit vel expediat, beneficiarios quoque ab ista obligatione liberare.

Quia vero me latet consuetudo ecclesiae Ambrosianae,

quaestio autem eo pacto proponitur, ut ex principiis iuris moralisve doctrinae, tanquam adhuc speculative dubia, definienda videatur, iubeorque ipse meum consilium aperire, exponam breviter quod mihi videor ex communi doctorum sententia posse colligere.

Itaque quod spectat ad beneficiarios ; ratio dubitandi, si quid video, nequit esse, quia ipsi tenentur pro fundatoribus beneficiorum, officium, in eorundem suffragium, recitare. Obligatio huiusmodi nulla est sive ex lege aut voluntate fundatorum, sive ex lege Ecclesiae. Et sane fundatores ne obligationem quidem recitandi officii imposuerunt. « Obligatio recitandi divinum Officium imposita est *solum ab Ecclesia* beneficiariis, ut cum aliis probat Suarez *De Relig, tr. 4, I. 4, c. 48* ». Ita Lugo *Resp. Mor. I. 5, dub.* 5, *n. 11. «* Fundatores beneficiorum, ait Filliuccius *tr. 23, n. 137,* non reperiuntur obligasse ad Horas canonicas ». S. Thomas *quodl. 1, a. 13,* quaerit : « an habens duas ecclesias (duo beneficia) teneatur utriusque officium dicere ». Porro si obligatio recitandi Officii esset ex lege fundatorum, qui in suum suffragium iusserunt dici, posse saltem videri, habentem duo beneficia, bis in die debere officium dicere. At S. Thomas, inter obiectiones, quas praemittit, ne memorat quidem hoc argumentum. Respondet autem negative et perpendatur principium resolutionis : « Qui in aliqua ecclesia praebendam accepit, duobus obligatur, scilicet Deo, ut ei debitas laudes exsolvat pro suis beneficiis, et Ecclesiae, a qua accipit sumptus ». De fundatoribus dicitur nihil. Veteres profecto nonnulli, quos refert Azor *Inst. mor. I. 10 De horis canonicis c. 4,* censuerunt, beneficiarios teneri iure naturali preces horarias recitare, ut satisfaciant iis qui beneficiorum reditus reliquerunt. Verum hanc non esse obligationem ex iustitia propter legem fundatorum hoc pacto instituentium beneficia, vel ex eo patet quod iidem doctores sub disiunctiva loquantur, debere divinum officium persolvere vel saltem aliquas preces recitare. Atque ita resol-

vit Azor. Obligatio scilicet est gratitudinis, cui pluribus modis poterit fieri satis, ut advertit etiam Suarez *I. c.*

Et re quidem vera, si obligatio oriretur ex voluntate fundatorum hoc pacto instituentium beneficia, Ecclesia non exemisset omittentes recitare primo semestri, ab obligatione restituendi fructus, ut cum aliis monet S. Alph. *I. 4, n. 145.* Atque ita Garzias *De beneficiis tom. 1, p. 3, c. 1, n. 5.* « Ex Const. Lateranensi et Pii V (urgente restitutionem fructuum solum post primum semestre) infertur, beneficiarios non recitantes officium, non teneri ad restitutionem ex iure naturali et divino, sed ex iure positivo dicti Concilii et Const. Pii V, in poenam peccati impediente acquisitionem ». Ideoque subdit : « Et ita de iure antiquo ante Conc. Lateranense verior erat sententia (Laymann *I. 4, tr. 2, c. 5, vocat communiorem)* beneficiatus non recitantes non teneri fructus restituere interim perceptos ».

Itaque non est, cur credamus, beneficiarios ex voluntate fundatorum debere recitare officium in eorum suffragium. Sed lex eos ad id pensi obligans est lex Ecclesiae.

Quae tamen Ecclesiae lex obligat quidem beneficiarios ex motivo religionis, non autem ex motivo iustitiae, ut pro fundatoribus debitum solvant satisfactionis. Salmanticenses *De horis canonicis c. 2, n. 37,* aiunt: « Clericus beneficiatus, sive ordinatus sit in sacris, sive non, solum ex religione tenetur ad horas ¡canónicas; quia, supposito titulo beneficii, ex solo praecepto Ecclesiae sub motivo religionis imposito, obligatur ». Et S. Alph. *I.* c. « Ecclesia imponendo beneficiario onus officii, imponit ex motivo religionis ». At motivum suffragandi fundatores beneficiorum, quod sit ratio legis, nullibi apparet nee ullus producitur canon, quo haec voluntas Ecclesiae demonstretur. Sane non pauca privilegia novimus concessa ab Ecclesia fundatoribus beneficiorum et patronis : at nemo illud memorat, ut officium ab obtinentibus beneficium in eorum suffragium recitetur.

Quod autem generatim valet in ritu Romano quoad officia vel ferialia vel de sanctis, puto valere et in ritu Am-

brosiano quoad officium defunctorum, nisi lex specialis obstet, Nam quae ratio discriminis? haec una videtur posse excogitari: quia nempe illud officium dicitur in suffragium mortuorum et idcirco fundatoribus prodesse potest. Verum **1.** etiam officium vivorum prodesse potest defunctis et nihilominus non est imposita obligatio illud dicendi pro fundatoribus: 2. Aliud est, quod officium defunctorum valeat pro defunctis, iisque prout tale est, sit applicandum ; aliud est quod applicetur aut applicari debeat huic vel illi determinatae personae, puta fundatori. Ex priore non sequitur alterum. Perinde scilicet erit ac in ritu Romano die 2 Nov. qua obligamur quidem recitare Officium defunctorum, quin prohibeamur tamen fructum medium applicare cui volumus, quemadmodum et Missae.

At obstatne in ritu Ambrosiano lex aliqua specialis?

Resp. **1.** Consuetudo antiquitatis (ex historia concinnata a Cl. Ceriani) non demonstrat obligationem proprie dictam universalem recitandi Officium defunctorum certis diebus, multo minus obligationem in beneficiariis illud applicandi pro fundatoribus.

2. S. Carolus, a cuius lege repetitur haec obligatio recitandi officium defunctorum, nihil habet de suffragandis fundatoribus. Extant eius verba apud Bonacina, doctorem Mediolanensem, quae praecipiunt Horas Canonicas recitari iuxta Breviarium Ambrosianum, quod tunc edebatur. At praeceptum de applicando Officio defunctorum fundatoribus nec Bonacina memorat, nec Cl. Ceriani.

3. Orationes (Oremus) in fine Officii (quod est argumentum alterius consultoris) non magis demonstrant, fructum medium Officii applicandum esse iis, de quibus fit mentio in orationibus, quam orationes in Missali Romano pro Missis quotidianis defunctorum probent applicandam esse Missam, quoad illum fructum medium, Pontificibus et sacerdotibus. Haec spectant ad fructum generalem, quem intendit Ecclesia, cuius etiam nomine sacrificium offertur vel officium dicatur.

Itaque etiam Ambrosianis applicatio Officii defunctorum libera relicta est. Non ergo ratio dubitandi, an beneficiarii duplici obligationi una recitatione satisfacere possint, oritur ex obligatione, quae nulla est, applicandi eam pro fundatoribus.

At ratio dubitandi esse potest, quia beneficiariis, eo quod talis, iam recitationem Horarum canonicarum debet ex iustitia; etsi enim motivum legis sit religio seu cultus Dei, beneficiario tamen fructus beneficii dantur sub pacto vel conditione, quod Horas canonicas recitet; ut idcirco peccet contra iustitiam non recitans et retinens fructus. Ita S. Alph. et est communis saltem post decretum Pii **V.** Atqui ille, qui ex iustitia aliquid debet ratione Officii sui, nequit pro eo aliud stipendium recipere. Ita Schmalzgr. *1.5, t. 3, n. 95.* « Aliud est in parocho vel beneficiato, qui ex vi Officii sui obligatus est ad ministranda spiritualia; nam hi, si sufficientem aliunde sustentationem habeant v. g. ex decimis et aliis proventibus ecclesiasticis, contra iustitiam peccant, si novum stipendium petant. Ita Communis doctorum et sumitur ex S. Thoma *2. 2. q. 100, a. 3. ad 3.* Ratio est, quia universim contra iustitiam est exigere temporale stipendium ratione operis aliunde ex iustitia debiti ». Iam vero beneficiatus qui ratione beneficii tenetur Officium mortuorum recitare; si semel illud recitans accipit praeterea stipendium quia recitat in funere, acciperet stipendium pro actione quam iam ex iustitia debet.

Verum, omisso quod jlabor cantus non debetur, dubito sane an hoc argumentum sit efficax. Et primo, principium, ad quod provocat Schmalzgr. valet, si stipendium accipias ab iis, quibus iam ex iustitia opus debes; at non valet, si accipias ab aliis, quibus non debes. Atqui beneficiatus, ut suppono, non tenetur vi beneficii assistere funeri et applicare Officium defuncto. Cur ergo pro hac assistentia et hac applicatione libera non poterit stipendium accipere? Consona est doctrina Moralium. Opus praestans duobus utile, licite ab utroque accipit mercedem (S. Alph. *III. 862.).*

Praeterea instantia habetur in casu non dissimili. Ponamus beneficium ita esse institutum, ut beneficiarii debeat certo loco, die, hora Missam celebrare, relicta tamen ipsi libera applicatione; potest is accipere a tertio stipendium pro applicatione Missae sub his conditionibus celebratae. Ita Lugo *Be Euchar. d. 21, n. 19 seqq.* qui hanc sententiam dicit communem, citans Suarez, Vasquez, etc. quam sententiam ita explicat idem Lugo. « Supponimus, ait, aliquem expresse dicere : ego volo ut possis recipere stipendium ab alio et offerre pro illo perinde ac si a me nihil accepisses et te liberum manere ab omni onere restitutionis : quae omnia implicite dicuntur, quoties cappellano datur aliquid solum ut celebret in tali loco, relicta illi facultate applicandi Missam alteri, a quo accipiat stipendium ». Congruit decretum S.C.C, relatum ex Gavanto a Benedicto XIV. *Instit. 56, n. 8.* « quando in fundatione Beneficii seu Cappellae expresse cautum est, non teneri celebrantem ad applicationem sacrificii eo casu potuerit celebrans accipere novum stipendium et *unica Missa satisfacere obligationi Beneficii seu Cappellae et item danti novum stipendium.* 13 Iul. 1630. Non opus esse ut illud *expresse caveatur,* sed satis esse praesumptionem ex rationabilibus coniecturis, ostendit Resolutio huius S. C. *in Casalen.* 20 Febr. huius anni ». Neque id adversatur decreto huius S. Cong. *Nuper* sub Urbano VIII, cuius haec est declaratio quaedam ; « Sacerdotes, quibus diebus tenentur celebrare ratione beneficii seu cappellae, legati aut salarii, si ^eleemosynas etiam pro aliis Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere ». Nam, ut monet idem Lugo, « haec debent intelligi iuxta terminos ipsius decreti, scilicet quando ex utroque stipendio obligatur sacerdos ad applicandum sacrificium pro illis ». Respondet autem rationi quae in contrarium afferebatur, « quia nimirum cum stipendium Missae detur ad sustentationem sacerdotis, consequens est, ut si sacerdos accepit stipendium ab aliquo pro illa Missa (fructum nempe beneficii), non habeat ius accipiendi rursus stipendium ad

sui sustentationem ab alio pro eadem Missa; cessat enim titulus sustentationis exigendae ». Respondet Lugo, negans in casu proposito cappellani, utrumque esse stipendium : sed abstractione facta ab eo casu speciali, quid prohibet pro una Missa duplex accipi stipendium, quando alter ex offerentibus gratum habet, ut et ab altero stipendium accipiatur pro eadem Missa eidem applicata? Perinde esset, ac si quis augere vellet stipendium quod alter dedit, non mutata intentione.

Quocirca si beneficiarius ratione quidem beneficii tenetur certis diebus Officium defunctorum recitare, ita tamen ut libera applicatio ei maneat, videatur posse stipem recipere propter assistentiam funeris et applicationem fructus eiusdem Officii facta defuncto. Saltem sententia contraria non est adeo certa ut merito dubitare non liceat. Profecto his quaestionibus solvendis, praeter ius naturale, ex essentiis rerum collectum, se immiscet quoque ius positivum ; ut proinde nosse oporteat quid in hac re Ecclesia velit aut permittat : verum, utrum Ecclesia clare significaverit voluntatem suam, videbimus paulo post, cum perpendemus argumenta alterius Consultoris. Reliquum esse, ut expediremus argumentum ductum ex principio quodam, quod duplici obligationi nequeat fieri satis uno actu ; at quia hoc argumentum occurrit etiam contra eos, qui solo titulo ordinationis tenentur horas canonicas recitare, ad hos gradum facimus.

Itaque in his certe valet quod iam diximus, sola lege Ecclesiae ex motivo religionis teneri eos obligatione recitandi Horas canonicas sive vivorum sive mortuorum: applicationem fructus liberam ipsi relinqui : praeterea in ipsis non habet locum ratio dubitandi, de qua mox locuti sumus, ducta ex possessione beneficii et, si quid valet instantia ex cappellano adducta, cui libera permissa est applicatio sacrificii, ea absque dubio vim omnem suam exerit in huiusmodi hominibus. Si qua est ergo difficultas ipsa ex eo erit, quod adsit duplex obligatio, cui uno actu fieri nequeat satis, vel vi iuris naturalis vel saltem positivi.

Iam vero certum est, quod non paucis in casibus potest uno actu fieri satis duplici aut multiplici obligationi : verum huius axiomatis intelligentia est parumper impedita ; cum enim quaeritur, quandonam id locum habeat, regulam aliquam omnibus patentem, quae universalis sit, doctores non suppeditant. Sánchez in *Decalogum* A. *L c. 14, n. 3* ait: quod uno actu vel pluribus actibus satisfiat pluribus praeceptis, id pendet ex intentione legislatoris. Atqui haec frequenter incerta est et ex coniecturis divinanda. Et quidem si idem sit motivum formale plurium praeceptorum eandem specie rem postulantium, facile convenit inter omnes, uno actu pluribus satisfieri praeceptis, ut si una audiatur Missa die dominica, in quam incidit aliud festum de praecepto. At si motivum sit diversum, quemadmodum in nostra hypothesi (motivum religionis ex lege Ecclesiae, motivum iustitiae ex stipe accepta), en doctrina Salmanticensium *De legibus c. 2, n. 150:* « Quando ex diverso motivo mandatum procedit, nisi constet de mente mandantis, regulariter deposcit actum distinctum ab eo, quem praecedens (h. e. aliud) praeceptum exigebat; quia sic communiter intendunt mandantes novum opus imponere. Et idcirco in dubio de intentione legislatoris, sentiendum est, velle novum actum exigere ; quia in dubiis iuxta communiter contingentia iudicandum est ». Qua in doctrina adverto duo. Alterum est, rationem allatam non videri satis efficacem; argumentum enim huc redit : ita accipienda est intentio mandantium, quia sic communiter intendunt mandantes; probas scilicet idem per idem. Alterum est, ut sumam quod dicitur, *nisi constet de mente mandantis;* atqui quando praecepta quidem recitatione officii eaque absque ullo stipendio, relinquitur tamen recitanti libera applicatio fructus, satis constare videtur de mente mandantis, ut velit seu permittat uno actu fieri satis et obligationi a se impositae et alteri propter acceptam stipem. Quod manifestum est exemplo superius producto de celebratione Missae.

Et sane quid aliud lex postulat, nisi ut eius voluntas

fiat? si autem eam implendo, alia quoque lex impletur, id per se est ipsi indifferens. Fit enim quod praecipit: quod autem prohibet, est, ne aliquid fiat contra eius voluntatem non ne alia lex etiam impleatur, nisi certo constet, legem pro sui observatione actum a ceteris distinctum postulare. Atqui, attento iure naturali, quod odiosa restringi iubet, si uno actu perfecte utraque lex impleatur, praesumendum est, legislatorem acquiescere in tali observatione legis.

Iam vero lex praecipiens recitationem officii ex motivo religionis perfecte impletur, etsi eadem recitatione, cuius libera manet applicatio, satisfiat obligationi ex iustitia propter stipendium; nam non minus exercet actum religionis qui stipem accipit, quam qui non accipit. Hic gratis impendendo opus, exercebit forte actum caritatis ; sed religio eadem est.

Obstat ne ius positivum? qua interrogatione revocamnr ad quandam quaestionem facti : scilicet Ecclesia imponens ex motivo religionis recitationem officii mortuorum, probatne ut illi obligationi fiat satis recitatione, qua stipendium accipitur, an non ? Possem afferre exemplum ex ritu Romano : nam die 2 Novembris debent omnes sacerdotes Missam celebrare pro defunctis, non prohibentur tamen eandem applicare cui voluerint et stipendium pro ipsa accipere. Asseruntur tamen in contrarium decreta quaedam Congregationis SS. Rituum, quae aliam videntur ostendere intentionem Ecclesiae. Ea videre est in voto Magistri caeremoniarum Apost.

Verum huiusmodi decreta quaestionem nostram directe non attingunt : aegre autem generatim ex 'decretis illius Congr. cum particularia sunt, conclusio universalis eiicitur quae valeat in aliis casibus, de quibus utrum similes sint ignoratur, nisi probe teneatur integra ratio decreti, quam nihilominus plerumque oportet divinare. Neque ea decreta innituntur semper certae et necessariae rationi, sed plus minus probabili existimationi eorum, qui decretis condendis praesunt; neque enim aliud fert conditio materiae, in qua

versantur, quae maxima ex parte pendet a libera institutione et est contingens. Quo factum est, ut, cum nimis ampla in dies succreverit decretorum moles nec ea semper sibi forte cohaererent, non exigua eorum pars nunc visa sint delenda, parata nova editione, quae plurima vetera decreta oblivioni tradet et abolebit. Audio quidem, decreta, quae Consultor citavit, evasisse aliorum cladem ; at fieri potest, ut aliquando et ipsa intereant : non puto autem admodum expedire, ut ad normam huiusmodi mutabilium decretorum quaestio moralis solvatur.

Verum ne deesse videar reverentiae, quam iure exigit S. Rituum Congr., perpendam breviter decreta producta in medium.

Prius ex his non videtur ad rem facere neque ipse qui attulit, ei multum fidit. Discrimen est sane inter eum casum et nostrum. In nostro enim lex quidem Ecclesiae praecipit sacerdoti recitationem officii, sed liberam relinquit applicationem, in illo autem Caeremonialis Episcop. ne dum praescribit Episcopo celebrationem, Anniversariorum, sed etiam eorum applicationem, quam praeterea requirunt rursus Anniversaria vi alterius institutionis celebranda. Nihil porro refert, quod Episcopus vel absque stipendio assistat, cum teneatur semper applicare.

Difficultas est ex alio decreto in Taggen. ; nam rubrica obligans ad recitationem Officii defunctorum et celebrationem Missae prima die mensis aliisve diebus, liberam Missae relinquit applicationem (De Herdt *Praxis Capitularis c. 37, II).* Verum quae est ratio decreti ? Lex respicit chorum, spectat ad cultum publicum et sollemnem : puto satis fuisse huic decreto hanc rationem, ne scilicet cultus publicus minueretur, ne fidelibus causa afferetur suspicandi, voluntates defunctorum non impleri, et huiusmodi.

Itaque nondum constat de intentione Ecclesiae, quae velit, duplici illi obligationi, de qua quaestio nobis est, duplici actu fieri satis.

Quapropter, quod spectat ad simplices sacerdotes, pedi-

bus eo iri sententiam coetus Mediolanensium. Ad Beneficiarios vero quod spectat, iam ostendi, rem, e sententia mea, saltem esse dubiam.

Omnis vero dubitationum ac scrupulorum causa removeretur, si, quod cl. Ceriani in Conclusione suggerit, liberarentur Ambrosiani ab onere Officii Defunctorum, quo speciatim tenentur, et sapiens providentia S. Pii V. ad eos quoque extenderetur. Argumenta a cl. Consultore allata vim persuasivam mihi habere videntur : si qua autem difficultas occurrit in solvenda quaestione speculativa; ea seponitur, si S. Ordo practicam hanc conclusionem amplecti dignetur. Ad quam quidem iam quadantenus munivisse viam videtur concessio a S. Sede facta Clero Ambrosiano, pro hoc anno 1897; sic enim paulatim sensim sine sensu, vetera antiquantur. Privilegium, supplicante Card. Archiepiscopo, datum est die 23 Febr. 1897.

VOTUM CONSULTORIS CAEREMONIALIS. Quantunque il dubbio proposto dalla Rma Curia di *Milano* sia piuttosto morale che liturgico, tuttavia per soddisfare all'onorevole incarico esporrò il mio umile parere nel miglior modo che per me sarà possibile.

Anzitutto reputo opportuno accennare, come nei tempi andati anche i Sacerdoti di rito romano eran tenuti, a quanto pare, in certi determinati giorni a recitare l'Officio dei defunti in virtù della sacra Ordinazione. Questa obbligazione la quale urgeva *sub gravi* non solo per i Beneficiati, ma benanche per quelli non obbligati al Coro, fu tolta dal Pontefice S. Pio V colla Bolla « *Quod a nobis*». Volle nondimeno il santo Pontefice che si ritenesse la consuetudine, ove già vigeva, di recitare in Coro il detto Officio secondo le prescrizioni della rubrica, e ne arricchì la recita colle sante Indulgenze.

Avvertasi però che la Bolla Piana tolse tale obbligazione a quelli soltanto di rito romano, ossia a quelli che usavano il Breviario Romano; infatti nella menzionata Bolla

si legge : « Quod vero *in Rubricis nostris huius Officii* praescribitur etc. ». Laonde quelli che non hanno il puro rito romano, come gli Ambrosiani, i Domenicani ecc. sono tuttavia tenuti alla recita dell'Officio dei defunti, senza godere delie Indulgenze concesse.

Adunque i Sacerdoti Ambrosiani, sieno o no Beneficiati hanno l'obbligo *personale* di recitare in certi giorni fra Tanno l'Officio dei defunti.

Premessi questi rapidi cenni veniamo al dubbio : *Utrum Sacerdotes ritu ambrosiano utentes, quique tenentur nonnullis feriis Nocturnum defunctorum cum Laudibus et Vesperis recitare, in aliis vero solummodo Laudes et Vesperas, si interdum accipiant eleemosynam ut recitent Officium defunctorum, possint satisfacere duabus obligationibus unica Officii defunctorum recitatione?*

Dovendo rispondere *eco liturgia,* prescindo dalle ragioni morali ; tuttavia mi piace notare che qui trattasi di due distinte obbligazioni le quali hanno diversa ragione formale. L' una nasce *ex Officio,* ossia *ex Sacra Ordinatione* allo scopo di suffragare coli'Officio dei defunti le anime purganti in genere; l'altra *ex iustitia,* ossia *ex accepta eleemosyna,* per giovare a qualche anima in particolare *iuxta intentionem dantis.* (E noto che la virtù della giustizia ha questo di particolare, che i suoi atti ricevono la loro specie dall'oggetto *quod debetur* e da quello *cui debetur).*

Ora il Chierico già obbligato a certo Officio *vi ordinationis,* non mi pare che possa soddisfare col medesimo atto ad un altro obbligo contratto coli'accettazione di una elemosina ad intenzione particolare, perchè le due obbligazioni sono specificamente distinte.

Su questi principii furono sempre basate le risoluzioni della S. Congregazione dei Riti; dalle quali si fa manifesto che non si può, nè in Coro nè in privato, soddisfare con un solo atto a due obblighi identici, ma distinti per titoli diversi.

Il Parroco, per esempio, il quale come tutti gli altri

Sacerdoti, è tenuto a dire T Officio dei defunti nel giorno *2* novembre, non potrà con questo soddisfare all'altro Officio cui è tenuto *ex praesentia cadaveris;* e per questo in una Chiesa Parrocchiale oltre la Messa *ut in die obitus, praesente cadavere defuncti,* dovrà cantarsene un'altra *de commemoratione omnium* ***fidelium*** *defunctorum.*

Ma per non dilungarmi troppo, addurrò due soli Decreti i quali mi sembra cha possano dar qualche luce al caso nostro.

Il primo è quello in *Harlemen.* 17 Gennaio 1887, in cui si domanda: Dub. I. « Praedecessor proximus Episcopus Harlemen. obiit die 1 Ianuarii 1877, et ex testamento fundum reliquit pro Anniversario perpetuo a Canonicis Cathedralis Ecclesiae celebrando : quaeritur num hodiernus Episcopus eidem Anniversario *assistens* satisfaciat oneri praescripto (Lib. II, c. 36, n. 1) in Caeremoniali Episcoporum de Anniversario celebrando pro defuncto proximo Praedecessore?

Al quai dubbio la Sacra Congregazione rispose : *Episcopus et Capitulum distinctis diebus Anniversarium celebrent.*

All' altro dubbio « Quum anno 1877 Canonici Capituli Ecclesiae Cathedralis Harlemensis per modum fundationis perpetuae statuerint Anniversarium persolvendum pro omnibus Episcopis defunctis eiusdem Ecclesiae *absque ullo stipendio,* quaeritur num Episcopus *adsistens* huic Anniversario, si intentionem addat etiam pro defunctis Canonicis illud offerendi, satisfaciat praescripto in lib. II Caeremon. Episcop. Cap. 37, n. 1?-rispose: *Negative ; adeoque Episcopus distinctum Anniversarium agere debet.*

E notisi che nell'uno e nell'altro caso il Vescovo non era tenuto, nè a celebrare nè ad assistere *eoo stipendio,* ma soltanto *ex praescripto Caeremonialis* alla *semplice assistenza,* come apparisce dalle parole dei luoghi citati.

L'altro Decreto è quello in *Taggen.* Dub. 1, 9 Luglio 1678, che fa più a proposito al caso nostro.

Si domandava, se nel giorno, in cui si deve recitare l'Officio dei defunti *ex legato, vel ex depositione defuncti et ex*

obligatione rubricae in Collegiata sit dicendum unicum Officium et satis sit, an vero unum recitandum, alterum vero transferendum ?

La S. Congregazione rispose: *Negative; sed vel bis recitandum Officium pro duplici obligatione, vel alterum recitandum et alterum transferendum.*

E all' altro quesito : *In casu quod unicum sit recitandum quale dici debet, an illud quod praecipitur a rubrica, an quod imponitur a legatario?* rispose : *Ex iam dictis respondetur: unum non posse deservire pro omnibus, nisi ex mente fundatoris aliud constet.*

Si dirà che il caso in questione è diverso da quello dei riportati Decreti, giacché in questi si parla di recita Corale, laddove il caso di Milano risguarda anche la recita privata.

Al che rispondo che l'obbligazione inerente ai Sacerdoti Ambrosiani relativa al più volte menzionato Officio, non nasce in forza del Benefìcio Corale, ma *vi Ordinationis.* Essendo quindi un *obbligo p er sonale,* poco importa se vi si soddisfi in Coro ovvero in privato, trattandosi sempre di due obbligazioni distinte e con diverso fine, a cui non sembra che si possa soddisfare con un solo atto.

Vero è che una parte del frutto impetratorio e soddisfattone proveniente dalla recita dell'Officio spetta al Sacerdote, e ne può disporre a suo beneplacito ; ma non pare che con questo soddisfi alle intenzioni di ehi offre la elemosina, mentre l'intenzione di chi la dà è che ne provenga il massimo frutto per quell'anima che intende suffragare.

Risponderei dunque al proposto dubbio ; *Negative.*

Quibus praemissis propositum fuit diluendum

Dubium

Utrum Sacerdotes ritu ambrosiano utentes quique tenentur nonnullis feriis Nocturnum defunctorum cum Laudibus et Vesperis recitare, in aliis vero solummodo Laudes

et Vesperas; si interdum accipiunt eleemosynam ut recitent Officium defunctorum, possint satisfacere uni et alteri obligationi, unica Officii defunctorum recitatione in casu.

RESOLUTIO. Sacra **C. C.** re disceptata sub die **14** Maii **1898** censuit respondere: *Dilata et ad mentem.*

PLATIEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII

Die Ii Maii 1898.

Sess. 24, cap. 1, De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Iosephina loci Heracleae, dioeceseos Platien., aetate annorum **19,** sub vesperam *diei 16 Augusti 1893,* matrimonium rite contraxit cum Luciano annorum circiter **29,** civitatis Parmensis, tum militiae adscripto inter officiales, vulgo *tenente dei U. Carabinieri.*

Hoc matrimonium permissum a parentibus fertur atque initum hac sub conditione, nempe, ut sponsi simul non convenirent, antequam civilis contractus initus esset. Qua de re, ritu nuptiali absoluto, neo-coniuges licet in eadem domo apud parentes sponsae primam nuptiarum noctem transegerint, tamen, si eorum dictis fides adiicienda esset, diverso thalamo ac cubili usi sunt; imo, fatente muliere, numquam ita soli fuissent, ut iuribus suis uti quivissent. Interim mane sequentis diei vir domum sponsae dereliquit, atque Galathanisium remeare coactus est, ad eam non amplius reversurus.

Post aliquot menses acerrimae discordiae inter eos excitatae sunt, ita ut neque sponsus unquam ad sponsam reversus sit, neque civilis contractus locum habere potuerit. Quapropter sponsa, sponte vel a parentibus inducta, postquam ex quadam epistola a viro accepta, scierit eumdem numquam perficere velle contractum civilem, ad S. Sedem recursum habuit, enixe adprecans ut suum matrimonium,

utpote ratum tantum, solveretur. Unde, Supremo Principe annuente, Curiae Platiensi rescriptum fuit, ut ad normam iuris processum conficeret, tam super asserta inconsummatione, quam super causis ad dispensandum, simul cum facultate subdelegandi. Episcopus Platiensis, attenta locorum distantia, per iudicem delegatum tribunal constituit Heracleae; audita est actrix atque eiusdem septimae manus testes , qui unanimiter circa mulieris honestatem atque matrimonii inconsummationem deposuerunt. Vir etiam per Subdelegationen! in Curia Parmensi excussus est, qui et ipse inconsummationem testatus est; sed, quod desideratur, nulli interrogati sunt testes septimae manus ex parte viri. Processu confecto et ad S. C. C. transmisso, animadversum fuit, locum non habuisse inspectionem corporis mulieris; unde eidem Episcopo mandatum fuit ut « processum compleat quoad inspectionem », et ad preces mulieris, quae « mal soffriva che detta ispezione si fosse fatta in Terranova, temendone la modestia di lei qualche pubblicità » rescriptum fuit ut hoc examen perficeretur a Curia Montisregalen. iuxta mulieris vota.

Disceptatio Synoptica

VOTUM CANONISTAE. Animis ita dissociatis, non solum Actus civilis nunquam perfectus fuit, quamvis vir nonnulla egerit ad eiusdem celebrationem, licet, uti videtur, animo haud serio, sed praeterea agi coeptum est de solvendo matrimonio rato et non consummato.

Sed omissis inutilibus tentaminibus ad perficiendum actum civilem, epistola die 5 Iunii 1895 a Luciano ad Iosephinam missa, causa fuit, ut asseritur, cur mulier tandem ad S. Sedem appellaverit pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato.

Notandum tamen est, inde ab anno 1893, expressam fuisse intentionem, saltem ex parte viri, matrimonii solutionem obtinendi.

Instantiam mulieris commendavit Episcopus Platien, qui quidem Episcopus, postquam Sacra Congregatio C. informationem et votum exquisierit Episcopi Parmensis, in cuius dioecesi domicilium habet vir, ab eadem S. Congregatione delegatus fuit ad conficiendum processum ad normam *Const. Benedictinae,* et *Inst. S. C. C. 22 Iulii 1840,* tam super causis dispensationis, quam super non consummatione ; facta eidem facultate attenta distantia loci, Heracleae (Terranova) a civitate Platien, et difficultate itineris, subdelegandi Archidiaconum Ioachim Guerrisi.

Processu confecto et ad hanc S. C. transmisso, cum animadversum fuerit, locum non habuisse inspectionem corporis mulieris, S. C. C. mandavit eidem Episcopo ut processum compleat quoad inspectionem, et ad preces mulieris indultum fuit ut perficeretur a Curia Montisregalen.

Quoad acta processus notavit Consultor sequentes defectus. Cum vir moretur in civitate Parmensi subdelegata fuit Curia Episcopalis Parmensis « pro auditione ipsius seu Luciani et testium, qui sunt ab ipso inducendi ».

Iam vero in relatione huius examinis a Cancellario episcopali facta non dicitur an Canonicus Mercati, qui videtur partem egisse defensoris Vinculi, iuramentum praestiterit, Ben. XIV *Dei Miseratione;* sed quod peius est nulli interrogati sunt testes septimae manus. Verum quidem est quod ad interrogationem: an ullum testem produceret? Lucianus, nullum indicavit testem; tamen quamvis iuxta Inst. S. C. C. quoad testes *scientiae* dicatur : « Liberum erit coniugibus testes bonae famae ac de re instructos inducere.... »; quoad vero testes septimae manus seu testes *credulitatis* praescribit *Instructio:* « Deinde *procedendum erit* ad examen septimae manus.... Ut id facilius exsequi Iudex valeat, defensor matrimonii citabit partem actricem, *ut indicet* septem... Similiter instante defensore matrimonii citandus erit alter coniux ut etiam ipse *indicet* septem.... ». Et si coniux nullum indicet testem, aliquot saltem ex officio citandi sunt, uti saepe, supplendo defectui, S. C. C. praescribere solet.

Neque etiam dicitur an *interrogatoria* missa fuerint a defensore vinculi Tribunalis Platien, uti exigit Inst. S. C. C. « Si qui forsan absentes noscantur qui commode ad civitatem accedere nequeant____, ad instantiam defensoris matrimonii erunt ab Episcopo illius dioecesis, in qua morantur, examinandi iuxta interrogatoria ab eodem defensore conficienda, et clausa et obsignata transmittenda, deputato ab eodem Episcopo altero idoneo viro ».

Quoad quaestionis *meritum* consultor, ait: inutile existimo verba facere de causis dispensationis, quae ex dictis facti specie evidenter sese produnt, ac potissimum animorum dissociatio, quare tantummodo sistam in inconsummatione.

Porro matrimonii inconsummatio probatur ex iurata coniugum confessione de non consummatione, septimae manus testimonio ex unius saltem parte confirmata atque aliis praesumptionibus corroborata.

Testimonium mulieris confirmatur *iurato septimae manus testimonio.*

Quamvis vero desit testimonium *septimae manus,* ut supra notavi, ex parte viri, non desunt tamen praesumptiones, quibus credibilitas viri testimonii confirmari possit.

Et in primis excluditur collusionis suspicio non solum ex eo quod coniuges a longo iam tempore in dissitis morantes locis, nullum inter se litterarum commercium habuerunt, sed etiam ex eo quod eorum depositiones licet in substantia conveniant, discordant tamen in accidentalibus.

Testes vero septimae manus uno ore deponunt, virum unica tantum nocte pernoctasse in domo sponsae.

Quae quidem discordantia, ut dixi, collusionis suspicionem removet ut enim observat Farinacius *Tract, de Testibus q. 66. n. 24.* « forte melius est non ita penitus convenire in accidentalibus, ne videantur praemeditari, et propterea cum sint concordes in effectu et non discordent in substantia, nihil eis diminuendum in fide ».

Sed praeterea, omissis modo accidentalibus, veracitas quoad substantiam seu non consummationem confirmatur

etiam ex aliis attestationibus ipsius viri, quae in eiusdem litteris leguntur.

Ulterius observari etiam potest quod maxime intererat familiae viri curare ne matrimonium consummaretur ante celebrationem actus civilis ; in casu enim quo hic celebrari non potuisset sive vi legis militaris, sive viri malitia, praesto esset remedium dispensationis matrimonii rati ad salvandam mulieris sortem.

Tandem neque discrepantia in accidentalibus tanta est, ut damnari debeat mendacii unus vel alter coniux; facile enim oblivioni tribui potest quod ait Ioannes de duplici mora in domo mulieris ita, ut *prior mora* potius respiciat tempus quod celebrationi matrimonii antecessit, quam tempus subsequens ; quae interpretatio conformis est testimonio alterius coniugis atque testium, qui de hac secunda mora dicunt Ioannem cum sponsae fratre dormiisse , ut ipse vir testatur, atque praeterea consona est litteris missis ab eodem e civitate *Caltanisetta* et exceptis a Iosephina mane die 19 Aprilis, ac proinde scriptis die 18 seu duos post dies ab initis nuptiis.

Ceterum quod deest argumento morali suppletur per argumentum phisicum desumptum ex mulieris inspectione.

Tres obstetrices ex officio deputatae atque a duobus medicis chirurgis edoctae, de quibus omnibus testatur parochus : « sono persone degne di fede e di timorata coscienza >, praemisso balneo ad normam Inst. S. C. C, meridiem in cubiculo luminoso, praesente matrona, inspectionem mulieris singillatim perfecerunt, atque unaquaeque sub iuramenti fide deposuit de integritate corporis mulieris.

Quamvis maiorem adhuc efficaciam huiusmodi depositiones habuissent, si praeter hymenis integritatem de ceteris etiam virginitatis signis, quae ab Auctoribus Medicinae Legalis assignari solent Zacchiae *Quaest. Med. Leg. lib. 4 tit. 2 q. 1* et passim omnes, distinctius deposuissent ; tamen negari nequit praecipuum virginitatis signum èsse hymenis integritatem, nec dubitari potest quin etiam alia signa ad

examen revocaverint obstetrices cum medici testentur debitas dedisse instructiones; atque duae obstetrices deposuerint se invenisse non solum hymen, sed etiam omnes alias partes genitalium cum signis virginitatis propriis ; ita ut medici qui eiusmodi depositiones audierunt declarare potuerint: carnalem coniunctionem omnino obfuisse.

Post haec tuto mihi *ex actis et probatis* responderi posse videtur ad Dubium : *An consulendum* etc. *Affirmative.*

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Iosepha matrimonium, quod anno 1893 mensis aprilis die 16 iniit cum Luciano hic 29, illa 19 annos nati, inconsummatum proclamat.

Quamvis Iosephae postulatis acquiescat lectissimus consultor canonista, non possum tamen eius sententiae calculum addere.

Profecto potissimum , quod ad matrimonii astruendam inconsummationem, in medium affertur argumentum, testimonium, nempe trium obstetricum et duorum medentium, satis tutum minime est.

Re namque vera non certo constat an et quas muliebris corporis partes, praeter hymenem, obstetrices perlustraverint. Liquidum pariter non est obstetrices seorsim peregisse explorationem. Certum denique est peractae explorationis relationem non scriptis et oretenus, sed oretenus tantum factam esse.

Quod spectat *septimam manum,* ne unus quidem testis adhibitus est ex latere viri. Iam vero, cum longe aliter res vir ac uxor enarrent, nescimus cui potius credendum sit, nisi testimonio *septimae manus* fides dimetiatur viro adhibenda.

Hoc autem magnopere interest. Nam si Luciano fidem adiicias, nedum in admittenda inconsummatione matrimonii lento pede incedendum est, cum eius ex confessione liqueat magna coniuges libertate consummandi matrimonii perfruitos esse, verum etiam iusta exulat ad dispensandum super matrimonio causa.

Quocirca postulo, ut per alias obstetrices aliisque adhibitis medicis fiat nova mulieris inspectio ad tramites iuris et compleatur prout de iure examen *septimae manus.*

Perpensis ergo quae in processus actis continentur, et quae super his Canonista et sacramenti vindex disputant, propositum fuit enodandum

Dubiam

An consulendum sit SSmo super dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.

RESOLUTIO S. C. C. re disceptata sub die **14** Maii **1898**, censuit respondere : *Praevia sanatione actorum, affirmative.*

PATAVINA

DISPENSATIONIS MATRIMONII

Die 14 Maii 1898.

Sess. 24 cap. 5. De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. *Die 10 Oetobris an. 1876,* in parochiali Ecclesia sanet. Viti et Mauritii, dioeceseos Patavinae, Silvius annos natus **22** rite matrimonium iniit cum puella Antonia annorum **18** tunc constituta.

Statim post nuptias ac toto tempore mutuae cohabitationis coniuges eodem thalamo usi sunt, et licet pluries maritale opus aggressi sint, numquam tamen, si ipsos audias, carnalem copulam perficere potuerunt. Quibus vero causis, matrimonium non fuerit consummatum, ex actis strictim non eruitur : et revera in hoc puncto depositiones coniugum non plene conveniunt. Hisce tamen non obstantibus, septem circiter annos coniuges una simul pacifice cohabitarunt; quibus elapsis, Silvius, derelicta uxore, fugam arripuit cum quadam muliere, ex qua duos filios progignit. Nunc iste turbatae conscientiae atque filiorum legitimationi consulere volens, ad Sacratissimum Principem recursum ha-

buit, expostulare ut suum matrimonium utpote inconsummatum solveretur.

Annuente Pontifice, Archiepiscopo Patavino mandatum est, ut processum conficeret, tam super asserta inconsummatione, quam super causis ad dispensandum. Reque vera Ordinarius processum rite confecit, coniuges atque eorum septimae manus testes excussit; ac dein mulier peritorum examini subiecta fuit.

Disceptatio Synoptica

Ut mandato perficiam, ait Consultor, duo expendam : nempe 1. An huiusmodi matrimonium sit habendum ratum tantum, non vero consummatum. 2. An causae adsint sufficientes ad flagitandam dispensationem.

Ad primam quaestionem, quod attinet; prima fronte, videtur, dicendum matrimonium fuisse consummatum. Et re quidem vera, condormitio coniugum, per septem circiter annos, constituit, ceu notum est, praesumptionem consummationis violentam iuris et de iure. Exploratum est insuper, quomodo ex iis matrimoniis, quae felicem exitum non habuerunt, iurgia, et dissensiones ordinarie oriantur. E contra in matrimonio, de quo est sermo, magna fuit concordia animorum, donec vir ad exteras regiones migravit. Nihilominus si animadvertatur cum Card. Cosci. De separat, tori cap. 2. — Eadem ferme habet Ursaya (Disc. eccl. t. 2 p. 1). « Condormitio coniugum non facit, ut matrimonium amittat qualitatem et denominationem rati, quando cum effectu consummatum non fuit. Eo igitur ipso, quod talis consummatio non probatur, sive cohabitaverint, condormierint coniuges, sive non, semper verum erit, quod matrimonium est simpliciter ratum ». Quod condormitio, quae non probationem, sed solam praesumptionem inducit, omnino veritati cedere debet. Si praeterea ea, qua par est diligentia, legantur acta processualia, quae sic rite inita, prosecuta, et absoluta fuisse, mihi visa sunt; ut nihil fere desideretur eorum, quae specialiter in huiusmodi matrimonia-

libus causis praescripta, vel commendata fuerunt; existimo de inconsummatione matrimonii (de quo in casu), rationabiliter dubitari non posse.

Primo itaque: matrimonii inconsummatio evincitur, ex iurata coniugum assertione. Sane, uxor ter iudicialiter interrogata ; interposita iuramenti religione, cuius gravitatem apprime noverat, expressis verbis respondit : se semper paratam exhibuisse ad debitum viro suo reddendum, idque numquam denegasse ; tamen matrimonium haud consummatum fuisse. Et ratio est, quia defuit tum penetratio vasis, tum elementi effusio in debito vase. Ulterius iudici interroganti respondit : neque dolores in actu coniugali, vel potius in tentaminibus, passam fuisse, neque ullam sanguinis guttam effudisse ; seque defloratam non fuisse, sed adhuc virginem permanere. Postremo : eadem uxor affirmat : inconsummationem tribuendam esse viri impotentiae. Neque errasse videtur. Siquidem ipse vir, cum frustra tentasset matrimonium consummare, dixit uxori: « parces mihi, sed tamen invicem diligemus : mi perdonerai, ma ci ameremo egualmente ».

Alter coniux pariter coram Iudice declaravit iuramento : corporum contactus tantum extitisse, ast matrimonium consummatum non fuisse : seque virginem reliquisse, quam virginem acceperat. Ipse autem nescit an sibi, vel potius uxori tribuendus sit defectus consummationis. Eius haec sunt verba: « fu invano che mi fossi provato a compiere l'atto coniugale; sia stato per una tal quale ritrosia proveniente da me, o anche da Lei... certo fu che il matrimonio... non fu consumato ». Hic itaque habetur concors utriusque coniugis confessio, de iterato videlicet conatu, in rem complendam absque ullo tamen profectu. Neque obstat quod coniuges non conveniant in determinanda causa assertae inconsummationis. Non enim hic quaeritur quare haud consummaverint matrimonium coniuges; sed utrum consummaverint. Aliis verbis, quaestio est de effectu, nempe de consummatione : et quoad hanc uterque convenit. Sed numquid perti-

mescenda est coniugum collusio ? Audacter dicam nullomodo : inspecta praesertim uxoris pietate, probitate ac religione: de quibus virtutibus testimonium perhibent (uti infra patebit) non solum testes septimae manus, et contestes a iudice inducti, sed etiam ipse iudex, qui propterea eam appellat simplicem, candidam, calliditatis nesciam, seu ut Iudicis utar verbis « senza ombra di malizia »; accedit ad haec, quod uxor virum suum, (postquam fugit) numquam vidit, neque unquam epistolam ad eum misit, vel ab eo recepit. Hisce positis, en conclusio. Si iurata confessio coniugum magni existimatur, imo eorum depositionibus matrimonii consummationem excludentibus, iuxta sacros canones, plena fides est adhibenda; si insuper fatentibus Theologis *Clericati de Sacram, matrim.* Dec. XIII. quoties in foro fori penetrationem vasis defuisse, probari potest, matrimonium deciditur non fuisse consummatum : cum ex concordi utriusque coniugis confessione, in facti specie, de qua agitur, penetratio vasis locum non habuerit, legitime, ni fallor, sequitur, saltem ex hoc capite, matrimonii inconsummationem in themate tuto ac certe retinendam esse. Quid autem obiici possit huic conclusioni, ego non video.

Dictis et attestationibus coniugum, adstipulatur tum depositio testium septimae manus, cum testimonium contestium a iudice inductorum. Quoad hos, duo notanda sunt. primo : testes omnes, qui se veritatem deposituros spoponderunt, esse omni exceptione maiores, Iudice id affirmante. Secundo : testes omnes concordes inveniri in adstruenda honestate, religione, sinceritate, ac veracitate Antoniae : quae in Iudicio ab ami ta appellata fuit sinceritas in concreto, « la sincerità in persona ». Testes omnes huic adstipulant sententiae ; et quoad virum retulerunt, Silvium ideo dereliquisse uxorem, quia matrimonium consummare nequivit. Verumtamen veracem existimant, ac incapacem mentiendi, praesertim in re, de qua agitur, maximi momenti. Itaque sive consideretur utriusque coniugis assertio, iuramento firmata; sive spectetur Testium depositio, cum iuramento;

sat certo constare videtur de exclusione consummationis matrimonii in casu.

Quando agitur de non consummatione matrimonii, quanti facienda sit iurata depositio coniugum, testimonio septimae manus propinquorum roborata, patet ex *Cap. V. de frigidis et maleficiatis.* Hoc unum adnotasse sufficiat ; solam nempe confessionem coniugum, cum septima manu propinquorum, sufficere ad probandam virginitatem... *Ursaya tom. 3, disc.21 n. 138. In cap. Laudabil. de f r ig. et male f.*

Quia vero argumentum praecipuum ad ostendendum, matrimonium haud fuisse consummatum, petitur ex integritate virginali mulieris, hinc inquirendum superest, an haec integritas rite ostensa fuerit. Ac in primis certum est: experimentum in corpore mulieris, ad iuris tramitem, habitum fuisse, a tribus obstetricibus, quae a duobus medicis edoctae fuerunt, adstante Matrona, in cubiculo luminoso, praemisso balneo. Itaque prima obstetrix, Virginia Mangerotti, iuramento retulit : seu, ut in tabulis processualibus legitur, *hanc orationem fudit:* - « genitalia Antoniae in statu naturali inveniuntur *(sono regolari):* maiora labia mollia sunt - coniunctio est perfecta. Labia minora extra sunt rubea, ed il resto pih pallido ».

« Hymen videri non potest, ob arctitudinem oris (vaginae) per quod vix transire posset calamus scriptorius (penna d'oca) : partium conformatio difficilem reddit actum coniugalem : et revera ob simplicem dilatationem dolore afficitur... Omnibus consideratis existimo mulierem esse intactam ».

Altera obstetrix, Anna Mannello, refert : « Genitalia inveniuntur in statu naturali : maiora labia coniuncta sunt, habent colorem et duritiem naturalem. Hymen, ob nimiam arctitudinem ostioli vaginalis, est perdifficilis visu : - tantummodo parvus aliquis, et rarus lemniscus videri potest (piccoli e rari frastagli). Ostium vaginae adeo est arctum, ut ipsum vix ingredi queat calamus scriptorius (penna di oca). Omnibus consideratis (dal complesso) patet: tentamina

forte locum habuisse ; ast actum coniugalem perfectum haud fuisse : « ritengo che non possa essere stato compiuto T atto coniugale ». Ipsa partium conformatio difficillimum reddit actum coniugalem ».

Tertia obstetrix, Maria Bernardi : sive quoad genitalia, sive quoad labiorum coniunctionem, hymenem, et ostium vaginae etc. apprime concordat, et convenit cum aliis obstetricibus. Hinc a verbis ipsius referendis abstinendum puto.

Huiusmodi obstetrices, quae singulae corpus Antoniae inspexerunt, singillatim, iuramento, coram Tribunali deposuerunt, et iterum confirmarunt se, in ea, omnia integrae virginitatis signa reperiisse: eamque nulla fraude aut arte usam fuisse ad simulandam virginitatem. Denique duo medici, ex una parte affirmant obstetricibus plenam fidem esse adhibendam: ex alia vero iudicant : Antoniam esse adhuc Virginem. Si ergo inspectio corporis mulieris, per idoneas obstetrices, vere est, uti dicitur, probatio peremptoria, excludens omne dubium. Si insuper vera sunt, quae obstetrices testatae sunt se invenisse nempe in muliere omnia illa signa , quae ad virginitatem detegendam ab auctoribus indicantur : legitime (ni fallor) sequitur: matrimonium in casu non fuisse consummatum; quod erat demonstrandum.

Superest nunc, ut gradum faciam ad inquirendum: an existant causae legitimae dispensationis, quae absque dubio sunt plures, et in iure idoneae, sive communes, sive singulares.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Matrimonium, quod Silvius die 18 Octobris anno 1876, iam tum annos natus 22, contraxit cum Antonia in aetate 18 annorum tum constituta, opere imperfectum proclamat.

Meum est advertere. Absolutis nuptiis, neoconiuges, nuptiali itineri, « *che durò ben sessanta giorni*», ait Silvius, se committunt, una simul habitant atque condormiunt per septem annos.

Sed « neu' Aprile 1883, refert Achilles Severe testis ab actore inductus, Silvius inconstantis naturae ac moris homo,

aveva preso relazione con altra donna in Cittadella, patria coniugum, ed abbandonata la casa coniugale, con quest' ultima se n' era andato in America ».

Idem testis adiicit: « Dopo un mese circa ricevetti da lui (actore) una lettera scrittami d'America, e forse impostatami da qualche suo amico in Roma, colla quale dichiaravami apertamente quel che gli era accaduto dapprima col matrimonio con Antonia; assicurava che tanto lui, quanto la moglie erano rimasti vergini non ostante la prolungata convivenza coniugale ».

Doleo quod moderatores actorum non testem iusserint assertam epistolam exhibere. Causae enim fortasse nonnihil lucis contulisset: nec splendore causa abundat.

Profecto obstetrices admittunt coitus conatus, quos non sine haesitatione inefficaces iudicant. Quas inter Maria Sartori-Bernardi ait: « *IS imene non è visibile che per alcuni tub er coletti, che ritengo residui dello stesso, che ha dovuto cedere* per tentativi inefficaci all' introduzione ».

Hisce itaque adductis propositum fuit enodandum

Dubiam

An sit consulendum SSmo super dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die **14** Maii **1898** censuit respondere : *Affirmative.*

S. MINIATIS

ONERUM

Die 18 Iunii 1898.

Sess. 24 c. 12. De reform.

COMPENDIUM FACTI. In Ecclesia Cathedrali dioecesis S.Miniatis *anno 1702,* quo editae sunt constitutiones Capitulares, pro servitio chorali quatuor tantum habebantur Cappellani, a *S. Philippo* nuncupati, cuius onera *in cap. XV* Constitutionum ita explicantur:

« De Officio Cappellanorum S. Philippi. Cap. XV.

« Cunctis diebus ferialibus, et etiam dup. et semid. sine praecepto teneantur Cappellani hebdom,ad,arii pro tempore cantare Missam conventualem, vel alterum deputare si unus eorum fuerit impeditus, iuxta consuetudinem inveteratam ».

« Teneantur insuper se parare Diaconus et Subdiaconus in festis de praecepto cum Canonico hebdomadario, vel alios substituere si fuerint impediti, ne in actu celebrationis Missae solemnis desint Diac. et Subdiac. ».

« Nec non in functionibus SSmi Sacramenti, et in Funer alibus, et exequiis, et in Processionibus, ut de onore; item in Festis et exequiis Monialium ».

« In Choro teneantur legere primas, et secundas lectiones, et antiphonas, assistendo cunctis horis, et Missa cantata, nec discedant nisi divinis Officiis absolutis ».

Exinde Cappellani onere adstringebantur inserviendi in officio Diaconi et Subdiaconi Canonico Hebdomadario, qui ex cap. V. Const., inter alia, haec praestare debebat, videlicet « *Hebdomadarius teneatur prima sexta feria cuiuslibet mensis functionem peragere pro Agonizantibus ad Aram Maiorem ante Sacramentum genuflexus, cum Diacono et Subdiacono uti mos est. Similiter functiones bonae mortis singulis Dominicis cum Diacono et Subdiacono* ».

Deinceps in Ecclesia Cathedrali aliae Cappellaniae fundatae sunt iniuncto onere inserviendi choro, videlicet duae vulgo *Burrini;* et tres *Malegonelle* appellatae. At ob exiguos Cappellaniae reditus, aliqua tantum pars servitii choralis imponi potuerat a fundatoribus.

Quae misera Cappellanorum et Cathedralis Ecclesiae conditio animum movit cuiusdam Petri Fensi, piissimi viri qui, actu inter vivos rogato *die 15 Iunii 1827*, donavit Ecclesiae non parvam pecuniae summam, ut Cappellani congruo stipendio instructi, impensiore opera in posterum servirent Ecclesiae. In deliberatione Capitulari habita die 15 Iunii 1827, qua haec donatio acceptata et magnis laudibus

commendata fuit, constituta fuit quaedam Massa communis^ cui omnes Cappellani eodem iure participarent, posthac eorum omnium et singulorum aequatis oneribus quoad servitium chorale.

At innui debet, expresse cautum fuisse in laudato decreto, ex constituta massa communi non subversas fuisse speciales fundationes singularum Cappellaniarum, sed dumtaxat adauctos fuisse reditus ex participatione massae communis; videlicet: « dichiarando che non s'intende colla presente di ledere i precisi diritti, nè di traslatare il dominio o alterare tampoco la proprietà rispettiva di ciascheduna Cappella particolare ossia di ciò che spetta alle Cappellanie rispettive, ma unicamente di regolarne, ordinarne e dirigerne l'amministrazione e percezione ed erogazione dei frutti per il più utile regolamento e servizio ».

Haec advertenda erant in constitutionem Cappellaniarum quae exinde habendae sunt uti propria beneficia, addito eisdem iure participandi de massa communi.

At hodie quaestio versatur quoad *onera* Cappellanorum, qui chori servitio addicti sunt. Nam, uti referunt Canonici, ab anno 1869 in Cathedrali ob valde diminutos reditus Ecclesiae amplius celebrata non fuit oratio pro *Agonizantibus* et dumtaxat pro *Bona morte* pia functio habita est. Attamen altera quoque functio hodie, auctis paulisper proventibus Capituli restituta fuit. Fidelium vero augescente magis in dies frequentia ad Ecclesiam, optimum visum est, veterem instaurare ritum, nempe assistentiae Diaconi et Subdiaconi ex parte Cappellanorum in una alteraque functione.

At res non arrisit Cappellanis, qui arbitrati sunt se amplius hoc onere non adstringi, quia de eo nulla fit mentio in decreto anni 1827, quo iura et officia Cappellanorum solemniter constituta fuerunt, et quia ab hac epocha nunquam neque uni, neque alteri functioni hoc servitium praestiterunt; quamobrem arguunt, quodcumque onus praescriptum fuisse, et si quod inerat hac de re.

Cappellani de onere ipsis imposito conquesti sunt apud

Curiam, sed cum res in longum ageretur, recursum habuerunt ad S. C. C. *die 26 Iunii 1897.*

Disceptatio Synoptica

IURA CANONICORUM. Primo in medium afferunt caput XV Constitutionum anni **1702: «** *De Officio Cappellani S. Philippi»* superius adductum. Quod officium - *sese parandi Diaconum et Subdiaconum in functionibus SSihi Sacramenti* - extendendum esse ad alios recentiores Cappellanos, contendunt ex cit. decreto a. **1827.** Neque obiiciatur, aiunt Canonici, in decreti verbis tantummodo iniungi ut Cappellani *interveniant et adsistant* non vero *sese parent* in Diaconum et Subdiaconum, quia heic non est sermo de *constituendo novo servitio eoo integro,* sed *de iam existente reformando.* Iamvero reformater totus in eo est, ut clare demonstret quid aboleat vel novum introducat, minime sollicitus de eo quod immutatum remanet. Unde regula a Canonistis passim enunciata de legibus correctivis « *Non censetur plus de priori lege mutatum, quam est expressum in posteriori ».* (Reiff, *de Constit, n. 419).* Quod si Decretum in art. **18.** obligat Cappellanos ad se parandos tantum in Missis Canonicalibus, iuxta Capitulares, obligatio istorum non est restringenda, nam ex toto Decreto diserte patet, intentionem legislatoris nec non pii testatoris Fensi fuisse « *il più decoroso servizio della Chiesa Cattedrale».* At Cappellani instant affirmantes Decretum Pierazzi a. **1827** omnino abrogasse Constitutiones anni **1702.** Respondent Canonici, certe neminem posse infìciari, Constitutiones **j**in suo robore permanere in Jiis omnibus, in quibus Decreto non adversantur, in quod propositum recolunt articulum **10** Capitularis Decreti *diei 25 Augusti 1827,* iubentem: « Che a questi (i Cappellani) si rammenti il disposto delle Capitolari Costituzioni per ciò che gli riguardano e se ne inculchi loro la esatta osservanza ». Hoc decretum editum fuit pro moderando servitio Ecclesiae Cathedralis ut responderet alteri decreto quo Cappellanorum reformabatur officium.

Sed Cappellani obiiciunt, nunquam munere Diaconi et Subdiaconi functos esse ab anno 1827. Cui exceptioni praescriptionis reponunt Canonici, hoc invicte a Cappellanis probandum esse; et praeterea notant, Canonicos ex iure communi facultatem habere leges ferendi seu condendi statuta super rebus et negotiis ad Ecclesiam spectantibus, *absque participatione beneficiatorum.* Et si quovis tempore ipsi novas praescriptiones edere possunt circa servitium Ecclesiae, a fortiori in pristinum vigorem restituere poterunt leges, per aliquod tempus neglectas.

Arbitrantur autem Canonici in themate pro inducenda obligatione haud necessariam fuisse Episcopi approbationem; siquidem cum agitur *de minoribus* rebus non requiritur Episcopi ratihabitio. Agi vero de re non gravi ex eo deducunt, quia Cappellani tenentur hisce functionibus adesse ; unde parum interest inter simplicem adsistentiam in choro et adsistentiam hebdomadario Canonico praestitam ad altare in officio Diaconi et Subdiaconi.

Canonici suam intentionem hisce Doctorum placitis innituntur, ita arguentes : « E certo infatti che *de iure communi* il Capitolo ha potestà - *ferendi leges seu condendi statuta super rebus et negotiis ad Ecclesiam spectantibus et pro illius tranquillo regimine etc.* - come decise la Sacra Ruota sotto il dì 3 Décembre 1635 *(P. VII, Bec. 76, rec);* ed è certo non meno che il Capitolo ciò può fare - *absque participatione beneficiatorum, qui tamquam ministri Ecclesiae tenebuntur illis* (statutis) *parere,* - come decise pure la stessa S. Ruota *(Dec. 67, coram Merlino).* L'ufficio infatti dei Beneficiati o Cappellani - *officium est mere servitorum,* - come si esprime lo Scarfantonio *(Bouix, de Capit. P. IV, c. 7, § 2).* Onde il Pignatelli *(Tom. VI, con. 49, n. 2),* scrive: - *Neque dubium est quin penes Capitulum resideat potestas ferendi leges super gubernio Ecclesiae et circa omnia concernentia tranquillum illius regimen, ad divinum cultum promovendum, quibus Beneficiati tamquam ministri Ecclesiae parere debent* etc. - E

la ragione che adduce è questa : - *Cum Canonici solum habeant omnimodam administrationem in Ecclesia,... solique faciant unum corpus cum Praelato sine Beneficialis, ac soli repraesentent Ecclesiam* etc. — Altrove poi il citato D. spiega come *in qualunque tempo* i Canonici possano far leggi e i Cappellani siano tenuti ad osservarle. - *Sicut enim omni tempore Capitulum et Canonici habent ius condendi statuta, praesertim pro cultu divino, et servitio Ecclesiae, de quo nunc agitur, ut saepius firmavit S. Rota* etc. *ita ne reddantur elusoria, servanda sunt omni tempore a Beneficialis et Cappellanis, quemadmodum observantur ab ipsis Canonicis, qui sunt illorum superiores •; aliter enim multa inconcinna atque absurda sequerentur* etc. - (Pignatelli, *Cons. 55 n. 5).* Il quale Autore cita in proposito una risoluzione della S. C. dei Riti del 22 Agosto 1652, con cui si stabilisce: — *Cappellanos de massa esse subiectos Capitulo in iis quae spectant ad servitium Ecclesiae prout subsunt Capitulares, et alii eiusdem Ecclesiae* etc. - Ora, se *in qualunque tempo (quovis tempore)* i Canonici possono *emanare disposizioni nuove* circa il servizio della loro Chiesa e i Cappellani e Beneficiati sono tenuti a osservarle, sembra non si possa negare ai Canonici stessi il diritto di *richiamare in vigore disposizioni antiche,* quando anche per un tempo piti o meno lungo fossero state senza osservanza, *ogni qual volta lo reputino conveniente per il maggior decoro delle Sacre Funzioni.* Per negare un tal diritto bisognerebbe ammettere che a richiamare in vigore una legge non osservata richiedesi maggior potestà che a farla di nuovo ».

Ex Auctore Bouix in opere *De Capitulis* P. IV, § 5 referunt hanc sententiam Suaresii : « Potest (Capitulum) *minora quaedam quae pertinent* ad bonum ordinem et regimen Capituli statuere etiam sine consensu et confirmatione Episcopi ». Demum advertunt Capitulares, absonum non esse si decretum a. 1827 non abrogavit vetera onera quum in isto tam ditior reddita sit Cappellanorum conditio.

IURA CAPPELLANORUM. EX adverso reponunt Cappellani in novo Decreto a. 1827 onera enunciata fuisse *non exemplificationis causa,* sed *taxative;* minime vero in eisdem recenseri obligationem inserviendi Hebdomadario in functionibus *Agonizantium* et *Bonae mortis.* Quare decretum a. 1827 editum fuit pro constituenda *nova methodo* servitii a Cappellanis praestandi ; et in eo omnia funditus et *de novo* instaurata sunt, adeo ut veterae leges amplius invocari non fas sit.

Notat vero singula verba ex plena deliberatione expressa fuisse, et advertunt caveri in art. 21 eiusdem decreti - Ivi - « Riserviamo all'Ordinario *pro tempore,* di fare di tempo in tempo tutte quelle aggiunte, variazioni, spiegazioni e modificazioni che pel miglior servizio della prefata chiesa *ed utilità dei Cappellani* inservienti saranno reputate in qualunque modo opportune ».

Neque admittunt Cappellani posse praesumi, ex novo decreto Cappellanorum onera aucta fuisse una cum auctis reditibus, nam in eodem asseritur: « Veduto l'atto di fondazione delle quattro cappelle dei Filippini, alle quali non recasi *onere o gravame nuovo,* mentre se ne rendono migliori le condizioni coli'ordinamento presente ecc. ».

Aiunt praeterea, Canonicos vim facere contextui dum obligationem controversam deducunt ex illis verbis : «... I Cappellani soto tenuti... *a tutte le Capitolari funzioni ».* Nam advertunt functiones *agonizantium* et *Bonae mortis* non esse certe *Capitulares* seu *chorales;* quia de hisce agitur in *art. 14,* ubi Cappellani iubentur *habitum induere Cappellanorum* et exire *de choro* prohibentur.

Quia Canonici instant asserentes novum decretum veteri non derogasse *expresse,* prouti fieri oportebat, quoad controversas functiones, reponunt Cappellani intentionem fuisse novi decreti, meliorem efficere eorum conditionem et hinc praescribitur in *art. 21,* reservatum fuisse Ordinario «di fare di tempo in tempo quelle aggiunte ecc. che per *utilità* dei Cappellani saranno reputate opportune ».

Verum Canonici urgent illam praescriptionem editam a Capitulo eodem anno, quo pro Cappellanis *nova servitù methodus* decreta fuit; nimirum « si rammenta ai Cappellani il disposto delle Capitolari Costituzioni per ciò che *gli riguarda* » ; at respondent Cappellani, hoc praecepto revocari Constitutiones Capitulares in genere, non Constitutiones editas a. 1702.

Ast, dato etiam sed non concesso, onus controversum non fuisse abrogatum a *decreto novae methodi,* autumant Cappellani idem onus fuisse contraria consuetudine longi temporis praescriptum. Haec testantur: « Sta in fatto: che dal decreto di 'Mons. Fazzi, cioè dal 1727, fino ai giorni nostri non più i Cappellani da Diacono e da Suddiacono hanno assistito il Canonico Ebdomadario in dette due funzioni, ma in loro vece l'hanno sempre assistito due chierici vestiti di pievalino ».

Exinde Cappellani concludunt, controverso oneri ipsos non obligari neque in linea *praesumptiva* aut *interpretativa* neque in linea *praescriptiva.* Non in linea *praesumptiva* quia observantia est « *optima legis fundationis interpres* » *L. Minime ff. de leg. ; Cap. cum dilectus de consuet.* - De Luca, *De lurepr. disc. 60, n. 9.* - Lott., *De re benef, lib. 2, quaest, il, n. 125,* docent hanc *«principaliter attendendam esse, L. Si de interpret. quippe quae omnia ambigua dirimit* », praesertim cum « *sit fundationis legi proxima et coaeva»:* Piton., *Descript. Ecclesiaste disc. 159, n. 44.*

Quod si adductae attestationes loquuntur de observantia non proxima aut coaeva decreto, notant Cappellani a Rota doceri *coram Motines, 27 Martii 1705,* Giennen. *Adiunctorum num. 9* - ibi : - « *Quae observantia subsecuta declarat statum antecedentem* » ; ita in alia decisione *coram Falconerio Barchinon., diei 10 Ian. 1721* - ibi : - « *Observantia vero subsequens opjtime declarat quid. inter partes conventione actum fuerit ».*

Nullam vero subesse dubitationem arguunt Cappellani in

linea *praescriptiva; cap. ult. De consuetudine* - Ibi: - « *Licet etiam longevae consuetudinis non sit vilis auctoritas, non tamen est usque adeo valitura, ut vel iure positivo debeat praeiudicium generare, nisi fuerit rationalis et legitime praescripta* ».

Inde recolunt ab edito *decreto novae methodi* lapsos esse **70** annos, et ex attestationibus erui, certe saltem quadragenaria ab hinc annis controverso onere se non amplius fuisse adstrictos ; atqui « *Nullum ius (iubet lex 4 Cod. de Praescript. 30. vel 40 annorum), privatum vel publicum in quacumque persona, quod quadraginta annorum, extinctus est iugi silentio, moveatur* ». Cui legi concinit *Cap. 6 Decret. 5, reg. IX, De Praescript.* - Ibi: - « *Quadragenalis praescriptio omnem prorsus actionem extinguit* ».

Praeterea instant Capellani, sua onera augeri non posse a canonicis cum semel constituta sint in *Decreto novae methodi servitii;* et quum expresse Ordinarius sibi reservaverit « di fare di tempo in tempo tutte quelle *aggiunte, variazioni, modificazioni* e *spiegazioni* che pel miglior servizio della prefata Chiesa ed *utilità dei Cappellani* inservienti saranno reputate in qualunque modo opportune ».

Neque, iuxta Cappellanos, Canonicis integrum est novas edere praescriptiones moderantes chori servitium quotiescumque istae praescriptiones onera augescant benefìciatorum, quorum iura et officia mutari non possunt quin laedantur tabulae fundationis. Siquidem huiusmodi novae leges auferrent ius a tertio quaesitum, seu a beneficiato; et iura quaesita tantum Papa tollere potest. Ita *De Herdt, Prax. Capnt., cap. XXXI, § 2, n. V.* - Ibi: — « *Capitulum revocare nequit, etiam accedente consensu, Episcopi, statum, ex quo alteri ius quaesitum fuit. Ratio est quia, per inferiores nullo modo potest tolli ius quaesitum tertio* ».

Denique advertunt, non posse ius tertii laedi, obtentu *minoris* laesionis quasi ageretur *de re minima,* siquidem unquam *minima res* dici non potest iurium solemniter quaesitorum laesio.

Quibus in utrumque partem animadversis, propositum fuit dirimendum

Dubium

An Cappellani teneantur in officio Diaconi et Subdiaconi ministrare Canonico Hebdomadario celebranti functiones Agonizantium *et* Bonae mortis *nuncupatus in casu.*

RESOLUTIO. Sacra C. O. re disceptata sub die 18 Iunii 1898 censuit respondere: *Prudenti arbitrio Episcopi.*

ILERDEN.

IRREGULARITATIS

Die 16 Iulii 1698.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Episcopus Herden, *die 24 Novembris 1895* S. C. Congregationi has supplices litteras dabat: « Infrascriptus Episcopus Ilerdensis ad S. V. pedes humillime provolutus exponit : *Antonius Salmas* Balaguer, 27 annorum aetate, alumnus S. Theologiae in Seminario Conciliari huius dioceseos, contraxit irregularitatem in manu dextera, propter inopinatam explosionem schoppeti, et post factum, cum dicta manu nihil apprehendere poterat. Nunc temporis, uti constat ex voto Magistri caeremoniarum S. E. Cathedralis, et fide iurata duorum medicorum, licet res apprehendere non queat, tamen potest eas sustinere et actiones rubricae facere absque spectantium repugnantia, praeter administrationem communionis, ad quam necesse est ut concedatur id facere manu sinistra, et elevationem Hostiae quam intra digitos indicem et medium collocare, et eum sane manu sinistra adiuvare secure ad elevandum. Orator sufficientem capacitatem litterariam habet, et bonae vitae testimonium, quapropter dispensationem petit irregularitatis ad primam tonsuram omnesque ordines minores et maiores suscipiendos ».

Magister Caeremoniarum ab Episcopo rogatus referebat : manum sinistram Clerici Antonii Salinas Balaguer reperiisse minus rigidam anni praecedentis, ita ut movere posset primas phalanges, cum spe ut in melius res procedat temporis intervallo.

Medicus autem autumat vulnus manus dexterae clerici Salinas iam sanatum, et quamvis huius manus potentia haud magna sit, tamen levare valet pondera non levia et tenuia et decidere perfecta agilítate. Manus deformitas ex vulnere accepto, ita effecta est, ut probe dici possit parva cicatrix. Huic sententiae prioris medici adstipulatur secundus, qui de voto rogatus fuerat.

Disceptatio Synoptica

DISPENSATIO DENEGANDA VIDETUR. At expetitae dispensationi plura obstare videntur. Cum primis non patet an in ipsa S. Ordinis susceptione S. Coeremoniis orator satisfacere valeat, nempe an « *tactum hostiae, patenae et calicis modo a rubricis praescripto perficere* possit ».

Praeterea in Veteri Testamento ne altari inservirent maximo studio arcebantur qui aliquo corporis defectu laborarent. - Eo magis hoc servari debuit in Novo Testamento ; quare irregularitates ex defectu in ipsa canonum Apostolicorum collectione reperiuntur constitutae. Postea ipsi irregularitatum casus pene *taxative* et rigide fuerunt determinati, adeo ut dispensatum fuerit tantum cum *iam promotis* ad ss. Ordines ne « *afflictis afflictio adderetur* ». Nihilo secius in cap. 2 *De clerico aegrotante* , missae celebratio presbytero interdicitur cui duo digiti cum medietate palmae a praedone fuerant abscissi. Et S. C. C. in Burgen, *die 24 Ian. 1864* dispensationem denegavit cuidam Ioachim De Fayas, qui ob adustionem tendines pollicis et indicis dexterae manus contractos habebat, quique dimidia tantum parte phalangis utriusque digiti carebat, quamvis magistri caeremoniarum favorabile votum et Cardinalis Archiepiscopi commendatio Oratoris precibus accederet.

DISPENSATIO INDULGENDA VIDETUR. Sed contra benignitati indulgendum esse suadent non parvi ponderis rationes. — Cum primis admodum commendati Oratoris mores, eius ingenium, et natura morbi qui in dies mitescere videtur.

Pro dispensatione vero ab huiusmodi defectu in celebratione Missae abundant S. C. C. exempla quibus rigor canonum benignitate fuit temperatus. Sane in Pampilonen. *die 31 Martii 1860* gratia concessa fuit clerico ut manu laeva uteretur in sacris Missae caeremoniis, quia dextera manu se crucis signo munire, nec calicem ori admovere valebat. Ita in Cephalen. *die 18 Iunii 1866* dispensatum fuit cum clerico Iosepho Gianni laevae manus pollice carente; et recentius in Novarien, *die 27 Iunii 1891* quamvis oratori dexterae manus pollici una phalanx et indici duae deessent phalanges; in Comaclen. *die 27 Februarii 1864* favorabile obtinuit rescriptum quidam Fogli, qui « anchilosi perfecta in genu dextera laborans *(ita in folio)* non potest illud usque ad terram flectere, sed mediam tantum, ut ita dicam, genuflexionem commode exequitur ». Nuper in Colonien, *diei 25 Maii 1895* S. C. C. indulsit quemdam ss. Ordinibus initiari, reponens « *Arbitrio et conscientiae Erui Archiepiscopi dummodo vere adsit Ecclesiae necessitas facto verbo cum SSmo* » ***(i).*** Quo in casu de iuvene quodam Kehren agebatur, qui in gymnasio Kempensi litterarum studiis adhuc vacabat et gravi manus sinistrae defectu afflictabatur, quem ita descripsit magister caeremoniarum : « Ioannes Kebren manum sinistram habet male formatam inde a nativitate. Solus pollex est bene formatus ; ceteri quatuor digiti concreti sunt et membrana quadam inter se iuncti, sunt insuper minores quam dexterae digiti, ita ut medietatem eorum non multum superent. Molles sunt et debiles ut digiti infantium. Etiam pollex et reliqua [sinistrae manus pars minor est quam pollex et cetera pars manus dexterae ».

Quibus animadversis, quaesitum fuit quid esset precibus respondendum.

(1) Recole Vol. XXVIII, 261.

RESOLUTIO. Sacra O. O. re cognita sub die 16 Iulii 1898 censuit respondere : *dummodo adsit Ecclesiae necessitas et non timeatur irreverentiae periculum in sacro conficiendo, pro gratia dispensationis, arbitrio et conscientiae Episcopi facto verbo cum SSmo.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

MASSILIEN, probantur Litaniae de S. Corde Iesu, ita ut in Ecclesiis et Oratoriis publicis Dioecesium Massiliensis et Augustodunensis et universi ordinis Visitationis B. M. V. recitari ac decantari queant.

Rmus Dominus Ioannes Robert, Episcopus Massilien. Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII demisse subiecit quasdam Litanias saeratissimi Cordis Iesu, clero et populo Massiliensi apprime charas atque iucundas, praesertim ex eo quod iisdem tribuatur, Massiliam anno 1720 liberationem pestis a divina bonitate impetravisse. Hinc ipse Rmus Orator humillime expetivit, ut eaedem Litaniae et Apostolica Auctoritate approbari et in sua Massiliensi Dioecesi publice recitari valeant. De mandato Sanctissimi Domini Nostri, Sacra Rituum Congregatio Litanias praedictas examinandas suscepit, et exquisito voto Emi ac Rmi Domini Cardinalis Adulphi Ludovici Perraud Episcopi Augustodunensis, qui antea de hac re ardens suae Dioecesis studium aperuerat et R. P. D. Ioannis Baptistae Lugari sanctae Fidei Promotoris, omnibusque accurate perpensis, easdem Litanias, prout in superiori extant exemplari, a se revisas atque sex invocationibus auctas ex aliis de Sacratissimo Corde Iesu Litaniis, quae circumferebantur desumptis, ut numerus triginta trium invocationum in memoriam et honorem vitae temporalis divini Redemptoris impleatur, probari posse censuit. Sanctitas porro sua, referente infrascripto Cardinali sacrae eidem Congregationi Praefecto, Rescriptum Sacri Consilii ratum habens, hasce Litanias probavit, easque de speciali gratia indulsit tum Dioecesibus Massiliensi et Augustodunensi, tum universo Ordini Visitationis B. M. V., ut in Ecclesiis et Oratoriis publice recitari ac decantari queant. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 27 Iunii 1898.

CAMILLUS CARD. MAZZELLA, *S. R. C. Praefectus.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

Litaniae de Sacro Corde Iesu.

Kyrie, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Pater de ccelis Deus, miserere nobis
Fili Redemptor mundi Deus, »
Spiritus Sancte Deus, »
Sancta Trinitas, unus Deus, »
1. Cor Iesu, Filii Patris aeterni »
2. Cor Iesu, in sinu Virginis Matris a Spiritu Sancto formatum »
3. Cor Iesu, Verbo Dei substantialiter unitum »
4. Cor Iesu, Maiestatis infinitae »
5. Cor Iesu, Templum Dei Sanctum »
6. Cor Iesu, Tabernaculum Altissimi »
7. Cor Iesu, Domus Dei et porta coeli »
8. Cor Iesu, fornax ardens caritatis »
9. Cor Iesu, iustitiae et amoris receptaculum »
10. Cor Iesu, bonitate et amore plenum »
11. Cor Iesu, virtutum omnium abyssus »
12. Cor Iesu, omni laude dignissimum »
13. Cor Iesu, rex et centrum omnium cordium »
14. Cor Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae »
15. Cor Iesu, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis »
16. Cor Iesu, in quo Pater sibi bene complacuit »
17. Cor Iesu, de cuius plenitudine omnes nos accepimus »
18. Cor Iesu, desiderium collium aeternorum »
19. Cor Iesu, patiens et multae misericordiae »
20. Cor Iesu, dives in omnes qui invocant Te »
21. Cor Iesu, fons vitae et sanctitatis »
22. Cor Iesu, propitiatio pro peccatis nostris »
23. Cor Iesu, saturatum opprobriis »
24. Cor Iesu, attritum propter scelera nostra »
25. Cor Iesu, usque ad mortem obediens factum »
26. Cor Iesu, lancea perforatum »
27. Cor Iesu, fons totius consolationis »
28. Cor Iesu, vita et resurrectio nostra »
29. Cor Iesu, pax et reconciliatio nostra »
30. Cor Iesu, victima peccatorum »
31. Cor Iesu, salus in Te sperantium »
32. Cor Iesu, spes in Te morientium »
33. Cor Iesu, deliciae Sanctorum omnium »
Agnus Dei, qui foliis peccata mundi, parce nobis, Domine.
Agnus Dei, qui foliis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui foliis peccata mundi, miserere nobis.

f. Iesu mitis et humilis Corde,
R). Fac cor nostrum secundum Cor tuum.

Oremus

Omnipotens sempiterne Deus, respice in Cor dilectissimi Filii tui, et in laudes et satisfactiones, quas in nomine 'peccatorum tibi persolvit, iisque misericordiam tuam petentibus, Tu veniam concede piscatus, in nomine eiusdem Filii tui Iesu Christi, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

EX S. CONGREGATIONE INDICIS

Feria **V**, die **1** Septembris **1898.**

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONE PAPA XIII Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana Republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 1 Septembris 1898, damnavit et damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur Opera:

Il pessimismo di sentimento o « dolore del mondo » (Weltschmerz), Parte prima. Prolegomeni. Del prof. Luigi de Rosa, Direttore del ginnasio pareggiato di Nicastro. Nicastro, tipografia e libreria F. Bevilacqua. 1896.

Paris, par Emile Zola. Paris, bibliothèque Charpentier, Eugène Fasquelle éditeur. 1898.

Monks and their Decline by Rev. George Zürcher, Pastor of St. Joseph's Church, Buffalo, N. Y. 1898.

Steps towards Reunion by the Rev. J. Duggan catholic priest of Maidstone, author of « the life of Christ ». London, Kegan Paul, Trench, Trübner et Co. 1897.

Brière (sub ementito nomine Georgii Perdrix), Auctor Opusculorum, quorum tilulus : Le vrai mot de la situation présente. Paris. 1877.

— Lettre adressée à monsieur l'abbé Pouclée, Officiai diocésain de Chartres, *prohib. Decr. 8 Apr. 1878, laudabiliter se subiecit.*

Di Bernardo Domenico, Auctor operis cui titulus: Il divorzio considerato nella teoria e nella pratica. Voi. unico. Palermo 1875, *prohib. Decr. 8 Apr. 1878, laudabiliter se subiecit.*

LITTERAE SSmi D. N. Leonis Papae XIII ad Emum Card. Langénieux Archiepiscop. Rhemen, quoad societatem in Gallia constitutam pro conservatione et tuitione Sanctorum Locorum in Regione orientali

Carissimo Figlio.

Con viva soddisfazione abbiamo appreso dalla tua lettera, che uomini eminenti hanno avuto il pensiero di formare in Francia un Comitato nazionale per la conservazione o difesa del protettorato francese in Terra Santa. Nessuna intrapresa potrebbe meglio rispondere alle generose e cavalleresche tradizioni della vostra nobile patria, che fu per eccellenza la terra dei Crociati. Molti secoli sono da allora trascorsi, molti assalti sono stati dati alla Chiesa per affievolire la fede. Ma il culto dei Luoghi Santi si è mantenuto in tutti i tempi. Se, a certi intervalli, esso parve alquanto illanguidirsi, lo vediamo oggi riaffermarsi con vigore in quei pacifici pellegrinaggi della pietà cristiana, che Noi siamo stati lieti d'incoraggiare più e più volte. Del pari, non possiamo che lodare assai l'opera ora felicemente inaugurata, nuova nella forma, vecchia nello spirito, che ci sembra rispondere ai bisogni di giorno in giorno più urgenti. Niuno ignora, infatti, che tu hai, Nostro Carissimo Figlio, veduto e toccato con mano quanto sieno in sofferenza e di quali pericoli cir-

Fili Carissime.

Maximo cum animi nostri solatio ex tuis litteris accepimus, quosdam praeclarissimos Viros consilium iniisse, civium Societatem canservationi ac defensioni gallici coetus insignis, qui Loca Sancta tueri profitetur, in Gallia constituendi. Nullum profecto aliud opus generosis nobilibusque Patriae vestrae, quae prae coeteris Crucem, militiae notam, gestantium, princeps terra fuit, traditionibus aeque respondere posset. Pluraque ex eo tempore transiere saecula, pluries iam perduelles Ecclesiam, ad eius Fidem labefactandam, aggressi sunt. At vero Sanctorum Locorum cultus et observantia immota perstitit. Si quando iste cultus paulisper languescere visus est, hunc iterum hodie mirandum in modum excitari conspicimus in frequentibus peregrinationibus eo undique christiana pietate peractis, quas Nos subinde lubentissime commendasse meminimus. Opus igitur fauste incoeptum Nobis omnino laude dignum visum est; novum quidem forma, antiquum autem spiritu; quod Nos iis in locis christianorum necessitatibus, in dies excre-

condati gli interessi cattolici in Palestina. Questi interessi, come ognuno sa, connettonsi particolarmente con la proprietà e l'uso dei Santuarii edificati dalla pietà dei padri nostri, là dove si sono operati i misteri della Redenzione degli uomini. I nemici del nome cattolico raddoppiano di attività e di sforzi, per inceppare nei santuari stessi la pietà dei fedeli figli di santa Chiesa. L'opera di cui ci parli, carissimo Figlio, sorge, dunque, in ora propizia, e Noi ne speriamo per l'avvenire i più fecondi risultati. La Francia ha in Oriente una missione speciale, affidatale dalla divina Provvidenza; nobile missione, consacrata non soltanto da una pratica secolare, ma altresì da trattati internazionali, come lo ha riconosciuto in questi giorni la Nostra Congregazione della Propaganda colla sua dichiarazione del 22 maggio 1898 (1). La S. Sede, infatti, non vuole toccar nulla del glorioso patrimonio che la Francia ha ricevuto dai suoi antenati, e ch'essa intende senza alcun dubbio meritarsi di conservare, mostrandosi sempre all'altezza della sua missione. Noi desideriamo,

scentibus, levandis opportunum arbitramur. Te enim, Fili carissime, quot calamitatibus in Palaestina christiana Religio affiictetur, quot periculis circumdetur, et vidisse, et manu ferme contigisse latet neminem. Quae quidem inibi Religionis conditio ab sacrarum Aedium, quas in iisdem locis, ubi sacra humanae Redemptionis Mysteria peracta sunt, Patrum nostrorum pietas extruxit, dominio et usu praecipue pendet. Catholici nominis hostes actionem nisusque ad catholicorum pietatem in ipsis sacris Aedibus compediendam ingeminant. Opus igitur, de quo scribis, Fili carissime, opportuno tempore prodit, Nosque, illud fructu uberrimum futurum speramus. Gallia in 0-rientis regionibus peculiare munus, divina ipsi Providentia concreditum, obtinet. Nobile munus non modo plerisque abhinc saeculis usu consecratum, verum etiam nationum consensu confirmatum; quemadmodum nostra Congregatio propagandae christianae Fidei praeposita, hisce temporibus, declaratione edita die 22 Maii anno 1898 solemniter agnovit. Ecclesia quippe praeclarissimi patrimonu,

(1) *Ex litteris S. Congregationis Propagandae Fidei diei 22 Maii 1898.*— Norunt protectionem Gallicae nationis per regiones Orientis a saeculis esse invectam, et conventionibus etiam inter imperia initis, firmatam. Quapropter hac in re nil prorsus innovandum. Protectio huiusmodi ubicumque viget servanda religiose est ; ea de re monendi Missionarii, ut si quando auxilio indigeant, ad cónsules aliosque Gallicae nationis recurrant. In iis etiam locis Missionum, in quibus Austriacae nationis protectio invaluit, pariter absque immutatione teneantur.

dunque, che i membri dell'Associazione già formata, ispirandosi pienamente a questi elevati pensieri, e avendo a cuore i grandi interessi della religione e della patria, prestino alla Francia un concorso generoso nel compimento del suo mandato sei volte secolare. Possano questi sforzi riuniti assicurare alla Chiesa cattolica in Oriente un'esistenza pacifica, e permetterle di lavorare con successo per la propagazione della vera fede e per il ritorno delle pecorelle smarrite all'Ovile del Supremo ed unico Pastore. Ed ora, come pegno del Nostro paterno affetto, ti accordiamo, Nostro caro Figlio, la Benedizione Apostolica. Dato a Roma, presso San Pietro, il 20 agosto 1898, del Nostro Pontificato vigesimo primo.

LEONE PP. XIII.

quod ab Avis Gallia accepit, quidquam demere aut immutare non vult; idque ipsi integrum servare, quoniam in tradito sibi munere obeundo fidelem se praebuit, dignum ac justum esse existimat.

Nos ergo excupimus ut, Socii adlecti atque conscripti, hisce sublimibus sensibus informati, rationesque, apprime magni faciendas, Religionis et Patriae sincere prae oculis habentes, validum Galliae subsidium conferant, quo ipsa munus sex abhinc saeculis sibi traditum, rite perficiat. Utinam hae collatae coniunctaeque vires, Ecclesiae Catholicae in Oriente tutam atque tranquillam vitae conditionem tandem restituant, ut ipsi Ecclesiae liceat, bono cum successu, verae Fidei propagandae, ovibusque deviis in supremi atque unici Pastoris ovile reducendis adlaborare.

Nunc vero, paterni nostri amoris pignus, tibi, Fili carissime, apostolicam benedictionem impertimus.

Datum Romae ad S. Petri, die 20 Augusti; anno 1898, Pontificatus nostri vicesimo primo.

LEO PAPA XIII.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

PREMISLIEN.

MATRIMONII

Die **14** *Maii 1898.*

Cap. 1. Sess. 24. De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Die 26 Iulii anni 1891, in Ecclesia Cathedrali Premisiiensi, praemissis consuetis proclamationibus, Regina rite matrimonium iniit cum Iosepho.

Hoc tamen coniugium, quod faustis ominibus videbatur contractum, miserrimum evasit. Siquidem coniuges illico rei uxoriae operam dedere; ast, ipsis fatentibus, vir impotentia coeundi laborans nullo modo valuit copulam explere. Hac de causa Ioseph peritos in arte medica consuluit, atque plurimis remediis se subiecit; sed, ut videtur, numquam devenire potuit ad matrimonium consummandum. Hinc mulier hanc vitae conditionem deplorans, virum quem uti ferunt, maritum habere non poterat, post duos annos mutuae cohabitationis dereliquit, ad eum non amplius reditura. Interim civile tribunal Premislien. adiit, a quo an. 1895 favorabilem sententiam nullitatis ob viri impotentiam obtinuit ; quam sententiam iam a superiori tribunali Leopoliensi confirmatam, tandem die 21 Aprilis insequentis anni ratam habuit supremum tribunal Vindobonense.

Dein mulier cupiens novas nuptias inire cum altero viro, cum quo in concubinatu vivit, ad ecclesiasticum tribunal supplicem libellum misit petens sui matrimonii nullitatem ob viri impotentiam. Curia Archiepiscopalis Premisliensis processum confecit, coniuges excussit, nec non utriusque septimae manus testes, atque virum examini medicorum submisit, qui illum omnino impotentem renuntiarunt ; sed, iudices licet certi essent de impotentia antecedenti atque perpetua Iosephi, tamen quum haec per Reginae inspectionem

-corporalem certa omnimode fieri non posset, statuerunt potius exorandum esse Pontificem, ut sua auctoritate matrimonium hoc ratum et non consummatum dissolvere dignetur.

Disceptatio Synoptica

VOTUM CANONISTAE. Consultor ait: Vobis, Emi Patres, diiudicandum est an constet de impotentia coeundi in Iosepho, quae huiusmodi sit ut matrimonium invalidum reddiderit, et si de hac certo non constet, utrum saltem constet de inconsummatione matrimonii in casu ita, ut tuta conscientia possitis SSmo Domino consilium praebere, ut matrimonii huius vinculum abrumpat.

Quoad *processum* nihil mihi observandum occurrit ; quantum enim ex Actis mihi constare potuit, optime videtur instructus ad normam Canonum.

Quare statim ad *meritum causae* deveniendum. Et prius adnotare mihi liceat unam eamdemque esse quaestionem, an matrimonium hoc invalidum sit ex antecedenti et perpetua impotentia viri, et an constet de huius matrimonii inconsummatione. Nam profecto supposito quod de Iosephi impotentia sufficienter non constet, quomodo in casu constare certo poterit de inconsummatione matrimonii ? Nullum pro ea argumentum esset, nisi iurata coniugum assertio. Porro iuramentum constituit quidem semiplenam probationem, non autem undequaque certam et perfectam. Hinc vos ipsi, Emi Patres, in causa Neapolitana nuperrime a vobis discussa die 11 Decembris elapsi anni 1897 non existimastis deveniri tuto posse ad dispensationem super matrimonio rato et non consummato, quamvis coniuges iurati inconsummationem sui matrimonii assererent; sed respondistis: •dilata et coadiuventur probationes examinando septimae manus testes ex parte viri etiam quoad coarctata, aliosque iuxta instructionem Defensoris matrimonii ex officio. Habuistis enim, ut videtur, iuramentum coniugum tamquam semiplenam probationem, cui accedere necesse esset ad di-

spensationem concedendam aliam semiplenam probationem, idest moralem certitudinem coniuges numquam una simul solos fuisse ; quod et in Agrigentina 11 Aug. 1894 requisivistis. Porro in casu nostro nulla alia semiplena probatio iuramento coniugum accedere potest quam moralis quaedam certitudo de vera, antecedenti et perpetua Iosephi impotentia. Quare idipsum mihi videtur, hic unam aut alteram pertractare quaestionem, idipsum declarare nullitatem huius matrimonii ex capite impotentiae viri ac consilium SSmo Domino praebere, ut ad dispensandum, hoc matrimonium procedat; neque enim ad hoc venire tuto potestis nisi de Iosephi impotentia certo vobis moraliter constet.

Sit igitur haec unice discutienda quaestio : an de Iosephi impotentia in casu moralis certitudo habeatur. Et ad hanc quaestionem respondendum mihi videtur affirmative. Nam Iosephum nunc impotentem esse res est omnino indubia. Testimonium certum habemus ex depositione trium artis medicae peritorum. Profecto Doctor Lucianus Litynski deponit : « In inspectione Iosephi in Iudicio civili virilia eius anormalia inveni, nam tam hasta, quam testiculi et saccus erant in statu torporis, idest insensibilitatis ; qua de causa media excitantia irritationem producere non poterant... Adhibui fluidum stabile electricum ad excitationem nervi virilis coniungens id irritatione spinae. Medium istud est tam vehemens et certum, ut etiam paucas horas post mortem excitet et distentionem nervorum producat. Nisi ergo Iosephus impotentia laborasset, applicatio huius medii erectionem membri eius virilis provocare debuisset ; apud eum autem nullam produxit erectionem ». Idipsum deponit Doctor Michael Szyszkovski asserens: « Persuasissimum mihi est inter Iosephum eiusque uxorem Reginam copulam matrimonialem impossibilem fuisse et quidem propter impotentiam perpetuam Iosephi, et paratus sum id iuramento firmare. In hac ipsa Causa in Iudicio civili tractata, a Iudicio civili, qua medicus vocatus applicui Iosepho fluidum electricum in medullas spinae in regione lumborum et ob-

servavi nullam fuisse hastae erectionem, quum tamen, nisi apud Iosephum adfuisset tabes glandularum systematis nervorum erectionem excitantium, erectio hastae virilis procuran debuisset ». Idipsum testati sunt in relatione, quam tribunali ecclesiastico fecerunt post diligentem inspectionem corporis Iosephi ab ipsis, iussu eiusdem Tribunalis die 30 Maii 1895 factam, ut deduci videtur ex Actis, Doctor Lucianus Litynski et Doctor Keller, qui iurati inter alia deposuerunt : « Sub n. 10 et 20 descriptae mutationes hastae et sacci probant in nervis irritationem et erectionem hastae excitantibus intervenisse tabem et consequenter plenum defectum sensibilitatis hastae, tam erga vehementem fluxum electricum, quam erga alias exteriores causas, et ideo omnes psychicas incitationes pariter nullam excitationem sexualem provocare et producere posse ».

Sed ex actis moraliter certo constare etiam videtur, impotentiam Iosephi insanabilem esse, et eius cum Regina matrimonio antecessisse. Nam hoc quoque expresse testantur Doctores medici supra citati. Re quidem vera in ea relatione, quam superius memoravimus a Doctore Luciano Litynski et a Doctore Keller facta, haec ipsi affirmant : « Causae quae plenam impossibilitatem erectionis hastae adduxerunt, explicant nobis sufficienter species paralysium nervorum superius memoratarum, quae probant apud inquisitum existere morbum chronicum systematis nervorum a multis annis, ergo ante annum 1891 ortum. Longa enim annorum serie opus est ut species paralysium in tali gradu se evolverent, quemadmodum hoc in casu probatum est . . . . . Apud inquisitum probavimus torporem animi, qui primos iuventutis attingit annos et in dato casu acceleravit evolutionem morbi nervosi, qui per frequentem et diutius tempus perpetratam onaniam (masturbationem) causatus erat. Quum ex frequenti onania iam oriatur impotentia coeundi, etsi nulla paralysis vestigia conspiciatur ; propterea in hoc casu, de quo agitur, quum paralysium species iam sunt evolutae declaramus : impotentiam hanc absolutam coeundi matrimonium praecessisse seu

ante 1891 annum extitisse, et ex causis superius adductis insanabilem esse. Quod post diligentem inquisitionem iuxta principia scientiae in fundamento conscientiosae persuasionis sub iuramento illustri Iudicio notum facimus ». Haec eadem asseruit alius doctor medicus Dominus Szyzkovski dicens : « Principio huic adhaerens quod onania causa fuerit impotentiae, potui simul ex indiciis, quae serius apparuerunt, ut e. gr. defectus virium, obscuratio mentis, (coniicere) concludere, onaniam ante nuptias extitisse et propterea ab antiquiore tempore impotentiam extitisse.... Apud Iosephum onania ad tantum pervenit gradum ut intellectum etiam obscuret : propterea eius impotentia sanari non potest ».

Ex testimonio igitur et assertione iurata rei medicae peritorum habemus impotentiam Iosephi esse veram, perpetuam et matrimonium praecedentem, idest eos omnes habere characteres, qui necessarii sunt et sufficientes ad inducendum impedimentum dirimens matrimonii. Quae omnia si non omne omnino exuant dubium et ineluctabilem gignant rei certitudinem, quum in impotentia, quae non in momento, sed tractu temporis completur difficile sit certitudinem habere an ante nuptias celebratas perfecto omnino in gradu extiterit, hoc tamen profecto valent ut semiplenam rei probationem constituant. Quae semiplena probatio suam habet confirmationem ex aliis. Habemus enim testimonium Doctoris Szyszkovski de inconsummatione matrimonii Iosephi cum Regina post multos menses a nuptiis. Ipse enim, dum suas Iosepho curas impendebat, ut eum ad matrimonium habilem redderet, post plures menses a nuptiis initis interrogatus est a Regina quid sibi esset agendum ad curandos quosdam dolores matricis, quibus afficiebatur. Hac de causa Reginae muliebria inspexit, eamque virginem adhuc deprehendit. « Curans Iosephum, deposuit, cognovi etiam uxorem eius Reginam, quae de dolore aliquo matricis conquerebatur. Occasione hac probavi ipsam a viro intactam et adhuc virginem esse ». Porro Doctor Szyszkovski Iosephum nonnisi sexdecim post menses a nuptiis cognovit,

ut in Actis testatur; ergo saltem post sexdecim menses matrimonium non fuerat consummatum. Porro difficile est suspicari illud postea consummatum fuisse, quum iam tunc Iosephus absque dubio laboraret impotentia absoluta insanabili et perpetua, ut ipse Doctor Szyszkovski in sua depositione asseruit. Et haec omnia etsi non apodycticum et iuridicum praebeant argumentum, validissima profecto sunt ad inducendas probabilissimas coniecturas inconsummationis ob impotentiam viri, quae coniecturae semiplenam probationem impotentiae, iam aliunde petitam quam maxime firmant.

Hanc autem semiplenam probationem perfectam reddit iuramentum coniugum de consummatione non sequuta. Quod iuramentum eo magis in pretio habendum est, quod omnes testes septimae manus dicunt hos coniuges esse fide dignissimus. Unum tantum est quod aliquam mihi difficultatem facessit circa fidem Iosepho praestandam. Ipse enim in sua depositione iuratus asseruit, se numquam mulieribus commiscuisse, se numquam idipsum nisi cum sua uxore pertentasse. E contra Adalbertus Schreibes sub iuramenti fide testatur se Iosephum impulisse, ut ad suas vires pertentandas conaretur cum meretrice coire, idque Iosephum conatum fuisse, sed incassum, ut ab ipso Iosepho et a meretrice se rescivisse dicit. Sed fortasse homo fere hebes, ut Iosephus videtur, qui in cachinnos sine ulla causa prorumpit, et aeger animo est, ut quidam testis dicit, non bene iudicis interrogationem intellexit putavitque a iudice percontari num cum mulieribus copulam umquam habuerit; praeterea adeo labilis memoriae est, ut dubius haereret in iudicio utrum ab uno vel a duobus annis uxor solvisset communem cum ipso cohabitationem. Ceterum uterque coniux ab omnibus testibus dicitur pius, religiosus, honestus, qui proinde omnem mereatur fidem. Accedit nullam in casu causam aliam haberi cur coniuges isti sese ab invicem separaverint. Iosephus enim mulierem suam diligebat, mulier vero virum non dereliquit alterius viri amore capta (quem

enim nunc amat et quocum peccavit nonnisi post separationem institutam cognovit) sed hac tantum de causa, quia matrimonium cum ipso consummare non poterat. Quare huic casui applicanda videtur decisio Caelestini III in cap. « Laudabilem » de frigidis et maleñciatis : « Si autem quod numquam se invicem cognoverint ambo (coniuges) fatentur cum septima manu propinquorum vel vicinorum bonae famae si propinqui defuerint, tactis sacrosanctis Evangeliis, uterque iureiurando dicat quod numquam per carnis copulam una caro effecti fuissent, et tunc videtur quod mulier valeat ad secundas nuptias convolare ». Circa quod haec optime advertit Reiffenstuel in IV Decr., tit. XV, n. 43: « Quando per inspectionem vel aliam probationem signa physice certa et evidentia impotentiae non apparent *bene tamen verisimilia et quasi moraliter certa*, potest et debet annullari matrimonium, non expectato triennio experientiae, si uterque coniux iuret, se copulam attentasse quidem, sed numquam coire potuisse, idque iurato affirment septem ex propinquis deponendo iuramentum de credulitate iurando se credere coniuges verum iurasse. Sánchez lib. 7, disp. 107, num. 4; Alexander de Nevo in c. Laudabilem 5 h. t. num. 17 et ibi Butrius num. 14; Engel h. t. num. 7, arg. c. Laudabilem 5 h. t., ubi triennalis probatio de habenda copula tum tantum conceditur ac praescribitur, quando aliunde probari non potest impotentia perpetua; ergo a sensu contrario illa triennalis probatio locum non habet si aliunde probari potest impotentia, uti res se habet in sensu conclusionis, utpote in quo licet non habeatur physica certa, tamen habetur saltem verosimilis probatio dictae impotentiae, quae probatio, accedente iuramento coniugum et propinquorum, utique sufficiens erit ». Idem sentit Cosci de separatione thori coniugalis lib. 1, c. 13, n. 26 seqq., ubi scribit: « Aut per inspectionem, aut aliam probationem non habentur signa physice certa et simpliciter evidentia, excludentia potentiam sed tamen verisimilia et moraliter quasi certa, et tunc regulariter et nisi contrarium Iudici expedire vide-

bitur, omisso , triennali experimento, et accedente solum iuramento tum coniugum de defectu perfectae copulae, tum septem Propinquorum seu Vicinorum de praestanda coniugibus fide pro nullitate matrimonii pariter est pronunciandum ».

Quare satis mirari non possum, quomodo Tribunal matrimoniale Premisliense pro certo habuerit « onaniam ab adolescentia perpetratam causam fuisse impotentiae virilis apud Iosephum, impotentiam hanc praecessisse matrimonium, absolutam et insanabilem seu perpetuam esse » , et tamen non devenerit ad sententiam nullitatis matrimonii, quia Regina virginitatem suam probare non poterat ; nihilominus sententiam tulerit de consulendo SSmo pro dispensatione a matrimonio rato, quod quidem sui iuris non erat, quamvis extraiudicialiter et privatim potuerit partibus id consulere.

Hinc ex hactenus disputatis ad quaesitum: an constet de nullitate matrimonii in casu ex capite impotentiae viri, *affirmative* censeo respondendum; vel, si magis placet, responsione data ad primum : providebitur in secundo ; ad alterum dubium : an consulendus sit SSmus pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu, *affirmative ad cautelamj,* respondendum mihi videtur.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Anno 1891 die 26 Iulii Regina quatrilustris, et Ioseph 27 aetatis annum agens, matrimoniale vinculum inter se contraxerunt.

Per duos annos coniuges habitationis et thalami communione usi sunt; sed inertia virium viri, si eos audias, impedimento fuit quominus matrimonium consummaretur.

Profecto Regina iurat : « Maritus meus conabatur quam saepissime mecum matrimonium consummare; semper in bona fide me praestiti in omnibus positionibus, quas voluit maritus meus, ut posset consummare matrimonium, sed semper in vanum laboravit. Nunquam attendi erectionem hastae eius virilis >.

Ioseph pariter iuratus affirmat: « Uxor mea nunquam

renuebat debitum coniugale reddere, non vitabat me, toto tempore cohabitationis mecum in eodem thoro dormiebat et hac in re semper mihi obtemperabat ». Et adiicit: « Certissime affìrmo, me propter impotentiam virilem nunquam potuisse cum uxore mea matrimonium consummare, et hoc iuramento firmare paratus sum ».

Eximius consultor certam habet viri impotentiam. Negotium tamen facessere videtur Anna, Iosephi mater, dum refert: « Filius meus Iosephus non laborabat aliquo morbo contagioso, aut infiammatione cerebelli, encephaliti aut notaeomyeliti. Secundo anno cohabitationis cum Regina - in quantum recordor - per levationem ponderum morbum sibi contraxit et aegrotabat per sex aut 7 dies. Tunc femina quaedam ungebat eum et dixit mihi, Iosephum, qua virum, esse validum. Filius meus non erat potationi deditus tam ante nuptias, quam post nuptias ».

Prosequitur Anna : « Utrum inter Iosephum et Reginam matrimonium consummatum fuit, an non, nescio. Femina , quae Iosephum aegrotantem ungebat, dixit mihi : Quid sibi Regina vult a Iosepho , quum ipse sit validus vir et ad matrimonium habilis? Inde ergo concludo, Reginam quaerimonias habuisse de non consummato matrimonio. Utrum aut reapse ita erat, non possum certo affirmare. Filius meus nunquam mihi dixit, ipsum medicum consuluisse, ut cum uxore matrimonium consummare posset ».

Pariter Maria Skorka ait : « Audivi , Iosephum conatum fuisse matrimonium consummare cum uxore sua Regina, illa tamen renuebat, ita ut semel indusium Reginae discinderet et ipse corrumperetur. Quando solemnitatibus nuptialibus aderam, nec ipsa admittebam, nec aliquis praesentium, coniuges hos secum non convicturos et se separaturos esse ».

Praemissa in dubium adducunt assertam Iosephi impotentiam et proin ipsam nullitatem matrimonii ; de dispensatione vero agere piaculum est, quia matrimonii inconsummatio certior esse nequit impotentia viri, et incivile est

confugere ad extraordinaria, ordinariis posthabitis iuris remediis.

Dubium

I. *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Et quatenus negative.

II. *An consulendum sit SSmo super dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.*

RESOLUTIO. S. C. C. re discussa, seb die **14** Maii **1898** censuit respondere : Ad primum *Affirmative* ; ad secundum *provisum in primo.*

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII.

Die 20 Februarii, Ii Decembris 1897 et 18 Iunii 1898.

Sess. 24. cap. 1. de ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Ferdinanda Maria **17** annos nata matrimonio iuncta est *die 10 Maii 1890* Parisiis in Sacello Nuntiaturae Apostolicae Corniti Philippo. Coniugium autem hoc haud faustum habuit exitum, siquidem *mense Iulio 1894* Ferdinanda valedixit viro, simul petens a tribunali civili divortium, quod de facto in favorem utriusque coniugum declaratum fuit.

Recursum insuper habuit mense Novembris **1894** ad Emum Archiepiscopum Parisien., eidem significans, se tantum post duos resistentiae annos, coactam a matre metu gravi consensisse in matrimonium. Ideoque enixe supplicabat ut suum matrimonium nullum irritumque declararetur ex capite vis et metus.

Emus Archiepiscopus remisit cognitionem causae usque ad sententiae prolationem Iudici delegato, qui, constituto Tribunali, iuratas depositiones actricis, eius viri pluriumque testium excepit : atque, omnibus perpensis, sub die 23

Iulii 1896 hanc dedit sententiam : « Dicimus, declaramus et pronuntiamus constare de nullitate matrimonii inter Philippum Comitem et Ferdinandam Mariam ».

Ab huiusmodi sententia defensor vinculi appellavit ad S. C. Congregationem.

Disceptatio Synoptiea

DEFENSIO MULIERIS. Patronus actricis recolit in primis tralatitium in iure esse ad matrimonium valide ineundum requiri mutuum ac liberum contrahentium consensum ; quin imo in nullo alio contractu tantam requiri libertatem quanta in contrahendo matrimonio servetur oportet. Testis S. Cyprianus *de habitu vir g.* Et Gonzalez *lib. 4 decret., tit. 1, cap. 15,* § 5. « Cum matrimonium petat voluntatem omnino voluntariam, nusquam libertas tam necessaria est quam in matrimonio». Quibus consonant S.Thomas *supp. g. 47, a. 3,* Portius *de imp. matr., caus. 31, q. 3, § 13,* Card. Cosci *de separ. tori, lib. 1, cap. 8, n. 3,* nec non recentiores, uti Gasparri *tract, de matr. nn. 805 et seqq.*

Iamvero in casu constare ait, Ferdinandae libertatem violatam fuisse ipsamque ad matrimonium nonnisi vi et metu matris fuisse compulsam. Ad quod probandum praeter ea, quae in facti specie innuerat orator, quod scilicet Ferdinanda cum primo ei de hoc matrimonio contrahendo factus est sermo, flammis comburendam proiecit suam propriam imaginem (photographie), quam mater ad Philippum mittere statuerat; cum postea ipsa novit Philippum suicidium foede attentasse, primum gavisa est, sperans fore ut tale facinus matrem ab incepto deterreret, deinde vero hac spe frustrata « Elle regrettait qu'il n'eût pas réussi dans cette tentative »; tandem post longam afflictationum minarumque seriem expletae fuerunt nuptiae. Advocatus illud meminit quod non solum iudiciales testes docuerunt, sed etiam hic Romae notorium esse affirmat, nempe tempore quo initum fuit matrimonium ob celebre *Panama* res fa-

miliae oratricis tam arctas fuisse quam quae maxime. Insuper oratricis mater, patre iam senio confecto ac vix sui compote, numerosa prole eaque, maxima ex parte, foeminea onusta erat. « Ma mère, ait oratrix, avait onze enfants et au moment où ce mariage se traitait, ma famille se trouvait dans des difficultés ».

Contra Philippus nobilitate et divitiis maxime pollebat, ita ut Ferdinandae mater ingens emolumentum ex hoc matrimonio sibi suaeque domui obventurum speraret. « Le jeune homme, ait mater, avait de la fortune, un nom, et j'espérais par là être utile à mes autres enfants... j'étais persuadée que ma fille ne pouvait faire un meilleur mariage ».

Praeterea ob oculos ponere satagit patronus quaenam fuerit matris oratricis natura. Nimirum Carolus testis, frater consanguineus oratricis, annos natus 54, ita respondit Iudici : « Je crois que ma belle mère a entendu conduire ses enfants à sa guise. Son caractère est très-autoritaire. Elle est portée à se substituer à toute initiative de ses enfants, même dans les plus petits détails ». Item Laurentia Fetridge, « je suis liée avec elle____qui est très-bonne, mais je ne connais pas de femme plus autoritaire. Je ne sais pas s'il y a une mère ayant plus d'autorité qu'elle sur ses enfants, elle ne raisonne pas, elle fait marcher ». Maximus Brénier de Montmorand dixit « elle a un coeur excellent, mais elle est très violente, elle a les qualités et les défauts de créoles, elle est très-autoritaire. Son attitude vis-à-vis de ses enfants se ressent de son caractère violent et autoritaire. Elle veut être obéie à tout prix ». Quibus, praeter alios, accedit Philippus inquiens : « elle a un caractère tres-fantastique, très-sévère parfois et sur d'autres points très-large. C'est une nature très autoritaire, on ne peut pas la faire céder. Je crois que je suis le seul l'avoir fait céder ».

Notat insuper orator matrem durius cum oratrice quam cum aliis filiis semper agere consuevisse. « Ma mère, ait oratrix, était difficile avec mon frère aîné et moi ». Quod quidem ita enucleavit Comes de Casague de Beaufort de Mi-

ramón: « M.me était très-dure envers certains des ses enfants et surtout envers M.lle Ferdinande.... Elle tombait toujours sur elle. M.lle Ferdinande avait un véritable terreur dé sa mère, elle était presque toujours blâmée même pour les fautes de ses frères et ses sœurs_____M.lle Ferdinande était pour ainsi dire le souffredouleur de sa mère ».

Quid vero talis mulier in adiunctis supra recensitis constituta agere ausa sit, ut propositum finem assequeretur, existimat patronus concipi forsan melius posse quam describi. Notat enim haberi in casu ea omnia quae in huiusmodi causis magni facienda esse docuit S. Congregatio S. R. et U. I., in *Instructione* data *fer. IV, die 20 Iunii 1883.* « Considerandum est utrum qui de illata vi metuque accusantur, patria potestate et auctoritate pollerent, an qui vim metumve passi sunt, nullatenus eisdem subiecti fuerint; quae ratio vis inferendae, magna ne ex matrimonio propriae domui utilitas aut decus obventurum? quae indoles vim inferentium, quae conditio, qui mores, qua ratione familiam regere consueverint : utrum ad iracundiam et violentiam... proclives... et animo ita essent duro atque obstinato, ut a nemine sibi contradici aut impedimenta obiici paterentur ». Quare in themate maxime attendendum esse ait principium iuris traditum a S. R. Rota *coram Ludovisio decis. 336 § 3:* « Multum in eo (in probando metu) valet argumentum ductum a verosimilitudinibus ».

Ceterum, addit, quae enarravit oratrix, quae ipsa mater confessa est quaeque testes docuerunt, sunt certe gravissima. Ita ad varias Iudicis interrogationes respondit oratrix: « A chaque instant il y avait des scènes entre ma mère et moi, elle me disait que j'étais une fille indisciplinée, une mauvaise tête etc. Une fois ma mère me donna un soufflet parce que je ré fusais mon consentement au mariage. Ma mère a commencé auprès de moi par des raisonnements, elle en est venue aux instances et a passé aux menaces me disant qu'elle me mettrait au Couvent du Sacré-Coeur. J'avais toujours été élevée dans ma famille et ce Couvent

me faisait peur. Je crois que ma mère aurait exécuté sa menace. Voyant que je résistais toujours, dans un moment de colère ma mère me donna le soufflet dont j'ai parlé plus haut.... Elle me disait que je plierai ou casserai.... J'ai refusé ce mariage en disant que je ne voulait pas de Mr. qu'il me déplaisait et qu'on ne me forcerait pas à me marier avec lui et j'ajoutais que si on me mariait de force avec lui je ne deviendrais pas sa femme. Ma mère me disait alors que je devais céder, qu'en tous cas elle me mettrait au Couvent jusqu'à vingt-et-un ans, même vingt-cinq ans____ma résistance a duré deux ans. En avril 1890 je suis restée trois jours dans ma chambre ne voulant voir personne, comme j'ai déjà dit, à la suite de scène du soufflet. Comme les scènes très-pénibles se multipliaient sans cesse je cédais à la pression, et comme Mr. se présenta à ce moment, ma mère précipita le mariage ».

Quae quidem, prosequitur, nedum confirmavit mater, sed ea enucleando significavit graviora fuisse quam prima fronte videri possent. Sic ipsa iuravit: «Ma ñlle repoussa énergiquement cette proposition de mariage. Alors je voulus la faire céder; je lui donnai même un soufflet et la menaçai de la mettre au couvent.... En 1889 j'avais même envoyé mon institutrice au Sacré-Cœur pour demander si on ne pourrait pas lui donner une chambre?......Ma fille pour refuser ce mariage avait pour motifs principaux... une répugnance très vive pour Mr.; 2° une affection pour un ami de ses frères... J'ai exercé une violente pression sur ma fille pour lui faire contracter ce mariage. J'ai terrorisé ma fille pour la décider à épouser Mr. J'ai chargé aussi plusieurs personnes de peser sur ma fille pour la decider, elles l'ont fait.... Je lui disais du reste que c'était un projet arrêté par moi et qu'elle était beaucoup trop jeune pour donner son avis.... Mes instances auprès d'elle pour l'amener à consentir à ce mariage ont été incessantes. Comme elle est très craintive et très-nerveuse, elle était fatiguée de mes observations, elle voulait rester certains jours complètement

enfermée.... Oui j'ai frappé deux fois ma fille et je l'ai enfermée plusieurs fois dans sa chambre avec défense de com-> muniquer avec ses frères et soeurs. Je m'exaspérais d'autant plus contre elle que jusque là elle était très-soumise... Au mois de Mars 1890, il y eut entre elle et moi une scène violente. Toute la journée je l'avais obsédée et pressée, elle m'avait résisté. Le soir en remontant dans ma chambre je rentrais dans la sienne. Je la trouvai évanouie. J'en fus effrayée.... Malgré cela je me faisais illusion.... Ce qui fit que ma fille cessa résistance fut une immense lassitude, elle n'en pouvait plus de mes obsessions_____Sa santé était altéré, elle avait beaucoup maigri, elle n'avait pour ainsi dire plus de force physique ».

Animadvertit autem orator maximi faciendum esse supra recensitum matris testimonium. Ipsa enim de facto proprio testatur et quidem de facto, quod eius honori profecto non cedit. Quare, iuxta patronum, hoc testimonium existimari potest veluti confessio rei, quae in iure probationum regina appellatur. Hinc S. R. Rota testimonio eorum qui metum incusserunt, magis quam aliis deferendum esse docuit in *decis. 732 § 6 coram Emeriz.* « Parentes qui metum incusserant admittuntur... ad testificandum et cum deponant de facto proprio magis ipsis quam aliis venit deferendum ».

Ceterum, addit, ea omnia quae oratricis mater iuravit non solum credibilia prorsus redduntur ex supra deductis circa ipsius ingenium praepotens et obstinatum, nec non circa adversa adiuncta in quibus tunc temporis eiusdem familia versabatur, sed etiam per alios testes cumulatissime comprobantur.

Ex his vero quae coram extraneis « devant le monde » contra oratricem mater agere consueverat, arbitratu oratotoris, facile contici potest quid contra ipsam egerit secreto. Certe propinqui et domestici sub iuramento affirmarunt se multoties audivisse clamores vim inferentis in cubiculo, ubi erat mater cum filia et saepe vidisse in vultu ipsius filiae signa illatae violentiae.

Quae quidem testimonia haud parvi facienda esse, ait orator, et ad rem ea recolit quae perstrinxit S. R. Rota in •*decis. 590 coram Merlin,* et praesertim in cit. *decis. 326 coram Ludovisio,* ubi haec scripsit : « Pro resolutione praemittebatur metum esse difficilis probationis.... cum secreto et clam inferatur, praesertim vero quando infertur a patre filiae secum habitan ti : ac propterea in eo leviores probationes sufficiunt et admittuntur testes domestici et qui alias non admitterentur ».

Concludit itaque advocatus, contra oratricem adhibitas fuisse ab ipsius matre non solum importunas, sed continuas et in dies gliscentes instantias, suasiones, obiurgationes, crebras in cubiculum detrusiones aliasque afflictationes, nec non verbera et minas eam relegandi in monasterium, penitusque in posterum deserendi « de ne plus s'occuper d'elle ». Quapropter dicit se posse abstinere a referendo multa quae sacramentales testes docuerunt, quod nempe oratrix fuerit indole valde mitis ac timida, quod imo ipsa non solum fuerit : « Impressionable, nerveuse et timide au point qu'au moment du mariage elle était à peine une personnalité », sed insuper ardenti filiali amore prosequuta sit matrem, cui proinde displicere verebatur : « Elle adorait sa mère, tout en la craignant beaucoup », quod demum V. Comes Brénier de ipsa iuravit : « M.lle avait 17 ans, mais elle me faisait l'effet d'en avoir dix ».

Etenim, ait, hucusque deducta in iure satis superque habentur ad incutiendum metum gravem, nedum timidae ac affectuosae puellae, sed cuilibet filiae. Siquidem ex iurisprudentia canonica, quando agitur de persona, cui metum patiens reverentiam debet, ad dirimendum matrimonium sufficiunt vel solae importunae instantiae, etsi nec minae nec verbera intercedant. Testis S. R. Rota in *decis. 491 coram Royas n. 8:* « Ad hunc effectum (irritandi matrimonium) persuasiones et importunas instantias, cum metu reverentiali coniunctas, provenientes ab eo, quem reveremur, satis esse probant *Sánchez, Barbosa* etc. Praedictis enim

concurrentibus nec minae desiderantur ». Et *coram Ludovisio dec. 326 n. 13.* Idipsum tradunt Piringh *lib.. 4 tit. 1 sect. 4 n.119,* Schmalzgrueber *tom. 4 p.l tit. 1 § 313, Cara.* Cosci *de separ. tori lib. 3 cap. n. 88,* D' Annibale *Summ, Theol. mor. p. Iii § 3Í5 etproleg. § 138, 14* etc.

Praeterea deduci patronus effectus sane lugendos ex matris vexationibus in oratrice secutos fuisse. Nimirum ipsa non modo vultus hilaritatem in moerorem commutavit, saepe lacrimas effudit, valetudinisque detrimentum passa est, sed eo usque deducta fuit, ut eius animo iam nihil medium videretur inter iniunctum matrimonium et mortem ; quin imo et mortem ipsam se malle saepe declaravit eamque quaerere non dubitavit. Ita testati sunt eiusdem soror Eugenia aliique testes.

Hic autem ipse patronus solvere curat difficultatem quae oriri posset ex eo quod tunc in vivis adhuc erat oratricis pater, ac proinde quis forsan arbitretur puellam immerito timuisse cum ipsi effugium pateret ad patrem. Et in primis respondet illud M. Tullii : « suo quemque arbitratu timere oportere» *(orat. pro domo sua c. 4):* scilicet hac in re attendendam esse dumtaxat patientis opinionem, prout etiam Romanorum iure statutum erat, teste Haimberger, *Diritto rom. priv. lib. 1 c. 4 % 89.*

Sed vero negat oratrici patuisse effugium ad patrem. Hic enim nedum moraliter, sed etiam physice impediebatur quominus filiae hac in re auxilio esset. Moraliter, quia praeterquam quod sponsus eidem acceptus erat quippe « était son filleul », eaedem rationes quae matrem ad cogendum impellebant, ipsum quoque movebant ad matrimonium cupiendum vel saltem ab eo prohibendo retrahebant. Physice autem quia ipsemet pater, qui paulo post mortuus est, iam senio aerumnisque confectus, forsan ne vix quidem sui compos erat, neque ullam amplius vocem habebat in negotiis familiae.

Quo vero melius pateat quid a patre sperare posset oratrix contra matris imperium, breviter recenset patronus qua

arte et vi mater repulerit conatus ad rem adhibitos a diversis amicis et consanguineis.

At insuper oratricis recursus ad patrem, iuxta patronum, nedum inutilis, sed etiam perniciosus ipsi fuisset. Etenim constat, matrem non solum filiae prohibuisse quominus hac de re verbum faceret « à qui que ce soit », sed eam insuper ita segregasse ut omnis prorsus auxilii petendi facultas eidem etiam physice adempta fuerit, fassa est mater ipsa.

Nec satis adhuc, sed subita praecipi tan tia compressam fuisse ait, oratricis voluntatem. Reapse ipsius oratricis mater confessa est : « En outre elle fut surprise ; le jeune homme arriva beaucoup plus tôt qu'il n'était convenu. Le mariage avait été d'abord indiqué pour la fin de l'année 1890... il a été célébré le 10 Mai 1890. . . . Nous avions peur que ma fille ne revint sur sa décision.... Le mariage a été précipité par la mère et le jeune homme, parce que malgré une belle apparence de santé Mr. était atteint d'une maladie honteuse et cette maladie il l'avait depuis l'âge de quatorze ans ».

Itaque ad incitas redacta puella matri protestata est se iniunctum matrimonium uti sacrificium subire, simul precata Deum aerumnosam suam vitam diu ne protraheret. Immediate ante matrimonium quae evenerant, summatim nuntiavit iuveni quem iampridem diligebat per epistolam similibus verbis conceptam : « Ma vie est brisée, c'est fait, j'espère que le bon Dieu ne me fera pas souffrir trop longtemps ; je ne vis plus que pour mon petit père ». Licet autem, animadvertit orator, exemplar originale huius epistolae, non multo post matrimonii celebrationem destructum fuerit; de eius tamen existentia, quam oratrix solemni iuramento confirmavit, tres testes omni exceptione maiores fidem faciunt.

Ita expositis adiunctis matrimonium praecedentibus, pergit patronus ad enucleanda *concomitantia.* Affirmât autem testimonio quamplurimorum suffultus talia haec fuisse, ut oratrix non uti sponsa ad nuptias laeta progredi, sed

quasi victima cum tristitia et lacrimis ad supplicium trahi videretur.

Hic autem describit orator cuiusmodi fuerit vir cum quo Ferdinanda contraxit. Et refert ad rem verba V. Comitis Brenier, qui ex officio interrogatus respondit : « Mr. est un homme qui m'apparait comme dépourvu de sens moral; une sorte de fou, un déséquilibré. M.lle F. savait au moment de son mariage que Mr. s' était tiré un coup de pistolet pour une fille, et je ne m'étonne qu'indépendemment de toute affection qu'elle pouvait avoir par ailleurs, elle éprouvait pour ce Monsieur une répulsion qui l'éloignait absolument du mariage ». Addit autem haec omnia et etiam graviora ex tota actorum serie evidentissime erumpere. Item animadvertit quod vir licet perspectam haberet oratricis reluctantiam, prout ipsemet satis significavit iurando: « J'ai demandé à M.lle Ferdinande si elle consentait à me donner sa main. Elle m'a répondu un oui assez dubitatif et très-hésitant », tamen noluit ullo pacto videri repulsus, sed acriter contendit ut vinceret : « Le jeune homme savait très-bien, iuravit F'erdinandae mater, que ma fille ne pouvait pas le sentir, et ne mit que plus d'acharnement à faire-aboutir le mariage ».

His praemissis, gradum facit patronus ad exponenda adiuncta matrimonium *subsequentia,* simul notans oratricem, quae tunc erat septemdecim dumtaxat annorum, quaeque virum? sibi traditum vehementi antipathia prosequebatur, nondum probe novisse naturam officiorum coniugalium. « Je ne savais pas au juste, iuravit ipsa oratrix, à quoi je m'engageais, et mon intention était de ne vivre auprès de mon mari que comme si j'avais été sa sœur.... je ne me suis pas prêtée librement à mes devoirs d'épouse. La première nuit mon mari m'avait fait une véritable violence. Dans-nôtre voyage de noces mon mari voyant mes résistances eut d'autres relations ; il contracta même une maladie »

Quae omnia confirmari vult orator nedum ex aliis testibus, uti maxime ex Ferdinandae matre et sorore ac V, Co-

mite Brenier, sed etiam ex actis tribunali civili pridem exhibitis.

Declarat autem orator se, brevitatis gratia, abstinere ab iis referendis quae deinceps secuta sunt. Quidquid enim subinde evenerit nihil prorsus, inquit, validitati matrimonii conferre potuit ob notam S. C. Trid. legem, qua, sancitum est matrimonium ex metu, ut in casu contenditur, initum convalidari non posse nisi iterum contrahatur servata eiusdem S. Conc. forma. Ita sane S. C. C. declaravit in *Panormitano, - nullitatis matrimonii - die 30 Septembris 1719.* Consonat S. R. Rota *in dec. 90 coram Séraphin,* nec non Barbosa *vot. decis. lib. 5, vot. 17, n. 178,* Schmalzgrueber *tom. 4, pag. § 40 etc.* — Quod vero de matrimonio iterum in forma Tridentina contrahendo ne cogitatum quidem fuerit in casu, neminem negaturum esse confidit.

Demum hisce omnibus veluti in una tabula descriptis, animadvertit patronus ea deducta fuisse, nedum ex iudiciali examine oratricis et viri, sed etiam ex ipsius matris confessione et iuramento aliorum quindecim testium quos recenset et laudat, uti aetate, conditione, religione praestantes.

Porro contendit existimandum non esse istiusmodi personas omnes in re tam gravi et sancta periurii crimine sese foedasse. Nam 1. iuxta receptissimum iuris principium « delicta et collusiones non praesumuntur » seu « nemo maius praesumitur,» idque multo minus in actu; quo quis conscientiae causa ad Ecclesiae auctoritatem confugit. 2. In praefatis testibus, praeter intrínsecas dotes, de quibus supra, extrinsecae omnes sinceritatis notae eminenter elucent, uti attente perlegenti integras eorum responsiones facile patere ait. Exempli gratia, addit, ipsi non testantur nisi de iis quae certo noverant, scientiae causam sedulo allegantes, et ingenue fatentes se ignorare si quid eis minus notum, licet oratrici utile, a Iudice quaereretur. Quidam autem ex ipsis ne noverant quidem qua de causa ad Tribunal vocati essent, prout expresse testata est Anna Wilson iurans.

3. Cardinalis Cosci in *Opere de separ. tori lib. 3, cap. 2* postquam ostendit quot mala ex affectata incredulitate proveniant, haec adiecit : « Infallibiles probationes in rerum natura non habemus, ne publica instrumenta quidem dum falsa esse possunt et uti false quandoque evincuntur. Sed quae in iure legitimae probationes renuntiantur in iudicio pro veritate haberi debent ». 4. Tandem notat Archiepiscopalem Curiam Parisiensem, cui personae omnes aliaeque factorum circumstantiae bene perspectae erant, eisdem plenam fidem adhibendam esse per suam sententiam solemniter declarasse.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. Defensor vinculi ex opposito notat praeprimis hodiernae controversiae actricem vestigia sectari Comitissae Constantiae de Montmort, cuius causam S. C. C. in postremis generalibus Comitiis examinavit. Sicuti enim Constantia iurabat se ad nuptias contrahendas coactam fuisse a matre, ita asserit quoque Ferdinanda; atque prout agmen spectatissimorum testium repraesentabat Constantiam summa lenitate ornatam, nihil vero esse Constantiae matre durius, eodem modo in praesenti testes Ferdinandam proclamant: « très-douce, bonne », matrem autem « très-autoritaire, elle ne souffre pas qu'on lui résiste ». Testes omnes insuper in adiunctis referendis circa praetensam coactionem mirifice ambabus in causis concordant.

Mirifica vero ista Ferdinandae et Constantiae earumque matrum consonantia, quae nedum ex praemissis, verum etiam ex tota amborum processuum serie erumpit, potest utique iuxta oratorem existere in rerum natura, sed potest etiam partum esse magna ex parte fervidae imaginationis.

Nihil enim prohibet quominus leguleius aliquis, quum sciverit Constantiam fausto omine Parisiis adversus matrimonium dirnicasse, et animadverterit Constantiae conditionem Ferdinandae conditioni in nonnullis convenire, praesentem processum eodem modo accommodaverit, idem faustum eventum expectans. Quod gravissimum quidem incom-

modum tum tantum, inquit, cessare potest, cum praeter testes ex una parte inducti, excutiantur etiam testes ex alia parte, vel saltem ex officio. At neque praesenti in causa reus testes inducit, quippe qui profitetur se actioni iudiciali uxoris nolle resistere.

Miranda nimis vinculi tutori apparet agendi ratio Commissae Mariae, Ferdinandae matris, quippe quae adeo minute atroces, quas ipsa filiae intulisse dicit iniurias, describit, ut crederes illam iniurias eodem actu, quo eas perpetrabat, uteris consignasse et subinde quotidie reduxisse in memoriam, quasi nihil iucundius in vita sua cogitare potuerit, quam infelicitatem a se filiae insonti comparatam. Atque heic prolixam refert matris actricis narrationem circa adiuncta matrimonium praecedentia, ex qua infert, quod si omnia illa adiuncta a veritate aliena non essent, haud crederei Mariam Ferdinandae esse matrem, sed novercam ; imo neque feminam, sed inter hyrcanas tigres eam amandaret. Verum non amoris erga filiam defectum deprehendit in Comitissa Maria, sed eam a veritate potius deflectere arbitratur nimio in filiam amore abreptam. Ipsa enim filiam ab infortunio eripere obnititur narrationibus a veritate dissonis.

Fides potius adiiciatur Carolae Allard, testi minime suspectae, quia Carola Mariae familiaris est atque intima, et principalis Ferdinandae testis praeter matrem. Iamvero Carola pro viribus quidem studet Ferdinandae eiusque matri suffragari; at nihilominus iureiurando affirmat: « J'ai vu quelques lettres de M.me (Ferdinandae) durant les premières semaines du mariage, disant à ses parents que son mari était très-gentil à son égard, elle semblait très-contente. Plus tard, après quelque mois j'ai appris que Mr. laissait beaucoup à désirer et que le mariage n'était pas heureux ».

Carola procedit ulterius et affirmat: « Je regard M.me comme une mère admirable, c'est une femme supérieure, elle est incapable d'une action mauvaise. Jamais elle n'aurait sacrifiée son enfant, ni pour un nom ni pour une for-

tune ». Et percontata a Iudice: « Quand et comment avez -vous eu la pensée ou avez-vous appris que le mariage de Madame pourrait bien n'avoir pas été valide pour cause de pression : et quelle est votre opinion sur le degré de cette pression? » Carola reponit: « Non, jamais je n'ai eu la pensée que le mariage de Mademoiselle pouvait ne pas être valide pour cause de pression. Oui je pense que M.lle a eu assez de liberté pour donner consentement au mariage. Elle était très-jeune, elle obéissait à sa mère avec une grande répugnance. C'était une nature intelligente, l'esprit ouvert sur beaucoup de choses, et si elle avait été plus loin dans la résistance, le mariage ne se serait pas fait ».

Carola Allard confitetur: « Je ne crois pas que M.me Ferdinande ait témoigné à M.r son mari lui-même ou à la famille de ce dernier l'aversion qu'elle avait de ce mariage, ni qu'elle ait fait aucune déclaration pour dire qu'elle n'était pas libre pour ce mariage » et urgenti iudice: Quand M.me (Ferdinanda) s'est elle plainte et à qui de ne s'être pas mariée librement, mais forcée ? » Testis reponit : « Je îie sais pas quand et à qui a pu se plaindre M.me Ferdinande de ne s'être pas mariée librement et forcée ».

Nec alio modo loquitur iuxta defensorem Dna Pineto.

Gressum postea facit sacramenti vindex ad rei depositionem examinandam, qui quamvis nullitatem matrimonii toto corde cupiat, tamen fatetur Iudici se ante nuptias ne somniasse quidem de coactionibus a matre illatis Ferdinandae; et ad interrogationem: « Vous aurait elle manifesté à vous même, avant le mariage, de la froideur, de l'antipathie, ou même un refus déterminé de vous épouser? L'aurait-elle dit, à votre connaissance, à d'autres personnes et lesquelles ? » Candide reponit Philippus : « Non, M.lle Ferdinande ne m'a pas laissé voir qu'elle ne voulait pas m'épouser. Elle ne montrait ni entrain ni enthousiasme pour ce mariage, elle laissait faire ». Quoad actricis depositionem, quae aeque ac mater multa inania falsaque animo fingit, animadvertere satagit quomodo ipsa iuraverit: « Dès 1888

ma mère m'a parlé de ce projet (matrimonii) et pendant deux ans elle a pesé sur moi ; à chaque instant, il y avait des scènes entre ma mère et moi, elle me disait que j'étais une fille indisciplinée, une mauvaise tête etc. Une fois ma mère me donna un soufflet parce que je refusais mon consentement au mariage qu'elle proposait ».

Adesdum, exclamat defensor, ad quaestionem : « En quoi a consisté cette pression? et combien de temps a-t-elle duré? Y a-t-il eu des instances pressantes, des paroles dures, des menaces et lesquelles? des mauvais traitements et lesquels ? » ; quomodo reposuerit Carola Allard iam dictum est. Eugenia vero Ferdinandae soror fatetur : « Je n'ai assisté pas à aucune scène entre ma mère et ma soeur ». Carolus frater inquit: « Je n'en ai pas été témoin »; Bertrandus alter frater ait : « Je n'ai pas assisté à des scènes de violence... Je n'ai pas été témoin des entretiens qui ont eu lieu entré ma soeur et ma mère ». Nulla prorsus ratione intelligere autem valet quae sint illae Ferdinandae sorores, de quibus ait : « Mes sœurs ont été au courant des scènes qui avaient lieu entre ma mère et moi ». Inter adductos enim testes non alias sorores deprehendit praeter Eugeniam.

Succedunt, prosequitur, « les domestiques», et prima occurrit Maria Price « ancienne institutrice de M.lle Ferdinande protestante »; quae iurata affirmat: « Non, je n'ai pas assisté aux entretiens de la mère et de la fille »; Ioanna Barney « ancienne nourrice des enfants de M.me »; rotunde iurat: « Je n'ai jamais assisté à aucune scène »; Mathildes Sölkmann, « isti tutrice chez M.me la Comtesse, protestante » ait : « Je ne peut répondre que ceci à cette question : j'étais à ma salle d'études, je n'ai pas vu de scènes entre M.me et sa fille »; Maria Bijeard, « lingère chez M.me la mère testatur: « Je n'ai pas été témoin direct des scènes entre la mère et la fille ».

Quapropter orator haud credere potest Ferdinandae, dum ait : « Les domestiques ont été témoins de toutes les scè-

nés. . . . . . mes sœurs ont été au courant des scènes qui avaient lieu entre ma mère et moi ». Haec iuxta ipsum demonstrant non solum quam parvus actrici sit veritatis amor, sed praeterea necessario abigunt quamcunque metus sive ordinarii sive reverentialis umbram. Haud enim credibile est quod nemo ex phalange domesticorum, fratrum ac sororum nec saevitias viderit, nec minas, nec preces, nec discussiones, quamvis per duos annos perduraverint.

Nec aliquid probare existimat Anna Wilson « femme de chambre de M.me, protestante » dum laconice inquit : « Bien souvent elle (mater) lui (Ferdinandae) a fait des scènes ». Si enim haeretica ista famula scivisset quod omnes alii domestici, fratres, sorores ignorant, certo certius rationem suae attestationis redderet, seu causam scientiae proferret; maxime quia, Iudex sapienter quaesierat: « De quoi avez-vous été vous même témoin, et ce que vous savez d'ailleurs comment l'avez-vous appris? » Ideoque in casu quadrant quae Leuren, *for. eccles, lib. 2, q. 640, n. 1* habet: « Testis positive interrogatus a parte adversa de scientia sui dicti seu testimonii, respondere debet assignando causam dictae scientiae, ita ut, si respondere nolit, aut nequeat, multo magis, si neget vel falsam aut ineptam allegat, fides ei omnino adimatur et probationem nullam faciat ».

Ab Anna Wilson non valde discrepare, ait vinculi tutor, dominam Pineto, « orthodoxe », ipsa etiam pro Ferdinanda testimonium dicere vellet, sed nec ipsa de sui dicti scientia respondere vult, nec causam scientiae assignat.

Quinimo testimonium Dñae Pineto et Annae Wilson flocci facit alia etiam ex causa ; quia nec una nec altera narrat peculiaria facta cum circumstantiis atque adiunctis temporis et loci. Dicant, quaeso, Wilson et Pineto, urget, quando, quoties, quare, ubi, coram quibus, quid in filiam moliebatur, quidve praestabat mater, dum : « Elle se montrait trop dure, la grondait, a fait des scènes ». Non enim testium est aestimare facta eorumque iuridicum valorem v. gr. an constituant iustum metum definire, sed Iudicum; qui

id profecto praestare non possunt, si facta peculiaria cum singulis circumstantiis ob oculos non habeant.

Qua de causa, prosequitur, nihil magis praedicatum in iure est, quam quod metus per facta sit probandus. In synopsi *decis. 920 n. 16, 17 et 18* coram Molines legitur: « Incussio metus ad annullandum actum, tanquam quid facti debet concludenter probari. Et quidem cum ea circumstantia, quod sit metus cadens in constantem virum. Ex quo actus fuerit requisitus cum aliquo calore, non resultat probatio violentiae et metus, qui non potuerit evitari a viro constanti ». Item eadem Rota in *decis. 301, n. 17,part 21 rec.*

Quae cum ita se habeant, risu excipit illa Bertrandi de Lesseps: « Une fois ma soeur sortant de chez ma mère avait les yeux rougis »; Mariae Price : « J'ai vu plus d'une fois sortir en pleurant M.lle Ferdinande de chez sa mère »; Ioannae Darvrey: « J'ai vu souvent sortir en larmes M.lle Ferdinande de chez sa mère » ; Eugeniae « J'ai vu souvent pleurer ma soeur en revenant de chez notre mère »; Mathildis Söhlmann et Mariae Bijeard.

Neque alapam dissimulât defensor « *soufflet* » passim commemoratam a testibus et cum quibusdam etiam circumstantiis a Ferdinanda atque a Carola Allard narratam. Sed quaerit praeprimis an una tantum vice, vel pluries mater alapam filiae dederit. Unus namque colaphus praesertim si gravis haud sit, metum minime constituit cadentem in constantem virum. Nemo autem testium, etsi omnes toti in eo sint, ut actrici suffragentur, gravem alapam illam fuisse dicit. Quo vero ad alaparum numerum ait quidem Maria Bijeard : « J'ai entendu parler d'un et même de plusieurs soufflets donnés par la mère à la fille, mais moi je ne l'ai pas vu »; et haeretica famula Mariae Anna Wilson, impavide asserit : « Je l'ai vue plus d'une fois donner des soufflets à sa fille ». Communiter vero testes de una tantum alapa loquuntur, uti et ipsa actrix affirmat.

Nullo modo denique orator movetur ex eo quod asse-

ratur Ferdinandum, in actu celebrationis matrimonii aperte ostendisse se Philippo nubere nolle. Ista sunt verba tantum, ait. Die enim 8 Maii 1890 Ferdinanda splendide ac magnifice se exornat, pergit ad praesidem VIII parisiensis regionis et testibus adstantibus nitide profitetur se velle Philippum virum sibi iungere; atque duos post dies eadem Ferdinanda splendidiori etiam apparatu ad Parisiensis Apostolici Nuntii domum proficiscitur ac omnibus a iure praescriptis ad valide et licite matrimonium celebrandum servatis, coram Apostolico Nuntio et testibus matrimonium cum Philippo init.

Quae cum ita sint, defensor adducit notissima verba Rotae R. *decis. 149, § 1, coram Ratto:* « Cum agatur de matrimonio contracto coram parocho et duobus testibus iuxta formam praescriptam a sacro Concilio Tridentino in *sess. 24 De reform, matrim, cap. 1,* et in ipso celebrationis actu intervenerit liber consensus utriusque contrahentis, omnis praesumptio militare debet pro validitate eiusdem matrimonii, nullaque ratio habenda est de oppositis exceptionibus, quando illae non sunt adeo perstringentes et efficaces, ut in continenti et concludentissime, evincant praetensam nullitatem, sive ex defectu liberi consensus, sive ex alia irritanti causa promanantem ».

Rotae autem doctrina apodictice confirmatur per Instructionem S. C. S. R. et U. Inq. die 20 Iunii 1883 editam: « In hac re iudex sciat matrimonium esse per se factum quoddam solemne et publicum, quod semper validum censeri debet, nisi evidentes rationes eiusdem nullitatem demonstraverint ». Nemo vero iuxta oratorem apodictica appellant argumenta praesenti in causa adducta, seu dicet per ea omne prudens dubium de existentia metus excludi. Praeter quod ad hoc necessario requiritur, ut testibus ab actrice datis testes opponantur sive a reo producti sive ex officio, decantatum illum consensus defectum ita testes narrant, ut quisque ex se sibi fidem adimat.

Si Ferdinanda, urget sacramenti vindex, reapse iis moe-

stitiae moerorisque significationibus nuptura altare ascendere^ quibus iam iam moriturus patibulum ; et per totum non breve illud nuptialium solemnium spatium magnam profuderit lacrimarum vim, certo certius Apostolicus Nuntius atque adhibiti testes coactas esse nuptias facile deprehenderet, dum e contra hoc ne somnio quidem suspicati sunt. Imo illi quoque testes qui modo talia referunt haud permisissent eiusmodi coniugium ac dilectam miseramque puellam e tanto impendenti infortunio eripuissent. Quod si aliquas Ferdinanda fudit lacrimas id evenit non ex coactis nuptiis, sed vehementi ex amore, quem semper erga patrem nutriverat.

Quibus animadversis, propositum fuit diluendum dubium. *An sententia Archiepiscopalis Curiae Parisien, sit confirmanda vel infirmanda in casu.* Cui dubio sub die 20 Februarii 1897 responsum fuit:

Dilata et audiantur testes ex officio iuxta instructionem dandam a Defensore matrimonii ex officio. Quae quidem instructio ita a Def. vinculi matrimonialis exarata fuit: « Spectatissimus vir, qui matrimonii iura apud archiepiscopalem Parisiorum curiam ex officio tuetur, eâ qua praestat diligentia et dexteritate, perquirat testes de factis celebrationem matrimonii praecedentibus, concomi tan tibus et subsequentibus instructos, ac omni industria curet ut ii ad examen adducantur. Ita autem se gerat ut testes ad examen accedant inscia parte. Praesertim vero excutiat parochum Sabatier, qui matrimonii celebrationi interfuit: et cum vicecomes Brenier de Montmorand deferat: Immédiatement après le mariage le désacord entre les époux s'est manifesté. Madame Ferdinande écrivit à ma femme des lettres tres-découragées et baignées de larmes. Je pourrai verser au dossier plusieurs de ces lettres ». Utile forsan erit praefatas epistolas actis inseri.

Iussa faciens, Ordinario Parisiensi rescriptum fuit ut ad normam huius instructionis processum suppletorium conficeret.

CAUSAE PROSECUTIO. Oratricis patronus, relatis per summa capita principalioribus ex facti specie corollariis, quae fuso calamo in praeterita allegatione demonstrasse censet tam ex iudiciali examine oratricis eiusque viri, tam ex ipsius matris confessione et iuramento multorum testium, putat novos testes nunc ex officio excusso s non modo nihil contra nullitatem praetensam innuisse, sed imo ipsam apprime confirmasse.

Ismael oratricis frater, inter alia, haec ad rem iuravit : « Ma soeur a toujours résisté.... Elle opposait non seulement la résistance passive, mais aussi souvent la résistance active dans des scènes, dont j'ai été plusieurs fois témoin... Un jour elle est venue me trouver, n'en pouvant plus, pour me demander d'écrire à mon ami, le Comte deMiramon... pour qui elle avait des sentiments très-profonds , pour lui demander de venir à son secours..... Elle me priait de dire à ce jeune homme que s'il voulait demander sa main tout de suite, comme elle savait d'ailleurs qu'il avait l'intention de le faire plus tard, cela créerait une diversion qui permettrait un sauvetage. J'écrivis, mais la réponse de Miramon fut : qu'il éprouvait lui-même une telle crainte de ma mère, dont il avait été l'hôte regulier pendant plus de deux ans, qu'il n'osait point par délicatesse faire une démarche qu'il savait d'ailleurs devoir être mal accueillie. Ce que voyant ma sœur jugea la situation désespérée et se laissa faire comme une victime ».

Comes de Miramon a Iudice interrogatus utrum recordaretur praefata epistola, praevio iuramento, respondit affirmative.

Praeterea idem Comes de Miramon adiecit se paullo ante matrimonium dum apud stationes militum in loco vulgo - *Vesoul* - moraretur, plurimas accepisse litteras et varia emblemata ab oratrice depicta, quibus vehemens eiusdem oratricis amor erga ipsum tum graphicis signis, tum verbis exprimitur.

Patronus vero non timet testimonium Iosephi Sdbatier qui vice-parochi munere functus est in celebratione matrimonii quique ait: « J'ai vu arriver Mademoiselle Ferdinande au bras de son père. Je n'ai remarqué aucun trouble chez cette jeune fille. Pendant la cérémonie j'étais à côté de son excellence le Nonce , et rien n'a attiré mon attention ». Mirum, exclamat patronus, non est, praefatum Iosephum nequaquam advertisse oratricis moerorem, de quo omnes alii testes, etiam *ex officio* vocati, fidem faciunt. Agitur enim de sene septuagenario maiore, potentia visu non admodum praestanti et quidem indolis nullatenus scrutatricis, uti Parisiis notorium est : is insuper ea quae praecesserant prorsus ignorabat, ut ipsemet fassus est, atque idcirco non erat ipsi, sicut ceteris de re bene instructis, ratio inspiciendi vultum oratricis.

Ceterum, pergit advocatus, quisque videt testimonium r. Iosephi Sabatier esse mere negativum. Porro receptissimum Cri tices principium, iuxta quod testes mere negativi contra positivos nihil probant, eminenter valere debet in hisce iudiciis, in quibus probatissimi Auctores et ipsa S. R. Rota asseverare non dubitarunt, maiorem fidem adhibendam esse duobus testibus de metu deponentibus, quam plurimis negantibus imo etiam de libera voluntate asserentibus. Ita sane Mascardus hac in re facile princeps *J)e probationibus vol. II conci. 1055, n. 1* - ibi - « metus probatio magis conficitur testibus affirmantibus quam negantibus ; quapropter____magis sit credendum duobus testibus deponentibus de metu, quam mille negantibus vel asserentibus de libera voluntate ». Et Panimollius *decis. 102 ann. 1 pag. 375* - ibi - « Plus creditur duobus testibus deponentibus de metu quam mille de spontanea voluntate. Et ratio est quia deponentes de spontanea voluntate deponunt de actu mentali intrinseco et invisibili, qui soli Deo notus est, cum actus extrinsecus indicans provenire ex libera voluntate possit esse in apparentia liber, sed intrinsece involuntarius. Alii vero deponentes de metu attestantur de minis, tormentis vel si-

milibus... quae sensu corporis percipiuntur ». Consonant Barbosa *vot. decis. lib. 1, vot. 1, num. 84.* Tum *S. Rota coram Ludovisio decis. 326 § 26 :* « in concursu plus creditur duobus de metu deponentibus, quam mille de voluntate spontanea et libera ».

Mater actricis deposuit, filiam propriam oppositionem amplius non fecisse, quando eidem persuasit opus esse homine pro eorum defensione, quia pater iam senuerat.

Quoad difficultatem exurgentem actricis, a depositione matris actricis advocatus observat matris iudicium hac in re non esse attendendum; ipsa enim non solum nunc interesse habet minuendi propriam culpam, sed etiam tunc ultro decipi potuit, falso existimando filiam suam libere acceptasse quod ipsa mater nimio ardore expetebat quodque contra filia nonnisi ex metu patiebatur. Compertum praeterea est non raro evenire, ut vi maiore quis pressus et ad incitas redactus loquatur ambigua vel etiam talia quae nullatenus sentit et a quibus imo mens prorsus abhorret. Hinc celeberrimum illud quod decrevit Alexander PP. III in *cap. 14 De sponsal.* - ibi - « Matrimonium solo consensu contrahitur et ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagandus ne per timorem dicat sibi placere quod odit, et sequatur effectus qui de invitis solet nuptiis provenire ».

Sed dato etiam et non concesso supra expressum matris iudicium reipsa veritati consonum esse, adhuc tamen pro matrimonii nullitate hoc facere credit advocatus. Explorati enim iuris est ad irritanda matrimonia filiorum familias sufficere vel solas preces et suasiones importunas parentum; quia scilicet his positis, filiifamilias merito timent ne, consensum denegando, incurrant eorumdem parentum indignationem, quae certe grave malum est et uti tale habetur in iure. Ita nempe scripsit cl. Sánchez, *De matr. lib. 4, disp. 6, n. 14* - ibi : - « si (filia) timeret probabiliter diuturnam fore indignationem et semper se habituram patrem valde infestum et indignatum obiecturumque passim illam

inobedientiam, crediderim esse timorem cadentem in virum constantem. Quis enim vir constans aut prudens non reputato t grave malum, semper coram oculis habere infensum patrem____a quo pendet et cum quo semper versaturus est: maxime cum vix invenias qui linguam moderari valeat ne male sentiat pei usque loquatur de eo, cui infestus est? Et confirmatur quia vir prudens ita grave hoc existimat ut potius eligat relicta patria domoque paterna exul esse ».

Item Cardinalis Consci *De sep. tori, lib. 3, cap. 5, n. 78 et seq.* - ibi : - « Si filius matrimonium oblatum a patre vehementer abhorrens, iterum iterumque protestetur se illi assentiri nolle, pater vero cum sit rigidae ac severae indolis clare demonstret, quod tale coniugium suum sortiatur effectum, nec ab huiusmodi sua determinatione removeri patiatur, tunc ex hac paterna pertinacia, nullis etiam expressis intercedentibus minis, gravi metu terretur, quia si patri sic enixe volenti et absolute mandanti non obtemperet, rationabiliter timet eius sine dubio incurrere debere indignationem ». Nec secus recentiores, inter quos Emus D'Annibale, qui in *Summ. Theol. edit. 3, part. III, § 445,* tradit : « Metus nunquam non dirimit matrimonium quando alios contractus vitiat... licet tantum reverentialis fuerit ». Et in *Prot. § 138, n. 16:* « Timor reverentialis dicitur, cum aliquis patris, domini etc. indignationem (quae profecto malum est) metuit, licet absint verbera aut minae ».

Iamvero advocatus affirmat quod preces et suasiones matris actricis tam instantes ac importunae fuerunt quam quae maxime. Ipsa enim mater hoc fassa est.

Sedulo tamen recolendum esse censet patronus non solum importunas preces et suasiones in casu intercessisse, sed longe graviora contra oratricem fuisse patrata, uti ex actis tum primae tum alterius inquisitionis evidenter erumpit et uti patet vel ex ipso testimonio quod nunc obiicitur; nam etiam inibi mater fatetur oratricem cessisse « après les menaces et les mauvais traitements ». Scilicet, sic ratiocinatur advocatus, oratrix eatenus sacrificium, sive ma-

trimonium a matre propositum, acceptavit, quatenus illud sub poena maioris mali sibi iniunctum et prorsus inevitabile persensit.

Hisce positis, advocatus suam orationem concludit dicens : si oratrix non coacte, sed libere matrimonium müsset, haud profecto evenissent ea quae iam cumulatissime probata fuerunt; videlicet oratrix ipsa deinceps non adeo vehementi tristitia confecta fuisset, non tantam a viro aversionem ostendisset, coniugalia officia non detrectasset et, quod magis est, nequaquam mortem exoptasset nec ad iuvenem de Miramon, quem ex corde diligebat, immediate ante nuptias, scripsisset : « ma vie est brisée, c'est fait, j'espère que le bon Dieu ne me fera pas souffrir trop long-temps ».

ANIMADVERSIONES S. VINCULI DEFENSORIS. EX adverso vinculi matrimonialis defensor, memorans praeprimis quaedam verba testis de Montemorand relata in praecedenti examine, circa epistolas praefatas : « Je pourrai verser au dossier plusieurs de ces lettres ». observat quomodo idem testis in secundo examine dicat ne unam quidem decantatarum epistolarum se posse exhibere, quia dicit: « Je pense que nous les avons brûlées ». Ergo, concludit defensor aut prima aut secunda vice testem verum non dixisse.

Sed e contra ad hoc clarum retinet defensor testimonium Carolae Al lard : « J'ai vu quelques lettres de madame Ferdinande durant les premières semaines du mariage, disant à ses parents que son mari était très-gentil à son égard, elle semblait très contente ».

Eadem testis actricis matri epistolam misit, in qua miratur haec deposuisse dum nihil sciret.

Et prosequitur defensor : actricis mater ab amica Carola efflagitaverat ut filiae suae Ferdinandae testimonium redderet. Carola autem obsoletum extimans adagium : « Amicus Plato, sed magis amica veritas », amicae precibus temere annuit. Hinc ex legis praescripto testes a parte inducti, seu confidentes, nihil probant, nisi testes difidentes adducantur ab altera vel ex officio.

Quapropter optimum habet defensor testimonium sacerdotis Iosephi Sabatier, qui refert : « Cette jeune femme (Ferdinanda) me demanda de témoigner en sa faveur. Je lui répondis que la chose ne m'était pas possible, que je ne pouvais parler que selon ma conscience. Là-dessus nous nous séparâmes ».

Verumtamen adimplere quod promiserat Carola Allard ausa minime est. Inde irae, hinc ab actricis matre adducta est ut scriberet praefatam epistolam. Quod contra decretum Clementis V, defensor hoc factum esse existimat (Clement, *de test. cap.* i): « Testibus rite receptis et eorum attestationibus publicatis, sicut non licet super eisdem vel directo contrariis articulis alios vel eosdem testes in principali causa producere, sic non debet in appellationis causa licere : cum non minus in appellationibus quam in principali causa subornatio sit timenda ».

Hic vinculi defensor memorat quod non *verbis* tantum oporteat dimicari in iudicio, sed *monumentis.* Etenim si verba absque monumentis in honore habeantur, credere debemus idem posse simul esse et non esse.

« Naturam expellas furca, tamen usque recurrit » exclamat defensor. Nudius tertius vicecomes iureiurabat se paratum ad exhibendas literas ab actrice, post initum matrimonium datas, et nemo invidet, quae illi obtigit, sortem - Modo epistolam excogitat ab eadem actrice ante nuptias scriptam ad dominum de Miramont, ut auxilium sibi ferret, in uxorem eandem petendo a matre sua.

Hic interrogatus asseruit epistolam recepisse. Et paulo post asserit sese remittere ad Tribunal tria emblemata depicta a Ferdinanda, duobus annis ante eius matrimonium ; quibus eidem iuveni Miramont panderet suam affectionem.

« Oh sanctas gentes quibus haec nascuntur in hortis Numina ! » exclamat vinculi defensor hoc loco ; sed epistola, imo epistolae ubi sunt? Praeter epistolam enim Ismaëlis, Franciscus commemorat epistolam a Ferdinanda sibi datam, in qua Ferdinanda die nuptiarum, ait Franciscus, clamabat:

€ Ma vie est brisée ; c'est fait, j'espère que le bon Dieu ne me fera pas souffrir trop longtemps, je ne vie plus que pour mon petit père ».

At « quod non est in actis non est in mundo » et defensor miratur quomodo decantatas literas Franciscus de Miramon non caute asservaverit, etsi in more ipse non habeat « ne pas garder de vieux papier et de vieilles lettres »: dum cautissime custodivit emblemata. Tantum vero emblemata illa distant a matrimonio coacto, quantum a coelo terra, ab infinito finitum.

Insuper inter testes ex officio excutiendos venit praesertim vice-parochus Sabatier, quippe matrimonii celebrationi interfuit. Ideoque parisiensium actorum moderatores ab eo ad iudiciale examen accersito quaesierunt: « Assistiez-vous au mariage religieux? Mademoiselle a-t-elle donné, pendant la cérémonie, des signes de tristesse ? » Ad haec vice-parochus : Je n'ai remarqué aucun trouble chez cette jeune fille. Pendant la cérémonie j'étais à côté de Son Excellence le Nonce, et rien n'a attiré mon attention ».

Iudex adiicit: « Que pensez-vous de l'existence de cette contrainte? » reponit vice-parochus : « Je ne puis rien dire sur la contrainte. Je n'étais pas intime de la maison. Je n'allais que rarement dans la famille, et s'il y a eu contrainte cela a dû se passer dans l'intimité de la famille ».

Hic defensor observat quod comitis Philippi propinqui, affines, familiares interrogandi omnino essent. At parisienses moderatores actorum, quamvis ad instructionis tramites curare pro viribus deberent, ut testes ad examen accederent, inscia parte, nempe actrice, de testibus ex latere comitis Philippi mariti interrogandis consulunt Ferdinandae patronum in prima iudicii sede.

His auditis, actorum moderatores non cogitant audire diffidentes, sed usque novos con vocant testes domui Ferdinandae addictos.

Sed testes praefati, uti notat defensor, non de adiunctis ex propria scientia sibi notis, sed ex fama loquuti sunt»

et refert verba Quintiliani, 11 *pro divite:* « Quis enim iudicis nesciat hanc famae esse naturam, ut sit prima unius hominis audacia ?» Et mox : « Quam non possis movere civitatem, quem non replere populum, si quid omnibus narres, in nullo non coetu loquaris, cum maxime fingas iam dicas esse rumorem? Quanta ibi deinde mentiendi materia de periculorum nostrorum occasione succurrit ».

Remanet famosus colaphus : *soufflet :* « Une fois ma mère (ait actrix) me donna un soufflet parce que je refusais mon consentement au mariage qu'elle me proposait. Ceci se passa devant M.me Allard amie de ma mère ». Quem quidem colaphum non desunt testes qui multiplicent per illa verba: « J'ai entendu dire____On a dit ». Sed certum est non plus quam semel contigisse. Nam ipsamet actrix ait: « une fois ». Imo defensor timet, ut colaphus ille in rerum natura minime existat. Una enim, ait defensor, Carola Allard familiae actricis amica, de illo scientia propria testatur.

Demum defensor non inutile credit advertere de illis testibus, qui tum in prima tum in altera inquisitione cum facta non habeant, quibus incussio metus probetur, erumpunt in haec aliaque similia : semper cogitavi matrimonium hoc haud esse validum propter metum incussum.

Testium enim est, docet defensor, facta una cum singulis circumstantiis atque adiunctis loci et temporis fideliter referre : ut iudices et circumstantiis per testes relatis mature pensatis iudicare queant de iustitia vel iniustitia litis, an sit vel non illatus metus, an coactum vel validum censendum sit matrimonium. Versa vice testes, dum prouti in praesenti causa se gerunt, partes in vertunt, non testes scilicet, sed iudices agunt, cum occentant: « Je suis convaincu.... ce mariage n'était pas valide » etc.

Nec maioris ponderis facit defensor generales illas phrases : « Elle (Ferdinanda) a subi la pression.... Elle éprouvait une grande aversion.... Elle n'a pas osé resister... Elle n'avait pas les moyens de resister à sa mère____Les scènes très-pénibles se multipliaient sans cesse.... » etc. Sane in

synopsi *decis. 920 n. 16, 17 et 18* coram Mölmes legitur: « Incussio metus ad annullandum actum, tanquam quid facti debet concludenter probari. Et quidem cum ea circumstantia, quod sit metus cadens in constantem virum. Ex quo actus fuerit requisitus cum aliquo calore, non resultat probatio violentiae et metus, qui non potuerit evitari a viro constanti». Eadem Rota in *decis. 301, num. 17, part. 21 rec.* pondérât: « Omnes testes deponunt dumtaxat D. Ducem Carolum vi seu iussu patris fuisse ad matrimonium impulsum, quae generica probatio non suffragatur ».

Tandem ipsamet Ferdinandae mater testatur: « Malgré son antipathie pour le jeune homme qu'elle lui laissa très-bien voir, elle finit par obéir à mes ordres et à mes désirs en disant qu'elle se sacrifiait pour sa famille ». Ergo, defensor concludit, non coacta matrimonium contraxit, sed ad sacrificium pro domo se obtulit, quia ipsa voluit.

Quibus animadversis propositum fuit diluendum *dubium an sententia Archiepiscopalis Curiae Parisiensis sit confirmanda vel infirmanda in casu.* Cui dubio respondit S. Congregatio :

« Dilata et excutiuntur novi testes iuxta instructionem dandam a Defensore matrimonii ex officio ».

Instructio a defensore S. Vinculi ita fuit digesta: « Cum testes, quamvis alias integerrimi, iure tamen integri minime habeantur, si aut sanguinis, aut amicitiae, aut servitutis, aliove huiusmodi vinculo ei devincti sint, pro quo testimonium dicunt ; cumque ad hunc censum pertineant testes, qui memoratae comitissae Ferdinandae potissimum suffragantur, Emis Patribus visum est desiderari novos testes, testes nempe *diffidentes* seu qui omni vacent studio suffragandi actrici.

« Nemo diffitetur hoc opus operosum spissumque esse. Attamen desperandum haud est : speciminis ergo inter testes matrimoniales recensetur praefati comitis Philipppi frater; nec compertum est matrem a vivis excessisse. Isti fortasse nonnihil ad rem scire possunt ac alios de re instructus

indicare. Ceteros vero solers iste sacramenti vindex nota sua peritia atque industria perquiret ».

Curia Parisiensis statim novum processum confecit, plures testes ex officio excussit, quos inter praeeminent testimonia matris ac fratris viri, et ad S. C. acta |transmittens, simul haec significavit: « Novi testes secundum instructiones defensoris matrimonii ex officio interrogati sunt, eorum dicta nostram sententiam confirmare videntur.

DEFENSIO MULIERIS. Actricis patronus antequam novas attestationes ad examen deduceret, per summa capita aliquas refert deductiones, quas ipse in praecedentibus allegationibus satis superque demonstrasse censet, tum ex iudiciali examine actricis eiusque viri, tum ex eiusdem matris confessione, tum ex iuramento undeviginti testium, qui plures ex officio excussi fuerunt. Unde in factis est, ait orator, quod mater oratricis, mulier indolis severae ac rigidae, ad iracundiam atque violentiam prona, dum in asperrimis versaretur adiunctis, filiam suam mitem et timidam ad invisum matrimonium adegit importunis atque instantissimis precibus, suasionibus, minis, verberibus, detrusionibus in cubiculum aliisque afflictionibus. Oratrix pro viribus quoad potuit restitit, sed tandem victas manus cedere debuit atque, emissa prius protestatione contra impositum sacrificium ad contrahendum accessit cum lacrimis aliisque tristitiae signis: subinde coniugalia officia detrectavit, ac maximam a viro animi aversionem manifestavit; dum vix expleto nuptiali itinere iudicialem corporum separationem impetrare curavit.

Haec facta nunc orator ex noviter deductis comprobat, atque contendit, novos testes, nuper ex officio excussos non modo nihil contra nullitatem matrimonii innuisse, sed eam mirifice confirmasse.

Unde, pergit defensor, omnes supra recensiti testes quemadmodum et alii numero undeviginti qui in praecedentibus inquisitionibus excussi fuerunt, ad Iudicis interrogationem ita conceptam: « De fait, pensez-vous que ce mariage

ait été conclu par la volonté de madame contre la volonté de sa fille? et que celle-ci n'a cédé qu'à la pression exercée sur elle par sa mère ? » unanimiter responderunt verbis plus minus similibus et etiam fortioribus iis, quibus usus est praelaudatus testis ex officio v. comes de Moucheron, nimirum: « Je suis absolument sûr que ce mariage a été conclu par la volonté formelle de madame contre la volonté de sa fille, et que cette dernière n'a cédé qu'à la pression exercée sur elle par sa mère ».

Quare defensori matrimonii, qui in praecedentibus, responsiones reprehendit quasi immemores officii sui et praesumentes assumere iudicum partes, orator respondet, ipsos, ut ex praemissis patet, nonnisi officio suo functos esse respondendo ad expressam iudicis interrogationem. Quod si forte per enunciatam reprehensionem idem Defensor intendisset indirecte imperitiae notam inurere Curiae archiepiscopali Parisiensi, non minus iustae querelae locus esset, contendit patronus. Nam, ipse ait, compertissimum est testes, praesertim ex tempore sive ex improviso interrogatus, haud facile nec semper in promptu habere verba idonea ad exacte ac distincte significanda quaedam rerum locorum ac personarum adiuncta, quae tamen ipsis probe perspecto sunt quaedam ad recte iudicium ferendum maxime conducunt. Itemque compertissimum est, vocabula ut plurimum non tam significare vi etimologica quam modo plus minusve intenso seu remisso quo proferuntur in casibus particularibus. Quin imo, urget orator, optimum factu est et ad veritatem in iudicio detegendam perutile non solum excutere testes circa siugulas facti circumstantias, sed etiam percontari ab iis quaenam tandem sit ipsorum de eodem facto sententia. Quae quidem sententia sive opinio cum, uti contigit in casu nostro, fuerit unanimis vel fere unanimis, agaturque de testibus numero plurimis et, quod magis est, prudentia, aetate, nobilitate generis ac religione praestantibus, immerito profecto contemnere!ur.

Nec contra recensitos testes qui iurarunt, oratricem esse

natura mitem ac timidam valet praesumptio, qua quis contendere vellet oratricis indolem non potuisse esse timidam, quia ipsa plura iam itinera cum patre peregerat. Nam respondet patronus, tralatitium in iure est, prèsumptionem cedere debere veritati; nec minus tralatitium est illud quod nempe « Naturam expellas furca, tamen usque recurrit ». Quare si oratrix naturam sortita erat timidam, potuit quidem variis illis itineribus aliquid timiditatis fortasse remittere, sed audax atque impavida effici certe non valuit, eo vel magis quod ipsa septemdecim tantum annos nata tunc erat.

His positis, orator progreditur ad audiendas illas ipsas personas ad quas potissimum excutiendas S. Congregationis sententia dilata fuit, matrem nempe et fratrem viri oratricis, quorum testimonium advocatus maximi faciendum esse ait, quandoquidem agitur de testibus actrici infensis, qui non solum nihil contra afferre potuerunt, sed imo multa ex deductis per ipsam actricem aliosque testes, licet aegre, confirmare debuerunt.

Haec cum ita sint, cum nempe non modo plurimi iique spectatissimi testes, qui in prima inquisitione excussi sunt, sed etiam alii multi iterum iterumque *ex officio,* inscia parte, vocati ac praesertim hi duo postremi testes eminenter *diffidentes,* nihil contra dicere potuerint, sed plane confirmaverint ea quae oratrix eiusque mater iureiurando affirmarunt, iuxta patronum, concludatur oportet iis tuto fidem adhiberi posse et debere.

Ulterius procedens advocatus, ad examen deducit testimonium Carolae Allard et consequentem eiusdem epistolam, quam vinculi defensor appellat « insigne audaciae monumentum ». Scilicet enunciata testis Allard in suo iudiciali examine dixerat : « j'ai vu quelques lettres de Ferdinande.... durant les premières semaines du mariage, disant à ses parents que son mari était très-gentil à son égard, elle semblait très-contente ». Sed, iuxta oratorem, haec verba etiamsi veritati consona essent, per se non constituerent difficultatem invincibilem contra suam thesim. Multis enim de

caussis, ex. gr. ut patrem aliosque propinquos nimia anxietate levaret et forsan etiam sub imperio ipsius viri, potuisset oratrix illa verba scribere : potuisset etiam hanc iustitiam eidem viro ultro reddere sincera oratrix, eum nuntiando « très-gentil à son égard » si forte is ad vincendam coniugis aversionem eiusque benevolentiam captandam reapse comitate usus fuisset ; quin tamen ex hoc sequatur maritum suum finem assequutum fuisse ac oratricem ipsam mutuam comitatis vicem reddidisse. Ceterum, testis his verbis suam opinionem ostendit: « elle semblait très-contente », sed, pergit orator, quisque facile videt aliud *esse videri* et aliud *esse.*

At, quia oratrix sciebat se reapse numquam scripsisse epistolas, de quibus locuta est Carola Allard, ubi primum testium depositiones novit, ab ipsa Carola eius verborum a veritate aberrantium rationem poposcit. Id vero non ex audacia, sed ex bono iure, sive ex testimonio bonae conscientiae provenit, contendit patronus. Nam, ipse ait, si in omnibus iudiciis admittuntur testium collationes, vulgo « confronti » sive inter testes ipsos, sive inter testes et actorem seu reum, nihil impedire poterat quominus oratrix Carolam Allard de suo falso testimonio interrogaret. Insuper si apud hanc ipsam S. Congregationem nuperrime licuit comitissae Constantiae de Montmort adducere novos testes ad ostendendam falsitatem eorum, quae alii duo vel tres testes contra eam detulerant, eadem ratione licere potuit oratrici adducere documentum, quo ipsa testis suum errorem agnoscens et damnum iniuste illatum reparans fatetur: « C'est sans doute, ipsa ait, le résultat d'une confusion qui tenait à mon trouble profond.... J'étais fort troublée par cet interrogatoire au point de faire des confusions que je ne puis encore m'expliquer. . . . car mieux que personne je savais son (oratricis) chagrin et ses répugnances ».

Insuper contra adversarium, qui insinuare nititur confessionem Carolae Allard fuisse extortam et non veram, patronus veritatem huius confessionis argumentis tum intrin-

secis, tum extrinsecis probat. Intrinsecis primum; nam Carola in suo examine sibimet contradixit, quod profecto minime evenisset, si verum non esset quod ipsa in praefato documento asserit, se nempe tunc mente confusam ac perturbatala fuisse.

Idipsum probat ex argumentis extrinsecis. Siquidem ea quae Carola in suo examine dixerat, quaeque in memorato documento falsa sive errata esse fatetur, contradicunt omnibus aliis testibus etiam *ex officio* excussis et praesertim fratri et matri viri infensissimis oratrici.

Tandem, ea quae confessa est praefata Carola Allard, quaeque omnes alii testes sub iuramenti sanctitate affirmarunt, patronus confirmare vult ex iis, quae ab ipso viro oratricis apud laicum Tribunal, occasione civilis divortii, deducta fuerunt, quaeque oratrix negare non potuit, dumtaxat quia vera sunt, licet tunc pergrande haberet interesse ea negandi, ut nempe divortium sui favore pronuntiaretur. Inibi enim ex parte Philippi inter alia deductum fuit : « Dès les premiers jours du mariage elle (oratrix) ne montra à son mari que froideur et aversion, allant jusqu'à un refus complet de remplir le devoir coniugai ». Etenim concludit defensor, mulier quae nubit cum gradu vel minimo illius libertatis, quam sub nullitatis poena S. Ecclesia in matrimoniis requirit, aversionem a viro inde a primis diebus « dès les premiers jours » non ostentat, nec absolute recusat adimplere officia coniugalia « jusqu'à un refus complet de remplir le devoir conjugal »; vehementi item moerore non conficitur nec detrectat adscribere suum nomen ipsius viri in libello nuptiarum memoriali eum adamussim in finem ipsi donato « elle ne consentit jamais à mettre son nom à côté de celui de Mr. le mari . . . sur une livre de mariage que lui avait donné sa belle mère » multo minus vero mortem inhiat et immediate ante nuptias scribit « ma vie est brisée par le mariage que l'on m'a forcée de faire... C'est fait, j'espère que le bon Dieu ne me fera pas souffrir trop long temps ».

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. EX adverso vinculi Defensor praeprimis notat ad metum probandum non verba, sed facta desiderari. Ad rem sacra Rota *decis. 920 n. 16, 17 et 18* coram Molines : « Incussio metus ad annullandum actum, tanquam quid facti debet concludenter probari. Et quidem cum ea circumstantia, quod sit metus cadens in costantem virum. Ex quo actus fuerit requisitus cum' aliquo calore, non résultant probatio violentiae et metus, qui non potuerit evitari a viro constanti ». Eadem Rota in *decis. 301, num. 17, part. 21 rec.* pondérât : « Omnes testes deponunt dumtaxat D. Ducem Carolum vi seu iussu patris fuisse ad matrimonium impulsum, quae generica probatio non suffragatur ».

Iam vero Ferdinanda etsi producat phalangem amicorum, affinium propinquorumque, qui suadere pertentant actricem ad matrimonium a matre *importunis atque instantissimis suasionibus, increpationibus, minis etc. compulsa/m fuisse:* frustra tamen, contendit orator, factum aliquod ab hisce testibus expectas iis suffultum circumstantiis atque adiunctis loci et temporis ut exinde liqueat 1. factum illudesse extra dubitationis aleam positum, 2. secum ferre metum in constantem virum cadentem et 3. ad hoc ut filiam ad matrimonium adduceret a matre esse patratum. Quae omnia nisi cumulative concurrant, de coactis nuptiis agere minime licet.

Paucis: iuxta oratorem, inquisitionis tabulae scatent narrationibus, quas benevolentiae sensa atque in Ferdinandam miserationis facile suggerunt ; neque suspicio abest quin amicitiae gratia refragrante conscientia testimonia reddita sint. Unde repetit testimonium septuagenarii Sacerdotis Sabatier, qui amicitiae anteponens amorem veritatis refert : « Cette jeune femme (Ferdinanda) me damanda de témoigner en sa faveur. Je lui repondis que la chose ne m'était pas possible, que je ne pouvais parler que selon ma conscience. Là-dessus nous nous séparâmes ».

Insuper contra adversarium, qui insinuare nititur con-

fessionem Carolae Allard fuisse extortam et non veram, patronus veritatem huius confessionis argumentis tum intrinsecis probat. Intrinsecis primum ; nam Carola in suo examine sibimet contradixit, quod profecto minime evenisset, si verum non esset quod ipsa in praefato documento asserit, se nempe tunc mente confusam ac perturbatam fuisse.

Hac de re iudici Parisiensi mandatum fuit, ut testes diffidentes excuteret ac praesertim matrem et fratrem actricis viri. Unde orator ad examen deducit testimonium Philippi fratris Armandi et matris, marchionissae. Profecto percontatus Armandus ait : haud memini quod Ferdinanda exhibuerit adversionem alicui de sua familia, et quod libertate caruerit in celebratione sui matrimonii.

Praeterea iudex quaerit : « Assistiez-vous au mariage et que avez-vous remarqué? Sa vez-vous que M.lle ait pleuré beaucoup et comment l'a-t-on interpreté ? » Ad haec Armandus : « J'étais témoin de mon frère. Au mariage civil je n'ai rien remarqué. Au mariage religieux on m'a dit que M.lle avait pleuré. Je n'ai rien conclu de ses larmes qui se produisaient assez fréquemment dans ces circonstances ».

Item Marchionissa, viri mater, praestito iuramento, deponit: « Je ne sais absolument pas que la demoiselle ait ré fusé à sa mère de marier mon fils ; si je l'avais su je me serais opposée au mariage. Je n'ai rien sa de ce que Madame peut avoir fait pour imposer ce mariage à sa fille ».

His positis, matrimonii defensor conqueritur quod iudex Parisiensis praefatos testes Armandum et marchionissam interrogare omisit, an alios de re instructus noscerent, quamvis in instructione hoc insinuatum fuerit. Prout significatum eidem iudici etiam est, ut testes excuteret, si quos sive Ferdinanda sive Philippus produxerit in causa divortii. Sed neque hoc iudex praestitit. Quod, iuxta defensorem, argumento est de praetenso metu apud tribunal saeculare actum minime esse; neque ad hoc inductos testes.

Imo, urget orator, adducti testes non solum tempus, sed etiam eorum nomina silent a quibus facta acceperint.

Qua de re, concludit matrimonii defensor, praetensus metus post tot inquisitiones non solum haud probatus est, sed iam liquet contrarium. Germana nempe veritas est : *a)* mater non ea erat quae Ferdinandam ad matrimonium invitam adigeret. Porro tum mater tum filia inter principes testes recenset Carolam Allard, quae iurat : « Je regard M.me (matrem Ferdinandae) comme une mère admirable— incapable d'une action mauvaise. Jamais elle n'aurait sacrifié son enfant, ni pour un nom, ni pour une fortune ». *b)* Ipsa Ferdinandae mater, etsi Acheronta moveat, ut se filiae metum, influisse suadeat, attamen concludit: « Malgré son antipathie pour le jeune qu'elle lui laissa très bien voir elle finit pour obéir à mes ordres en disant qu'elle se sacrifiait pour sa famille ». - « Non, jamais (adiicit, praefata testis Caròla Allard) je n'ai eu la pensée que le mariage de M.me pouvait ne pas être valide pour cause de pression ».

Quibus animadversis, propositum fuit diluendum

Dubium

An sententia Archiepiscopalis Curiae Parisiensis sit confirmanda vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra Con. C. re discussa sub die 18 Iunii ,1898 censuit respondere: *Sententiam esse confirmandam.*

ALBIEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII

Die 16 Iulii 1898.

Sess. 24 cap. 5 De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Maria Aloisia vigesimum annum agens, *die 2 Iulii 1894,* in parochiali Ecclesia oppidi *Labruguière,* servatis omnibus solemnitatibus, rite nupsit Urbano 26 annos tunc nato, at infaustis auspiciis. Siquidem, prout narratur, instaurata vita coniugali, sponsi prima nuptiarum nocte eodem talamo usi sunt, sed vir fassus est uxori suae,

eo se morbo laborare, ob quem a medico prohibitus fuerat quominus cum ea rem haberet. Quapropter coniuges ab illa nocte diverso lecto usi sunt, atque copulam coniugalem nec in posterum aggressi sunt.

Hac de causa vita coniugalis dissociata est, vir frequenter e sponsae domu digrediebatur et apud suos parentes se conferebat in oppidum Sémalens, ut vitrico suo medico se curandum praeberet; donec die 9 Octobris eiusdem anni, supellectile sua clanculum collecta, domum sponsae reliquit, ad eam non amplius reversurus.

Interea Aloisia edocta morbum, quo Urbanus laborabat esse luem veneream, eamdemque adeo gravem, ut nullo modo sanatio sperari posset, ad civilia tribunalia recursum habuit petens atque obtinens separationem corporum. Deinde SSmo supplicavit, ut secum dispensare dignaretur super matrimonio rato et non consummato.

Curia Albiensis ex habita delegatione a S. C. C. processum instituit, mulierem excussit atque eiusdem septimae manus, nec non eamdem corporali inspectioni submisit. Vir quoque examen subiit, sed testes septimae manus haud adduxit.

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO MULIERIS. Qui actricis defensionem suscepit, matrimonium haud consummatum fuisse contendit imprimis ex iurato ipsius Mariae Aloisia© testimonio, quae haec coram sacro tribunali testata est : « Mon mari m'ayant déclaré, qu'en raison de son état de souffrance, nous ne pouvions pas avoir ensemble rapports conjugaux, je me suis abstenue de les lui demander. Lui, de son côté, ne me les a jamais demandés, me disant que son médecin les lui avait défendus. Non seulement l'acte conjugal n'a pas été consommé, mais il n'a même pas été essayé, à cause de la maladie de mon mari ».

Quod autem Mariae Aloisiae haec affîrmanti sit omnino credendum, orator ex septimae manus testimonio compro-

bat: « J'ai connu Marie Louise », ait Theophilus Pages, in oppido *Labruguière* iudex pacis, « avant son mariage, pendant toute son enfance et sa jeunesse, et je l'ai toujours considérée comme une personne d'une conduite irréprochable et d'une grande pitié ». Additque : « J'atteste la sincérité de Marie Louise, et je crois sa déposition véridique ». Camillus Nègre, in eodem oppido *Labruguière* medicus, haec testatus est: « Je crois à la sincérité de Marie Louise, et j'atteste que sa déposition est vraie, pour les choses, qui sont arrivées à ma connaissance ».

Idem reverendus Aloisius Chabbert, oppidi sancti Marialis parochus , affirmat ; nec aliter testatus est reverendus Ioannes Aloisius Ruffiac, actricis parochus et Aloisiae mater.

Iidem insuper testes, prosequitur patronus, non modo circa veraci tatem religionemque actricis deponunt sed etiam matrimonium non fuisse consummatum constanter affirmant.

Idem affirmat medicus Camillus Negre, cuius testimonium plurimi faciendum esse putat orator, quia ipse tempore non suspecto scivit, Mariae Aloisiae matrimonium non consummatum, quaque de causa id factum esset.

Nec aliter testatus est Teophilus Pages qui non modo e domo uxoris, sed etiam e domo viri eiusque confessionibus cognovit, matrimonium consummatum haud fuisse.

Verum, prosequitur, haud opus esse in testium depositionibus insistere, cum praesto sit evidens physicum integritatis argumentum ex inspectione iuxta S. C C . instructionem adamussim expleta a tribus obstetricibus, adstante matrona et duobus medicis.

Iuratum obstetricum testimonium de mulieris virginitate confirmant periti. Porro Alfredus Garipuz coram sacro tribunali haec verba protulit: « L'examen des sages-femmes a été fait selon toutes les règles de l'art, permettant de se faire une opinion exacte sur le résultat de cet examen. J'en conclus, que Marie n'a pas été déflorée. J'en suis con-

vaincu ». Similiter doctor Trazit: « D'après les dépositions faites par les sages-femmes, j'atteste que l'examen a été fait selon toutes les règles d'art, de manière à donner un résultat complet. Je conclus que Marie Louise est vierge, et qu'il n'y a pas eu de rapports conjugaux ».

Neque, iuxta oratorem, aliquid facessere videtur difficultas, ex eo quod reus affirmat matrimonii consummationem : « Je déclare » ait « que mon mariage a été consommé ». Siquidem respondet orator hanc depositionem valde suspectam habendam esse et nullam mereri fidem. Nam in primis ipse extra iudicium fassus est, non fuisse matrimonium consummatum. Et sane, Theophilus Pagés in oppido *Labruguière* iudex pacis testatus est : « La non consommation du mariage m'a été attestée par un cousin germain d'Urbain Roques, qui lui avait fait cette confidence ». Hac de causa, pergit orator, Urbanus testes septimae manus adducere noluit ne fortasse ipsi appellati testes coram iudice affirmarent, ab eodem Urbano audisse, matrimonium consummatum non esse. Unde ipse Archiepiscopus Albiensis in litteris ad S. O. C. datis scripsit : « Notandum est, quod vir noluit inducere testes septimae manus, ad corroborandam suam confessionem, unde valde suspectum apparet eius testimonium ».

Ulterius, notat orator, Urbanus ita egit, ne turpem morbum, quo laborat, quoque inhabilis effectus est ad liberos procreandos, coram iudice fateretur ; ne flagitii se ipse argueret, quo infelicem puellam inhoneste circumvenit. Unde aliam quoque causam, nec minus probrosam, deprehendit ex iisdem archiepiscopi albiensis litteris, in quibus legitur : « Adde, quod ad primam citationem iudicis in scriptis respondere non erubuit, se nolle coram iudice comparere, nisi prius uxor viginti millia francorum (20,000 francs) ipsi dedisset, in reparationem damni processus civilis. Cum iudex abnuisset, hanc conditionem admittere, quae ad rem certe non pertinet, numquid forsan ab irato contra uxorem declaverit matrimonii consummationem ? »

Insuper orator altius assurgens, ex principiis iuris probare contendit contra iuratum viri testimonium praevalere mulieris confessionem, cum et ipsa per aspectum corporis se virginem esse probaverit. Hoc defensor ex ipso iure decretalium repetit, cum *in Cap. IV De probationibus* haec leguntur: « Proposuisti nobis, dilecte fili praeposite, quod causa matrimonii, quae inter dilectum filium nostrum O. de Casa nova et S. filiam O. de Pisco mulierem vertitur, tibi fuit de mandato apostolico delegata. Quumque partes essent in tua praesentia constitutae, mulier proposuit, se nec a viro cognitam, nec potuisse cognosci quod tam proprio iuramento quam testimonio septem mulierum probavit, quae per aspectum corporis eam esse virginem asseverant; viro autem per iuramentum suum contrarium asserente, vos in negotio procedere minime voluistis, donec de hoc nostrum consilium habueritis. Videtur igitur nobis, quod'iuramento puellae et testimonio illarum septem mulierum, quae ipsam per experientiam virginem asseverant, fides est potius adhibenda ».

Huius rei hanc rationem affert Phiring: « Quia iuramentum unius non est integra seu plena probatio.... ideoque si ex adverso, ut in causa huius capitis, pro muliere afferatur integra et plena probatio, ea debet praevalere, seu praeferri probationi minus integrae seu semiplenae » ***(Ius-*** *can. ad idem caput § 6).* Idem docet Reiffenstuel : « Probatio per aspectum corporis praefertur probationi per attestationem iuratam in contrarium » *(Ius can. univ. ibid.* ***% IV,*** *n. 86).* Et, omissis aliis, Benedictus XIV, idem affirmat : « Si matrimonium ob impotentiam accusatur, et vir contendat a se cognitam uxorem suam, et mulier neget, praestatur fides viro firmanti et iuranti, et secundum eum est pronuntiandum.... At, si mulier virum arguât mendacii et periurii, et se virginem per experimentum iuratarum matronarum probare velit, inspectio est decernenda, et creditur mulieri » *(Quaest, can. 323).*

Insuper defensor hanc doctrinam ex pluribus decisioni-

bus S. C. C. comprobare nititur. Ita in quadam *Neapolitana,* quum mulier post biennium contra viri impotentiam reclamaverit, ac iuraverit matrimonium haud fuisse consummatum, et, inspectione facta, eius virginitas comperta esset, S. O. declaravit, die *5 decembris 1846,* locum esse dispensationi a matrimonio rato et non consummato, etsi vir iuramento firmaverat consummationem , atque ex perfecta partium structura vir potentia praeditus videretur. Idem iudicavit in alia *Neapolitana die 21 iulii 1827,* quamvis etiam hic iuramentum viri obstaret, et opinio quaedam falsa mulieris extiterit, qua ipsa primis matrimonii mensibus gestare in utero putaverat, imo etiam fama abortus manaverit. Nec aliter definitum est in *Leodien. 26 Aug. 1758* et *Ianuen. 9 Septembris 1815.*

Insuper, dum Benedictus XIV fungebatur munere secretarii S. O. O. agitata est causa Ianuensis dispensationis, inter Annam Mariam Pallavicini ac Ioannem Iacobum Imperiali, quorum altera sacramento negabat matrimonium consummatum esse, alter affirmabat. Et quamvis nulla de uxoris virginitate inspectio facta esset, tamen S. C. indiciis innixa, quae mulieri favebant, ac praesertim extraiudicialibus viri confessionibus , die 20 maii 1719 rescripsit pro dispensatione. Viro famem acriter reclamante, anno eodem, die 9 septembris iudicium distulit. Tum Anna Maria paratam se exhibuit, ut per inspectionem corporalem virginem se esse probaret. Vix hoc ad S. O. allatum est, ipsa iussit quodcumque aliud probationis genus omitti, ac fieri mulieris inspectionem. Ex qua cum virginalis status Annae Mariae apparuerit, die 27 ianuarii anni 1720 S. C. sententiam ab initio latam confirmavit. *(Bened. XIV, quaestion. can. 108).* Unde deducit orator, cum in casu nostro de Mariae Aloisiae virginitate, post [actam inspectionem, ambigi plane nequeat ; non dubitari quidem fas est, eius matrimonium cum Urbano contractum numquam esse consummatione perfectum.

Cum itaque in themate nulla dubitatio, iuxta patronum

de matrimonii inconsummatione supersit, dispensationi oh graves et legitimas causas locus esse videtur.

Atque in primis extare animadvertit maximam animorum aversionem, quae tanta est, ut eorum reconciliatio nullo pacto sperari possit.

Alteram causam adducit patronus ex ipso morbo quo Urbanus affectus est, quandoquidem acerbum, atque inhumanum esset, infelicem puellam perpetuo a matrimonio arcere aut in sinum corrupti atque exosi mariti, velut per vim, impellere, ut et ipsa turpi morbo inficiatur, quo aut vitam amittat, aut miseram et aerumnosam ducat.

His omnibus accedit periculum incontinentiae, in quo misera actrix in ipso ineuntis iuventutis fervore versatur. Eo vel magis quod haec apud Gallos lex vigeat, ut post tres separationis annos, alterutra parte petente, civile divortium concedatur. Quod si fiat, neminem latet in quod discrimen ventura actrix sit, quae et iuvenis est, ac viri praesidio vel maxime indiget, ut ad civile, quod appellant, matrimonium confugiat.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. E contra vinculi defensor in primis observat, omnes testes productos esse ab ipsa Maria. Mirum proin non est, quod actricis virtutes ad sidera tollant omnemque culpam detorqueant in Urbanum. Non facile contingit ut testis aliquis quidpiam proferat adversus inducentem. Hac de causa fit, ut nullo in negotio neque in iudiciis triobuli lis actori adiudicetur in fide testium ab ipso inductorum. Et quod attinet causas matrimoniales Instructio a S. O. C. edita die *22* Augusti 1840 mandat: « Procedendum erit ad examen *septimae manus*,. hoc est septem propinquorum ex *utroque* latere ad formam text. *(in cap. Litterae Vestrae, de frigid, et malef.)* ».

Quod quidem examen, pergit orator, iure decretalium negligi nequit, quin sententia vitio nullitatis tabescat, ceu tradit Sánchez, *De matr. lib. 7, disput. 108, n. 9.* Sacra vero Congregatio C. quaerenti Archiepiscopo varsaviensis « Sitne in causis nullitatis matrimonii ex quocumque titulo

coram iudice spirituali agitatis necesse exigere, ut testes septimae manus producantur, an vero id in solis causis ex capite impotentiae devolutis observandum, in ceteris autem omnibus praetermitti posse? » die 16 Iunii 1894 rescripsit: « *Negative ad primam partem, et testimonium septimae manus stricto sensu sumptum exigi ad corroborandam confessionem coniugum quoad inconsummationem matrimonii* ».

Neque dicatur, ' instat matrimonii vindex, testes ex latere Urbani ideo excussos non esse, quia iuri suo cessit Urbanus ; nam respondet orator : si hac agendi ratione Urbanus praeiudicium afferre potuit iuri suo, non tamen exinde consequitur, ut legitima matrimonii tuitio praeiudicata censeatur. Nam praeter testimonium sive obstetricium sive medendum ss. canones perquirunt examen *septimae manus* ex utroque latere, quia (ceu monet Sánchez *de matr. lib. 7, disput. 108, n. 7 et 8)* « saepe oculi et manus (explorantium) falluntur eo vel maxime quod feminae multis fraudibus utantur, quibus virgines apparent » Et : « Ut cautiori diligentia adhibita dissolutio matrimonii fiat. Quae res maximi momenti est ».

Huc accedit, prosequitur orator, ut ad valide dispensandum super matrimonio praeter certitudinem inconsummationis, necessaria sit iusta dispensandi causa. Qua quidem de re obstetrices alte silent, testes autem nil probant, quia confidentes sunt, seu producti ab actrice, nec unus est ex diffidentibus, seu, ex latere viri.

Quinimo percontatus : « Quelles sont les causes qui vous ont fait abandonner le domicile conjugal? » Urbanus reponit : « Les causes qui m'ont fait abandonner le domicile conjugal ont été le mauvais caractère de mon épouse, et ma situation dans sa famille, qui était plutôt celle d'un étranger, que d'un mari ». Urgenti vero iudici : « Consentiriez-vous à la reprise de la vie commune? » Ille respondet: « Non. Je suis persuadé que tout recommencerait au bout de quinze jours ».

Quocirca, concludit matrimonii defensor, Mariae Aloisiae,

efflagitanti dispensationem super matrimonio, quod cum Urbano Roques rite contraxit, in memoriam revocanda veniunt divina praecepta *(Ad Coloss. 3, 18):* « Mulieres subditae estote viris, sicut oportet in Domino » ac *Gen. 3, 16:* « Sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui ».

Hisce itaque hinc inde adductis, propositum fuit enodandum

Dubium

•*An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu.*

RESOLUTIO. Sacra C. O. re disceptata sub die 17 Iulii 1898, censuit respondere: *Affirmative.*

EX AEDIBUS VICARIATUS ROMAE

STATUTA circa Tribunalia mulierum confessionibus excipiendis sive in publicis templis, sive in Gynaeceorum Sacellis.

Ai RR. Rettori delle chiese ed ai Superiori di Monasteri e Case Religiose in Roma.

È a notizia di questa Curia Ecclesiastica che in alcune chiese di questa Dominante, e presso alcuni Istituti Religiosi, segnatamante di donne, i confessionali non si trovano nelle debite condizioni.

A togliere tale abuso, che può dar luogo a gravissimi inconvenienti, si rammenta ai

Ad Reverendos Ecclesiarum Rectores, et muliebrium Coenobiorum, ceterorumque piorum Gynaeceorum Romae existentium Praesides.

Huic ecclesiasticae Curiae nuntiatum est, in nonnullis huius almae Urbis Ecclesiis, et in quibusdam religiosis mulierum contuberniis, Tribunalia Fidelium confessionibus audiendis destinata, in iis conditionibus, quae a sacris Canonibus praescribuntur, nequaquam versari

Ad hunc abusum eliminandum, qui gravibus Incommodis viam sternere solet, Ecclesia-

Rettori di chiese che i confessionali per le donne devono esser posti in chiesa, in luogo aperto, muniti di fìtta grata inamovibile (vivamente raccomandiamo che sia coperta all'intorno di velo fìsso) ed in tal guisa costruiti, che il confessore rimanga totalmente separato dalla penitente.

rum Rectoribus in memoriam revocamus, Tribunalia isthaec pro feminis, in templis loco aperto collocanda esse, densis flxisque cratibus obarmata (quas stabili velo circum operiri vehementer expetimus); atque ita extructa, ut Sacerdos confessionem excipiens a muliere confitente omnino seiungatur.

Sono pertanto da considerarsi come irregolari i confessionali per donne situati nelle sagrestie, o senza fìtta grata, quelli che sono posti in chiesa, ma in luogo appartato, oscuro o pressoché nascosti agli occhi del pubblico, e quelli consistenti in una semplice tavola con grata, detti mezzi confessionali.

Igitur tamquam abnormia habenda sunt huiusmodi pro feminis Poenitentiae tribunalia, quae sive in Sacrariis templorum sita sunt; sive etiamsi in templis collocata, tamen vel densa fixâque crate destituta, vel in remoto et obscuro loco seposita, ut sint ferme fidelium oculis abdita; sive demum quae unica tabula cum crate constructa sunt: dicta propterea *media* confessionibus audiendis *tribunalia.*

Sono altresì irregolari i confessionali dei monasteri e case religiose femminili che, oltre di fìtta grata, non sono muniti di velo fisso da rendere invisibile il sacerdote, e nei quali il confessore non rimanga in ambiente diverso da quello della penitente.

Praeterea uti abnormia habenda sunt ea feminarum confessionibus excipiendis tribunalia, quae in muliebribus sive Coenobiis, sive quibuslibet aliis contuberniis constituta, praeter densam fixamque cratem, stabili velo, quo fiat invisibilis Sacerdos, munita non sint; itemque ea, quae ita collocata sunt, ut et Sacerdos audiens et femina confitens in uno eodemque solo et aeris ambitu consistant.

Tutte queste, ed altre simili

Haec omnia aliaque similiter

e difettose specie di confessionali, devono essere abolite o corrette entro un mese dalla data della presente e, per ordine superiore, lo scrivente fa di ciò formale precetto a chi di ragione, avvisando che, trascorso il detto termine, non mancherà d'inviare ecclesiastiche persone a verificare se i presenti ordini siano stati debitamente eseguiti.

In questa occasione si rammenta pure che le confessioni delle donne, anche in chiesa ed in confessionali regolari, non possono ascoltarsi, senza specialissimo privilegio, oltre mezza ora dopo l'Ave Maria vespertina.

Dalla Segreteria del Vicariato li 9 Febbraio 1898.

abnormia Poenitentiae pro feminis tribunalia infra mensem ab hac die qua has literas damus, prorsus eliminentur, aut emendentur; idque, qui haec scribit, a Praesulibus iussus, omnibus quorum interest, expresse praecipit; commonens, se, statuto tempore elapso, ecclesiasticos viros missurum, qui coram, suis ipsorum oculis comprobent, utrum hisce mandatis obtemperatum sit.

Hic vero, capta occasione, in memoriam revocandum arbitratu^ mulierum confessiones nec quidem in templis, quamvis Poenitentiae tribunalia sint iuxta sacros Canones adamussim conformata et collocata, vespere media hora post erepusculum (quo angelica salutatio a fidelibus recitari consuevit), sine speciali prorsus privilegio, non posse.

Dat. ex Scribarum Curia Eñii Cardinalis vicaria Pontificis potestate fungentis, die 9 Februarii 1898.

LUCIDUS M.ª CARD. VICARIUS

L. * S.

PETRUS Can. CHECCHI *a Seeretis.*

EX S. GONG. S. R. U. INQUISITIONIS

Quoad conditiones pro absolvendis iis, qui nomen dederint sectis vetitis.

Beatissimo Padre,

Il Vescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V. umilmente espone che non di rado si presentino ai confessori gli aggregati alle sette massoniche per essere assoluti. Or il sottoscritto chiede umilmente se in forza delle facoltà concesse colla solita pagella della S. Penitenzieria si possano assolvere tanto i framassoni occulti, quanto i pubblici, e se, prescrivendosi nella detta pagella *ut eiurent,* debba da tutti richiedersi formale e notoria abiura, da conservarsi in Curia. Che ecc.

Feria IV, die Ö Augusti 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEiîiis ac RR. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, propositis infrascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt :

« Episcopus utatur facultatibus, quae Ordinariis a S. Poenitentiaria concedi solent, quarum vi et ipse et alii ab ipso delegati Confessarii absolvere possunt eos, qui sectis vetitis nomen dederunt, sive notorii sint, sive non, dummodo a respectiva secta omnino se separent, eamque saltem coram Confessario eiurent, seu detestentur, reparato scandalo eo meliori modo, quo fieri potest, et aliis iniunctis de iure iniugendis, iuxta praefatas litteras S. Poenitentiariae ».

Feria vero VI, die 5 eiusdem mensis Augusti, in solita audientia R. P. D. Assessori impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni PP. XIII relatione, SSmus resolutionem EEmorum Patrum approbavit.

I. CAN. MANCINI, S. R. et U. Inq. Notarius.

FACULTAS tribuitur Episcopis concedendi documentum libertatis uxoribus militum, qui apud *Aduam* in Africa pugnaverunt, et quorum nulla superest memoria.

Beatissimo Padre,

Il Vescovo N. N'., prostrato ai piedi della S, V., espone che nella sua diocesi, ed anche altrove, trovansi non poche giovani sposate ecclesiasticamente con soldati che presero parte in Africa nella battaglia di Adua, e di cui non si è avuta più notizia, non ostanti le minute ricerche fatte dal Governo Italiano; e però si suppongono morti. Or trovandosi esse in relazione con altri giovani con cui desiderano unirsi in legittimo matrimonio, chiedono il documento di libertà. — Il sottoscritto Vescovo, temendo gravi sconcerti dal diniego di tal documento, soprattutto il pericolo del contratto meramente civile, fa umili istanze per conoscere com' egli debba in ciò regolarsi.

Feria IV, die 20 Iulii 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEiîiis et RRiïiis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisiforibus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

Dummodo agatur de viris, qui certo adstiterunt pugnae de Adua, et, peractis opportunis investigationibus, indubitanter dignosci nequeat an vir reapse mortuus ceciderit, attentis specialibus circumstantiis in casu exposito occurrentibus, et valida praesumptione obitus. Ordinarius permittere poterit transitum ad alias nuptias.

Feria vero VI, die 22 eiusdem mensis Iulii, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSifio D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSiîius resolutionem EEmorum Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. L Not.*

DUBIUM ; an schismaticus in bona fide constitutus absolvi possit a Confessario Catholico.

Feria IV, die 20 Iulii 1898.

Huic Supremae Congregationi S. R. et U. Inquisitionis fuit propositus enodandus sequens casus:

Bonifacius in partibus Schismaticorum Orientalium arduam missionarii apostolici vitam agens, quadam die in tribunali poenitentiae sedens, inter alias, Agatham invenit, quae generalem anteactae vitae confessionem apud ipsum instituendam humiliter et enixe petit. Agathae petitioni Bonifacius annuens, eam maxima patientia et caritate audit et adiuvat. Sed ecce, dum bona mulier ordine et praecisione admirabili, nec non fervida fide, humilitate ac lacrimarum copia sordes confitetur, hoc deinde subiungit: se nunquam suis sacerdotibus, utpote pravis moribus imbutis ac sacramentalis sigilli minime curantibus, conscientiam suam ita fideliter aperuisse, ac denique Confessarium exorat ut ei det veniam se apud ipsum semper in posterum peracturam ut Eucharistiae Sacramentum in sua propria Ecclesia recipere digne valeat.

Quibus auditis, confessarius comperit illam non esse de gremio, saltem de corpore, Ecclesiae Catholicae, et anxius non parum factus, secum quaerit quomodo cum spirituali poenitentis bono haud facile iudicium componat. Ac primo quidem de praecipuis fidei articulis illam interrogat, quam satis instructam reperit; dehinc prudenter sciscitatur ab ea quid de schismate sentiat, quidque de necessaria fide ac subiectione in Ecclesiam Catholicam atque in eius visibile Caput. Quibus illa : *Christiana sum,* respondit: *schisma nescio quid sit; ego unam ubique terrarum veram Christi Religionem agnoseo, in qua vivere et mori cupio: mea certe non refert de quaestionibus iudicare, quae sicut a sacerdotibus exortae sunt, ita et ab ipsismet christiana inter se caritate concilientur. Quare,* sequitur devota mulier, *cum crastina die sit apud nos ob peculiare Festum magnus in communione Altaris populi concursus, obsecro te, pater sancte ut sicut meam plenam confessionem iam audivisti, ita nunc et absolvas me paupereulam a peccatis, de quibus maxime doleo, ut et ego eœultanti animo ad sacram Synaxim accedere possim.*

Mulieris constantiam admiratus, cum ex sua parte de illius bona flde certus sit, et ex altera serio timens ne amplior disquisitio obfutura ei magis, quam profutura esset, autumans se bonum facere, Bonifacius Agatham, ceteroquin confessam et contritam absolvit. Nec eamdem impedit quominus S. Eucharistiam per Ministrum Schismaticum accipiat, silentio concedens quod per se concedere non posset, eo vel magis quod ipse optime noscat *Sacramenta, ritus et preces,* apud Shismaticos, nihil in se continere quod catholicum non sit.

Hinc quaeritur:

I. An aliquando absolvi possint schismatici materiales, qui in bona fide versantur?

II. An eisdem concedi possit, *saltem tacite,* ut in propriis ecclesiis aliquando sacramenta recipiant, atque sacris functionibus assistant?

III. An Bonifacius bene revera egit, et quid ei consulendum.

Porro in Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EE. et RR. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, idem EE. ac RR. Patres rescribi mandarunt:

Ad L Cum scandalum nequeat vitari, Negative, praeter mortis articulum; et tunc efficaciter remoto scandalo.

Ad II. Negative.

Ad III. Negative: et consulenaum confessario ut, praehabita licentia a poenitente, ipsam opportune et caute moneat.

Feria vero VI, die 22 eiusdem mensis Iulii, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem EEmorum Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. Not.

DUBIUM quoad paganos polygamos, de quorum vero consensu in contrahendis matrimoniis haud certo constat.

Beatissime Pater,

Praefectus Apostolicus Niger Superioris, ad S. V. pedes provolutus, humiliter petit resolutionem casus qui sequitur.

Haud levis momenti difficultas his in locis obiicitur quando designari oportet quaenam sit prima polygami uxor. Etenim iuxta patrios mores, illa dicitur et reipsa habetur ut prima quam polygamus ante alias (ut hic dicitur) *in via allocutus est.* Saepe autem accidit quod vir dum expectat illam convivendi aetatem attigisse, aliam sibi uxorem petat, cum eaque marita liter vivat, quin exinde intendat hanc primae uxoris locum tenere; imo eam certiorem faciendo, sui ipsius primam uxorem *esse in via*> Et revera quando illa, aetate permittente, domum mariti ingreditur, primum locum ibi patrio iure tenet, recurrentibus v. gr. religiosis caeremoniis, eius erit epulas parare easque idolis apponere, ac si maritus quadam praeditus sit dignitate, ipsa sola, inter eius uxores, huius dignitatis iure particeps fiet.

Allocutio, de qua in casu, talibus aliquando comitatur caeremoniis, notionem ligaminis imo et irritabilitatis cuiuscumque subsequentis unionis secum ferentibus, quod facile erui potest, verum inter partes contractum fuisse matrimonium, dum puella adhuc esset *in via.* At saepe ita absque caeremoniis, absque testibus, absque indissolubilitatis notione, eadem *allocutio* fit, quae pluries minime *constat* utrum fuerit vel transierit in verum matrimonium ante viri adhaesionem ei quae more patrio habetur ut secunda uxor, an potius fuerit et manserit eousque mera de futuro desponsatio.

His positis, humiliter quaerit utrum in casu quo omni adhibita in investigando diligentia, tamen *non constet* matrimonium contractum fuisse cum puella *in via* ante alterius uxoris domum ingressum, illa haberi debeat ut polygami legitima uxor quae ab indigenis ut talis et designatur et habetur; vel potius utrum locorum moribus minime perpensis pro illa standum sit quae prima maritaliter viro adhaeserit.

Feria IV, die 17 Augusti 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEiïiis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, relatis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EErîii et RRmi Patres rescribendum mandarunt:

Standum esse pro matrimonio sive consummato sive non consummato, prioritate temporis celebrato, illis quidem caere-

remoniis patrio more adhibitis, quae iuxta communem regionis existimationem mutuum sponsorum de praesenti consensum sufficienter exprimunt. Quod si, factis opportunis investigationibus, non constet contrahentes vel puellas, de quibus agitur, verum consensum matrimonialem de praesenti praestitisse ; ideoque de valore matrimonii prioritate temporis celebrati prudenter dubitetur, provisum per decretum 18 Maii 1892 ad 2. quod sic se habet:

« Si, instituto diligenti examine, matrimonium cum prima quae iam baptizata fuerit, validum inveniatur, ad illam redire pagani, de quibus in casu, omnino teneantur. Si autem non fuerit baptizata, vi art. II, formulae I satis erit interpellare utrum velit converti. Ubi vero converti nolit, vel serio dubitetur de validitate matrimonii cum prima, poterunt quamlibet ducere, dummodo sit baptizata, renovato consensu ».

Subsequenti vero Fer. VI, die 19 eiusdem mensis Augusti, in solita audientia R. P. D. Assessori impertita, facta de his omnibus SSmo Dno Nostro Leoni Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem EEmorum Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. Inq. Not.*

EX S. CONGREGATIONE INDICIS

DUBIUM propositum circa Constitutionem *«Officiorum, ac munerum ».*

An Ordinarii, qui, peracto examine alicuius libri, praeviae eorum censurae submissi, licentiam denegent eundem publicandi, teneantur auctori rationes denegatae licentiae indicare ?

Eadem Sacra Congregatio sub die 1 Septembris 1898 responderi mandavit: ***Affirmative, si liber videatur correctionis seu expurgationis esse capax.***

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Indicis Congñis die 3 Septembris 1898.

F. MARCOLINUS CICOGNANI O. P. *a Secretis.*

CONSTITUTIO APOSTOLICA SSmi D. N. Leonis XIII de legibus, iuribus ac privilegiis Sodalitatis a Sanctissimo Rosario.

Ubi primum, arcano divinae providentiae consilio, ad supremam Petri Cathedram fuimus evecti, oblato conspectu ingruentium in dies maiorum, Apostolici muneris esse duximus expediendae salutis agitare consilia ac studere, quibus maxime modis Ecclesiae tutelae et catholicae fidei incolumitati prospici posset. — Inter haec ad magnam Dei Matrem eamdemque reparandi humani generis consortem ultro animus convolavi!, ad quam trepidis in rebus confugere catholicis hominibus praecipuum semper ac solemne fuit. Cuius fidei quam tuto sese crediderunt, praeclara testantur ab ipsa collata beneficia, inter quae plura constat fuisse impetrata per probatissimam illam precandi formulam titulo *Rosarii* ab eadem invectam et Dominici Patris ministerio promulgatam. — Solemnes autem honores eo ritu Virgini habendos summi Pontifices decessores Nostri haud semel decrevere. Quorum Nos etiam aemulati studia, de Rosarii Marialis dignitate ac virtute satis egimus copiose, Encyclicis Litteris pluries datis, vel inde a kalendis Septembribus anni MDCCCLXXXIII, cohortantes fideles, ut, sive publice sive suis in domibus, saluberrimum hoc pietatis officium augustissimae Matri persolverent et Marianis ab eo titulo Sodalitatibus sese aggregarent. Ea vero omnia nuperrime, datis litteris die v Septembris huius anni, veluti in unum collecta, paucis memoravimus; simulque consilium Nostrum patefecimus edendae *Constitutionis* de iuribus, privilegiis, indulgentiis, quibus gaudent qui piae isti Sodalitati dederint nomina. Nunc vero ut rem absolvamus, votis obsecundantes Magistri generalis Ordinis Praedicatorum, Constitutionem ipsam edimus, qua leges de huiusmodi Sodalitate latas, itemque beneficia recensentes a summis Pontificibus eidem concessa, modum decernimus, quo in perpetuum salutifera haec institutio regatur.

I.

Saeratissimi Rosarii Sodalitas in eum finem est instituta, ut multos fraterna caritate coniunctos per piissimam illam precandi formulam, unde ipsa consociatio nomen mutuatur, ad beatae Virginis laudationem et eiusdem patrocinium unanimi

oratione impetrandum alliciat Quapropter, nullo quaesito lucro aut imperata pecunia, cuiusvis conditionis excipit homines, eosque per solam Rosarii Marialis recitationem mutuo devincit. Quo fit, ut pauca singuli ad communem thesaurum conferentes multa inde recipiant. Actu igitur vel habitu dum ex instituto Sodalitii suum quisque pensum recitandi Rosarii persolvit, sodales omnes eiusdem societatis mentis intentione complectitur, qui idem caritatis officium ipsi multiplicatum reddunt.

II.

Sodalium Dominicanorum Ordo, qui, vel inde ab sui initio beatae Virginis cultui maxime addictus, instituendae ac provehendae Sodalitatis a sacratissimo Rosario auctor fuit, omnia, quae ad hoc genus religionis pertinent, veluti hereditario iure sibi vindicat.

Uni igitur Magistro generali ius esto instituendi Sodalitates saeratissimi Rosarii : ipso a Curia absente, subeat Vicarius eius generalis; mortuo vel amoto, Vicarius generalis Ordinis. — Quamobrem quaevis Sodalitas in posterum instituenda nullis gaudeat beneficiis, privilegiis, indulgentiis, quibus Romani Pontifices legitimam verique nominis Sodalitatem auxerunt, nisi diploma institutionis a Magistro generali vel a memoratis Vicariis obtineat.

III.

Quae anteacto tempore Sodalitates saeratissimi Rosarii ad hanc usque diem sine Magistri generalis patentibus litteris institutae sunt, litteras huiusmodi intra anni spatium expediendas curent; interim vero (dummodo hoc uno tantum defectu laborent) sodalitates ipsas, donec eaedem litterae expediantur, tamquam ratas et legitimas, ac privilegiorum, beneficiorum et indulgentiarum omnium participes, auctoritate apostolica benigne declaramus.

IV.

Instituendae Sodalitati in designata aliqua ecclesia Magister generalis deputet per consuetas litteras sacerdotem sui Ordinis: ubi Conventus Sodalium Dominicanorum desint, alium sacerdotem episcopo acceptum. — Eidem Magistro generali ne liceat facultates, quibus pollet, in universam et absque limitatione committere Provincialibus, aliisve aut sui aut alieni Ordinis vel Instituti sacerdotibus.

Facultatem revocamus a fel. rec. Benedicto XIII Magistris Ordinis concessam (1), delegandi generatim Provinciales *transmarinos.* Indulgemus tamen, rei utilitate perspecta, ut earumdem provinciarum prioribus, vicariis, praepositis missionalibus potestatem faciant instituendi certum Sodalitatum numerum, quarum accuratam rationem iis reddere teneantur.

V.

Sodalitas a sacratissimo Rosario in omnibus ecclesiis publicisque aediculis institui potest, ad quas fidelibus accessus libere pateat, exceptis monialium aliarumque piarum mulierum, vitam communiter agentium, ecclesiis, prout sacrae romanae Congregationes saepe declararunt.

Quum iam ab Apostolica Sede cautum sit, ne in uno eodemque loco plures existant saeratissimi Rosarii Sodalitates, Nos eiusmodi legem iterum inculcamus, et ubique observari iubemus. In praesenti tamen, si quo in loco plures forte existant, rite constitutae, sodalitates; facultas sit Magistro generali Ordinis ea de re pro aequitate iudicandi. Ad magnas vero urbes quod attinet, plures in iis, uti iam ex indulgentia provisum est, haberi possunt titulo Rosarii Sodalitates, ab Ordinariis pro legitima institutione Magistro generali proponendae (2).

VI.

Quum nulla habeatur saeratissimi Rosarii Sodalitas princeps, cui aliae minores aggregentur, hinc nova quaevis huiusmodi consociatio, per ipsam sui canonicam institutionem particeps fit indulgentiarum omnium ac privilegiorum, quae ab hac Apostolica Sede aliis per orbem sodalitatibus eiusdem nominis concessa sunt. — Eadem ecclesiae adhaeret, in qua est instituta. Quamvis enim Sodalitatis privilegia homines spectent, tamen indulgentiae complures, eius sacellum vel altare adeuntibus concessae, uti etiam privilegium altaris, loco adhaerent, ideoque sine speciali Apostolico indulto neque avelli possunt neque transferri. Quoties igitur Sodalitas, quavis de causa, in aliam ecclesiam deduci contigerit, ad id novae litterae a Magistro generali expetantur. Si autem, destructa ecclesia, nova

(1) Constit. *Pretiosus* die 26 Maii 1727.
(2) S. C. Indulg., die 20 Maii 1896.

ibidem aut in vicinia aedificetur eodem titulo, ad hanc, quum idem esse censeatur locus, privilegia omnia atque indulgentiae transeunt, nulla requisita novae sodalitatis institutione. — Sicubi vero, post institutam canonice in aliqua ecclesia Sodalitatem Conventus cum ecclesia Praedicatorum fuerit extructus, ad ecclesiam eius Conventus Sodalitas ipsa, prout de iure, transferatur. Quod si, peculiari aliquo in casu, de hac lege remittendum videatur, facultas esto Magistro generali Ordinis pro sua aequitate et prudentia opportune providendi; integro tamen sui Ordinis iure.

VII.

Ad ea, quae supra decreta sunt, quaeque naturam ipsam et constitutionem Sodalitatis attingunt, quaedam accedere poterunt, quae ad bonum societatis regimen conferre videantur. Integrum est enim sodalibus *statuta* sibi condere, sive quibus tota regatur societas, sive quibus aliqui ad peculiaria quaedam christianae pietatis officia, collata etiam pecunia, si placuerit, saccis assumptis vel secus, excitentur. Ceterum quaevis horum varietas non obest quominus indulgentiae possint acquiri a sodalibus, dummodo ea praestent, quae iis lucrandis ab Apostolica Sede praecepta sunt. Addita tamen huiusmodi statuta Episcopo dioecesano probentur eiusque moderationi maneant obnoxia; quod Constitutione Clementis VIII *Quaecumque* sancitum est.

VIII.

Rectorum electio, qui nempe Sodalitatis membra in piam societatem recipiant, eorum rosariis ben edicant, omnibus denique fungantur muneribus praecipuis, ad Magistrum generalem vel eius Vicarium, uti antea, spectet; de consensu tamen Ordinarii loci, pro ecclesiis clero saeculari concreditis.

Quo autem Sodalitati conservandae melius prospiciatur, Magistri generales ei rectorem praeflciant sacerdotem aliquem, in ecclesia, ubi est instituenda Sodalitas, certo munere fungentem vel certo fruentem beneficio, illiusque in hoc sive beneficio sive munere in posterum successores. Si, qualibet ex causa, desint; Episcopis, uti iam est ab hac Apostolica Sede sancitum (1), facultas esto ad id muneris deputandi parochos *pro tempore.*

(1) S. C. Indulg., die 8 Ian. 1861.

IX.

Quum haud raro peropportunum, quin etiam necessarium videatur, ut sacerdos alius legitimi rectoris loco nomina inscribit, coronis benedicat aliaque praestet, quae ad ipsius rectoris officium pertinent, Ordinis Magister rectori facultatem tribuat subdelegandi, non generatim quidem, sed in singulis casibus, alium idoneum sacerdotem, qui eius vices gerat, quoties iusta de causa id opportunum iudicaverit.

X.

Item, ubi Rosarii Sodalitas eiusque rector institui nequit, Magistro generali facultas esto designandi alios sacerdotes, qui fideles, indulgentias lucrari cupidos, Sodalitati propinquiori aggregent, et Rosariis benedicant.

XI.

Formula benedicendi Rosarii, seu Coronae, usu sacrata, inde a remotis temporibus in Ordine Sodalium Dominicanorum praescripta et in appendice romani Ritualis inserta, retineatur.

XII.

Etsi quovis tempore nomina possint legitime inscribi, optandum tamen ut solemnior illa receptio, quae, sive primis cuiusque mensis dominicis, sive in festis maioribus Deiparae haberi solet, apprime servetur.

XIII.

Unicum sodalibus impositum onus, citra tamen culpam, est Rosarium unaquaque hebdomada cum quindecim mysteriorum meditatione recitandum.

Ceterum sua Rosario genuina forma servetur, ita ut coronae non aliter quam ex quinque aut decem aut quindecim granorum decadibus coalescant: item ne aliae cuiusvis formae Rosarii nomine appellentur; denique ne humanae reparationis mysteriis contemplandis, usu receptis, meditationes aliae sufficiantur, contra ea quae iamdiu ab hac Apostolica Sede decreta sunt, id est, qui ab his consuetis mysteriis meditandis recesserint, eos Rosarii indulgentias nullas lucrari (1).

(i) S. C. Indulg., die 15 Aug. 1726.

Sodalitatum rectores sedulo curent ut, si fieri possit, quotidie, vel saltem quam saepissime, maxime in festis beatae Virginis, ad altare eiusdem Sodalitatis, etiam publice Rosarium recitetur; retenta consuetudine huic Sanctae Sedi probata, ut per gyrum cuiuslibet hebdomadae singula mysteria ita recolantur: *gaudiosa* in secunda et quinta feria; *dolorosa* in tertia et sexta; *gloriosa* tandem in dominica, quarta feria et sabbato (1).

XIV.

Inter pios Sodalitatis usus merito primum obtinet locum pompa illa solemnis, qua, Deiparae honorandae causa, vicatim proceditur, prima cuiusque mensis dominica, praecipue vero prima Octobris; quem morem, a saeculis institutum, S. Pius V Commendavit, Gregorius XIII inter *laudabilia instituta et consuetudines* Sodalitatis recensuit, multi denique summi Pontifia ces indulgentiis locupletarunt (2).

Ne autem huiusmodi supplicatio, saltem intra ecclesiam, ubi temporum iniuria extra non liceat, unquam omittatur, privilegium a Benedicto XIII Ordini Praedicatorum concessum, eam transferendi in aliam dominicam, si forte ipso die festo aliqua causa impediatur (3), ad omnes Sodalitatum saeratissimi Rosarii rectores extendimus.

Ubi autem propter loci angustiam et populi accursum ne per ecclesiam quidem possit ea pompa commode duci, indulgemus, ut, per interiorem ecclesiae ipsius ambitum, sacerdote cum clericis piae supplicationis causa circumeunte, Sodales, qui adstant, indulgentiis omnibus frui possint eidem supplicationi adnexis.

XV.

Privilegium Missae votivae saeratissimi Rosarii, Ordini Praedicatorum toties confirmatum (4), servari placet, atque ita quidem ut non solum Dominicani sacerdotes, sed etiam Ter-

(1) S. C. Indulg. die 1 Iul. 1859 ad 5.

(2) S. Pius V *Consueverunt,* die 17 Sept. 1569; Gregorius XIII *Monet Apostolatus,* die 1 Apr. 1573; Paulus V *Piorum hominum,* die 15 Apr. 1608.

(3) Const. *Pretiosus,* die 26 Mai 1727, I 18.

(4) Decr. S. G. Rit. die 25 Iun. 1622; — Clemens X *Caelestium munerum,* die 16 Febr. 1671; Innocentius XI *Nuper pro parte,* die 31 -Iul. 1679, cap. X, nn. 6 et 7; Pius IX in Summarium Iudulg. die 18 Sept. 1862, cap. VIII, nn. 1 et 2.

tiarii a Poenitentia, quibus Magister generalis potestatem fecerit Missali Ordinis legitime utendi, Missam votivam « *Salve Radix Sancta* » celebrare possint bis in hebdomada, ad normam decretorum S. Rituum Congregationis.

Ceteris vero sacerdotibus in Sodalium album adscitis, ad altare Sodalitatis tantum Missae votivae celebrandae ius esto, quae in Missali romano pro diversitate temporum legitur, iisdem diebus ac supra et cum iisdem indulgentiis. Harum indulgentiarum sodales etiam e populo participes fiunt, si ei sacro adstiterint, culpisque rite expiatis vel ipsa confessione vel animi dolore cum confitendi proposito, pias ad Deum fuderint preces.

XVI.

Magistri generalis cura et studio, absolutus atque accuratus, quamprimum fieri potest, conficiatur index Indulgentiarum omnium, quibus romani Pontifices Sodalitatem saeratissimi Rosarii, ceterosque fideles illud pie recitantes cumularunt, a sacra Congregatione Indulgentiis et SS. Reliquiis praeposita expendenda et Apostolica auctoritate confirmandus.

Quaecumque igitur in hac Apostolica Constitutione decreta, declarata ac sancita sunt, ab omnibus ad quos pertinet servari volumus ac mandamus, nec ea notari, infringi et in controversiam vocari posse ex quavis, licet privilegiata causa, colore et nomine: sed plenarios et integros effectus suos habere non obstantibus praemissis et, quatenus opus sit, Nostris et Cancellariae Apostolicae regulis, Urbani VIII aliisque apostolicis, etiam in provincialibus ac generalibus Conciliis editis Constitutionibus, nec non quibusvis etiam confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus ac praescriptionibus: quibus omnibus ad praemissorum effectum specialiter et expresse derogamus et derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagésimo octavo, sexto nonas Octobris, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

C. CARD. ALOISI-MASELLA, *Pro-Dat.*

A. CARD. MACCHI.

LITTERAE SSmi D. N. Leonis Papae XIII ad Ministrum generalem Ordinis Fratrum Minorum de doctrina divi Thomae aquinatis sequenda.

Nostra erga Fratres Minores pridem sane suscepta ac multis iam testata rebus voluntas, quo modo fecit Nos ad ea cogitanda ac sancienda alacriores, quae vobis plurimum intelligebamus profutura, ita nunc permovet ut cursum rerum vestrarum rationemque universae disciplinae studioso sequamur animo. Nihil enim tam avemus, quam ut Franciscanus Ordo, tot praesertim meritis tantoque nomine, florere sine ulla temporis intermissione pergat, imo communium custodia legum virtutumque et studiorum optimorum laude, Deo auxiliante, crescat: atque ita quidem, ut non sibi consulat uni, sed opes doctrinae, virtutis, sollertiae suae in communem hominum afferat fructum atque utilitatem. Quamobrem nonnulla visum est his litteris attingere utilia factu. Ad haec te, qui magistratum Ordinis maximum geris, volumus pro tua prudentia diligenter attendere.

De studio maiorum disciplinarum satis commonstrant Litterae Nostrae Encyclicae *Aeterni Patris,* qua sit ingrediendum via. Discedere inconsulte ac temere a sapientia Doctoris angelici, res aliena est a voluntate Nostra eademque plena periculi. Perpetua quidem sunt humanae cogitationis itinera, aügeturque accessionibus fere quotidianis scientia rerum ac doctrina : quis autem nolit his rebus sapienter uti, quas recentiorum pariat eruditio et labor? Quin imo adsciscantur hinc libenter quae recta sunt, quae utilia, quae veritati divinitus traditae non repugnantia: sed qui vere philosophari volunt, velle autem potissimum debent religiosi viri, primordia ac fundamenta doctrinae in Thoma Aquinate ponant. Eo neglecto, in tanta ingeniorum licentia, pronum esse in opinionum portenta delabi atque ipsa *rationalismi* peste sensim afffari, nimium iam res, et facta testantur. Quid si eiusmodi aliquid in eos obrepat, quibus officium sit instituere cupidam religiosae professionis iuventutem ? Sanctum itaque sit apud omnes beati Francisci alumnos Thomae nomen: vereanturque non sequi ducem, quem bene scripsisse de se Iesus Christus testabatur.

Dein nihil esse vides, quod fidei christianae tam vehementer intersit, quam explanari probe ac fideliter, ut oportet conscripta divino Spiritu afflante volumina. Habenda ratio et dili-

gentia est in re tanti momenti, ne quid, non modo superbia, sed ne levitate quidem animi imprudentiave peccetur: in primisque ne plus aequo tribuatur sententiis quibusdam novis, quas metuere satius est, non quia novae sunt, sed quia plerumque fallunt specie quadam et simulatione veri. Adamari hac illae coeptum est, vel a quibus minime debuerat, genus interpretandi audax atque immodice liberum : interdum favetur etiam interpretibus catholico nomine alienis, quorum intemperantia ingenii non tam declarantur sacrae litterae, quam corrumpuntur. Cuiusmodi incommoda in malum aliquod opinione maius evasura sunt, nisi celeriter occurratur. Omnino postulant *eloquia Dei* a cultoribus suis iudicium sanum ac prudens : quod nullo modo poterit esse tale, nisi adiunctam habeat verecundiam modestiamque animi debitam. Id intelligant ac serio considerent, quicumque pertractant divinos libros : iidemque meminerint, utique habere se quod in his studiis tuto sequantur, si modo audiant Ecclesiam ut debent. Nec silebimus, Nos ipsos per Litteras *Providentissimus Deus,* quid hac de re sentiat, quid velit Ecclesia, dedita opera docuisse. Praecepta vero et documenta Pontificis maximi negligere, catholico homini licet nemini.

Cum notitia rectaque intelligentia Scripturarum magnopere coniunctum illud est, versari sancte et utiliter *in ministerio verbi.* Tu vero in hoc genere, quantum vigilando conandoque potes, ne patiare quicquam vitii Sodalibus tuis adhaerescere : sed enitere et perfice, ut quae sacrum Consilium negotiis Episcoporum atque Ordinum religiosorum praepositum, non multos ante annos, datis in id litteris, monuit et praecepit, omnia inviolate serventur. Finis est eloquentiae sacrae eorum salus qui audiunt : quare tradere praecepta morum, vitia coarguere, mysteria cognitu necessaria ad vulgi captum explanare, hoc munus, haec suprema lex est. Nihil in praeconibus Evangelii tam absonum, quam in aliena dicendo, excurrere, materiamve ad explicandum sumere aut levioris momenti, aut otiosam, aut altius petitam: qua ratione obstrepitur quidem paulisper auribus, sed nihilominus ieiuna, quam venerat, multitudo dimittitur. Erudire, permovere, convertere ad meliora animos velle debent, qui ad concionandum pro potestate sacra accedant: quod tamen assequi, nisi diligenti praeparatione adhibita, nullo pacto queunt. De Minoribus igitur tuis, quicumque id muneris malunt attingere, tu dabis operam ut instruant atque ornent singuli sese, priusquam

aggrediantur, adiumentis praesidiisque necessariis, studio rerum atque hominum; cognitione theologiae, arte dicendi, et quod caput est, suorum observantia officiorum et innocentia vitae: is enim recte et cum fructu vocat alios ad officia virtutum, qui cum virtute vivat ipse'quique facile possit mores suos exponere, tamquam speculum, multitudini.

Virtutem autem vestram beneficam valde velimus, quod alio loco idem diximus, coenobiorum praetervehi terminos, ac bono publico manare latius. De beato Francisco Patre deque alumnis eius praestantissimis memoriae est proditam, se totos populo dedere, et in salute publica operam ponere acri diligentia solitos. Circumspice nunc animo res atque homines: plane reperies, tempus vobis esse idem illud repetere institutum, et exempla moremque antiquorum animose imitari. Nam si alias unquam, certe quidem hoc tempore magna ex parte nititur in populo salus civitatum : ideoque nosse e proximo multitudinem, ac tam saepe non inopia tantummodo et laboribus, sed insidiis et periculis undique circumventam amanter iuvare docendo, monendo, solando, officium est utriusque ordinis clericorum. Nosque ipsi si litteras encyclicas de Secta Massonum, de conditione opificum, de praecipuis civium christianorum officiis, aliasque generis eiusdem ad Episcopos dedimus, populi potissimum gratia dedimus, ut scilicet ex iis sua metiri iura et officia, sibique cavere et saluti suae recte consultum velle disceret. Bene autem de communibus rebus merendi non exiguam praebet facultatem Franciscanus Ordo Tertius: qui si excitare christianos olim spiritus, atque alere passim virtutis amorem et pietatis artes commode potuit: si saepe etiam ad mansuetudinem, concordiam, tranquillitatem per turbolenta tempora valuit, quid ni similium bonorum renovare queat ubertatem veterem? Certe studia hominum multo maiora movebit, si praecones atque adiutores industrios maiore numero habuerit: qui propagare sodalitium nitantur, qui naturam eius, mitesque leges ac sperata benefacta in conspicuo ponant: idque praedicatione, scriptis editis, conciliis identidem habendis, ratione denique omni, quaecumque e re esse videatur. In hoc certe nec unquam fuit iners opera vestra, nec est: verumtamen memineritis, requiri a vobis curam constantem studiumque progrediens: nam quorum e sinu effloruit salutare institutum, eos decet maxime omnium pro eius conservatione et propagatione contendere.

Horum adipiscendorum bonorum quae tibi diligentissime commendamus, copia vobis nunc maior est, quia coalito in unum velut corpus Ordini firmitas et robur accessit. Accedat munere beneficioque divino stabilitas concordiae, caritas mutua, servandaeque disciplinae communis summum in unoquoque studium; Dicto audientes praepositis suis, iuniores nitantur quotidie in virtute proficere: alteque defixum in mente gerant, nihil tam esse perniciosum religioso viro, quam vagari animo solute et oscitanter, vel cogitatione rapi e septis coenobii longius. Aetate provecti exemplum perseverantiae impertiant ceteris: nominatim ad ea, quae non ita pridem de Ordine Minoritico constituta sunt, flectant se libenter, non gravate: ea enim sunt a potestate legitima et suo ipsorum bono constituta: omnes autem in id toto pectore incumbite, *ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis.*

Auspicem divinorum munerum benevolentiaeque Nostrae testem tibi universisque Minoribus Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxv Nov. an. MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EX ACTIS CONSISTORIALIBUS

DE CONSISTORIO HABITO DIE 28 NOVEMBRIS 1898.

ALLOCUTIO SSmi D. N. Leonis XIII.

Venerabiles Fratres,

Priusquam referamus hodierno die ad amplissimum Collegium vestrum de aliorum creatione Episcoporum, pro uno e Patriarchis Orientalibus interponenda apostolici muneris auctoritas est. Videlicet Antiochena Syrorum Ecclesia in orbitate Patriarchae sui mensibus plus duodecim fuit, e vivis sublato venerabile fratre Ignatio Benham Benni, cum annum quintum in ea dignitate ageret. Cum igitur designare Episcopos syriaci

ritus oporteret quem vellent in ipsius locum succedere: cumque huius rei caussa in templum patriarchale Mardense Virgini Mariae Immaculatae dedicatum, rite ad Synodum cohvenissent, die nono mensis Octobris proximi superioris, Patriarchalem dignitatem cunctis suffragiis contulere venerabili fratri Dionysio Ephraem Rahmani Archiepiscopo Aleppensi Syrorum, qui exemplo et consuetudine decessorum suorum Ignatius sibi nomen imposuit. Quod ubi fama vulgavit, gratulari palam catholici syriaco ritu, consentientibus et approbantibus ceteris : est quippe vulgo cognita viri pietas ac doctrina cum episcopali studio coniuncta. Mox Episcopi qui ad Synodum ac suffragia coiverant, implorandum a Nobis curarunt, ut Patriarcham electum confirmare sacroque donare Pallio placeret. Quae Patriarcha ipse petiit eadem, cum fidem catholicam ex usitata orientalibus formula professus esset, sacramentumque, ut assolet, dixisset. Nos quidem annuendum censuimus, quod petunt: multoque id facimus libentius, quod excellentem virum certo scimus functurum integre ac sapienter excelso munere, communitatique Syrorum, in his praesertim temporibus, plurimum consilio, plurimum opera profuturum.

Quid vobis videtur?

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorumque Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, electionem seu postulationem a venerabilibus fratribus Episcopis Syris factam de persona venerabilis fratris Dionysii Ephraem Rahmani, sanatis quatenus opus sit vitiis, quaecumque electioni ipsi potuerint officere, probamus ratamque habemus; eumque solventes a vinculo, quo Ecclesiae Aleppensi Syrorum obstringitur, ad Patriarchalem Antiochenam Ecclesiam Syrorum, omnibus cum privilegiis, quibus decessores eius ab hac apostolica Sede ornari consueverunt, evehimus et promovemus, et Patriarcham ac Pastorem Syrorum, uti in decreto et schedula consistorialibus significabitur, constituimus et declaramus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

In nomine Patris •£ et Filii & et Spiritus >B Sancti. Amen.

Qua habita allocutione sequentes proposuit Ecclesias:

Patriarchalem Ecclesiam Antiochen. Syrorum, vacantem per obitum bo. me. Ignatii Behnam Benni, ultimi illius Patriarchae extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Ephraem Rahmani Archiepiscopi Aleppen. Syrorum; qui ab Antistitibus catholicis eiusdem ritus in Ecclesia Patriarchali Syra Immaculatae Conceptionis Deiparae Mardeni congregatis, praeside R. P. D. Henrico

Altmayer Archiepiscopo Babyionen, ac Delegato Apostolico in Mesopotamia aliisque regionibus, electus et postulatus, et more Antecessorum Suorum Ignatii nomen assumpsit. R. P. D. Ephraem Rahmani, Archiepiscopus Aleppensis, qui in civitate Mausiliensi ex catholicis parentibus natus quinquagesimum primum aetatis annum agit. In Pontificio Collegio Urbano tam diligentem literarum ac scientiarum studiis operam impendit, ut philosophiae ac theologiae lauream fuerit assecutus.

***Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Cyrenaen.* vacan, per successionem R. P. D. Ludovici Nazarii Begin ad Metropolitanam Sedem Quebecensem, favore R. P. D. Felicis Gialdini, Episcopi Montis Politiani.**

***Metropolitanam Ecclesiam Iuliae Caesareae* sive Algerian. vacan, per obitum bo. me. Prosperi Augusti Dusserre, ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Friderici Henrici Oury, Episcopi Divionensis, ad nominationem perillustris Viri Felicis Faure Gallicae Reipublicae Praesidis.**

***Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Seleucien.* in Isauria, certo modo vacan., favore R. P. D. Antonii Mariae De Lorenzo, Episcopi Miletensis.**

***Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Ancyranam,* vacan, per translationem R. P. D. Iulii Vaccaro ad Sedem Metropolitanam Barensem, favore R. P. D. Iacobi Merizzi Episcopi Viglevanensis.**

***Cathedralem Ecclesiam Sancti Pauli in Brasilia,* vacan, per promotionem R. P. D. Ioachimi Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti ad Metropolitanam Sedem S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, favore R. P. D. Antonii Candidi de Alvarenga, Episcopi S. Ludovici de Maragnano.**

***Cathedralem Ecclesiam Gadicen.* seu Gaditan., cui est unita Ecclesia Septen., vacan, per obitum bo. me. Vincentii Calvo et Valero ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Iosephi Mariae Ranees et Villanueva, Episcopi Titularis Dorensis et Prioris Cluniensis, ad praesentationem Serenissimae Reginae Catholicae Regentis.**

***Cathedralem Ecclesiam Sallillen.* Mexicana in ditione Americae Septentrionalis, vacan, per translationem R. P. D. Iacobi Garza Zambrano ad Sedem Cathedralem Leonensem, favore R. P. D. Mariae Portugal, ex Ordine Minorum, Episcopi Sinaloensis.**

***Cathedralem Ecclesiam Guernavacen.* in ditione Mexicana Americae Septentrionalis, vacan, per obitum bo. me. Fortini Hyppoliti Vera, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Francisci Planearte, Antistiti Campecorensis.**

***Episcopalem Ecclesiam titularem Doren,* in Palestina cum ei in perpetuum et canonice adnexo Prioratu quatuor Ordinum Militarium S. Iacobi, Alcantarae, Calatravae et Montesiae in urbe Cluniae « *Ciudad Real* » erecto et constituto, vacan, per translationem R. P. D. Iosephi Mariae Ranees et Villanueva ad Sedem Cathedralem Gadicen. seu Gaditan., favore R. P. D. Casimiri Pinera et Naredo, Episcopi titularis Anchialensis et Administratoris Apostolici Barbastrensis, ad nominationem, vigore Indulti Apostolici Serenissimae Reginae Catholicae Regentis.**

***Cathedralem Ecclesiam Divionen.* vacan, per promotionem R. P. D. Friderici Henrici Oury ad Metropolitanam Sedem Iuliae Caesareae sive Algerianam, favore R. P. D. Alberti Leonis Le Nordez, Episcopi titularis Arcensis.**

***Cathedralem Ecclesiam, Brictinorien.* vacan, per obitum bo. me. Ludovici Leonardi ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Friderici Polloni, Presbyteri dioeceseos Brictinorien.**

Cathedralem Ecclesiam Ästen, vacan, per obitum bo. me. Iosephi Ronco, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Hyacintho Arcangeli, Presbyteri dioeceseos Bergomensis. R. P. D. Hyacinthus Archangeli ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in loco nuncupato *Sarnico* Bergomensis dioeceseos progenitus et sexagesimum quintum aetatis suae annum supergressus, in sacra theologia atque in utroque iure dudum doctorali laurea donatus est.

Cathedralem Ecclesiam Oppiden. vacan, per obitum bo. me. Antonii Mariae Curcio, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Dominici Scopelliti, Presbyteri archidioeceseos Rheginensis. Dominicus Scopelliti, ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in loco vulgo nuncupato *Cafona* archidioeceseos Rheginensis progenitus et in quinquagesimo octavo aetatis suae anno constitutus, Vicarius foraneus ac Praeses collationum de quaestionibus theologiae moralis renunciatus est.

Cathedralem Ecclesiam Montis Politiam vacan, per promotionem R. P. D. Felicis Gialdini ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Cyrenaen., favore R. D. Iosephi Batignani, Presbyteri Archidioecesis Senensis. Qui in loco vulgo *Buonconvento* nuncupato archidioeceseos Senensis progenitus et in quadragesimo tertio aetatis suae anno constitutus, in sacra theologia doctorali laurea donatus, munere Professoris tum philosophiae rationalis, tum linguae graecae in seminario Ilcinensi perfunctus est.

Cathedralem Ecclesiam Viglevanen. vacan, per promotionem R. P. D. Iacobi Merizzi ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Ancyranam, favore R. D. Petri Berruti, Presbyteri Derthonen. dioeceseos. Qui quinquagesimum septimum aetatis suae annum supergressus, in sacra theologia dudum laurea doctorali donatus, in sua dioecesi Praesidis regionalis, Examinatoris Synodalis et Convisitatoris muneribus perfunctus est. In loco vulgo *Broni* nuncupato eiusdem Derthonensis dioecesis Parochus ac Vicarius foraneus hucusque renunciatus, plures catholicas societates instituit ac gubernavit.

Cathedralem Ecclesiam Agrigentin. vacan, per obitum bo. me. Caietani Blandini, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Bartholomaei Lagumina, Presbyteri Panormitani. Qui in quadragesimo nono aetatis suae anno constitutus, in sacra theologia doctorali laurea dudum donatus, in suprema studiorum Universitate linguae arabicae Professor renunciatus, ad munera etiam Assessoris Curiae Archiepiscopalis, Examinatoris pro-Synodalis atque Canonici Theologi Ecclesiae Metropolitanae hucusque assumptus est.

Cathedralem Ecclesiam Calatayeronen. vacan, per obitum bo. me. Xaverii Gerbino, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Damasi Pii De Bono, Presbyteri dioeceseos Agrigentinae. Qui in civitate vulgo *Bivona* nuncupata dioeceseos Agrigentinae progenitus et quadragesimum octavum aetatis suae annum supergressus. Archipresbyter Parochus electus, Examinator pro-Synodalis, Cathedralis Ecclesiae Agrigentinae Canonicus ac dioecesani Seminarii Rector renunciatus est.

Cathedralem Ecclesiam Liparen. vacan, per obitum bo. me. Ioannis Petri Natoli, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Nicolai Audino, Presbyteri dioeceseos Calatanisiadensis. Qui in loco vulgo *Vallelunga-Pratameno* nuncupato dioeceseos Calatanisiadensis progenitus et trigesimum septimum aetatis suae annum supergressus. Romae peractis in almo Collegio Capranioensi studiis, doctorali laurea in sacra theologia et in iure canonico dudum donatus, Vicarius foraneus ac dioeceseos Examinator pro-Synodalis ad praesens usque renunciatus est.

Cathedralem Ecclesiam Andegaven. vacan, per obitum bo. me. Aloisii Iulii Baron, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Iosephi Rumeau, Presbyteri dioeceseos Aginnen., ad nominationem perillustris Viri Felicis Faure Gallicae Reipublicae Praesidis. R. D. Ioseph Rumeau ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in loco, cui vulgo nomen *Tournon,* dioecesis *Aginnensis* progenitus et in quinquagesimo aetatis suae anno constitutus, ad munera Canonici honorarii Ecclesiae Cathedralis atque Vicarii generalis eiusdem dioeceseos Aginnensis promotus est.

Cathedralem Ecclesiam Baiocen. vacan, per obitum bo. me. Antonii Abelis Hugonin, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Leonis Adulphi Amette, Presbyteri dioeceseos Ebroicensis. R. D. Leo Adulphus Amette ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in loco vulgo nuncupato *Douville* dioeceseos Ebroicensis progenitus et in quadragesimo nono aetatis suae anno constitutus, ad praesens usque Vicarius in spiritualibus Generalis pro ipsa civitate ac dioecesi renunciatus est.

Cathedralem Ecclesiam Constantien. provinciae Rothmagen, vacan, per obitum bo. me. Abelis Anastasii Germain, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Iosephi Guérard, Presbyteri dioeceseos Briocensis. R. D. Ioseph Guérard ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in loco, cui vulgo nomen *Loudeac* dioeceseos Briocensis progenitus et in quinquagesimo tertio aetatis suae anno constitutus, munera Professoris in seminario Rhedonensi ac Secretarii illius Curiae Archiepiscopalis exercuit. Deinde Metropolitanae Ecclesiae Rhedonensis Canonicus titularis ad praesens usque renunciatus est.

Cathedralem Ecclesiam Rotienburgen. favore R. D. Pauli Keppler, Presbyteri dioeceseos Rottenburgensis, a RR. DD. Capitulo et Canonicis Rottenburgensibus electi seu postulati. Paulus Keppler ex legitimis honestisque parentibus in loco vulgo *Gmünd* nuncupato dioeceseos Rottenburgensis progenitus et quadragesimum sextum aetatis suae annum supergessus, in sacra theologia dudum doctorali laurea donatus, primum Vicarii munus in patria exercuit, deinde officium Repetitoris in seminario Thubingae adimplevit. Postea sacrae theologiae Professor primum in universitate Thubigensi deinde in Friburgensi ad praesens usque renunciatus est.

Cathedralem Ecclesiam Oranen. vacan, per dimissionem a R. P. D. Geraldo Soubrier in manibus Sanctitatis Suae libere ac sponte peractam et ab Eadem admissam, favore R. D. Eduardi Adulphi Cantei, Presbyteri Massiliensis, ad nominationem perillustris Viri Felicis Faure Gallicae Reipublicae Praesidis. R. D. Eduardus Adulphus Cantei ex legitimis, catholicis honestisque parentibus Massiliae progenitus et sexagesimum secundum aetatis suae annum supergressus, Vicarius Paroeciae S. Sulpicii Parisiis : deinde successive fuit Vicarius Parochiarum S. Rochi et S. Vincentii a Paulo, tandem Parochus S. Dyonisii a SSmo Sacramento Parisiensis Civitatis hucusque renunciatus est.

Cathedralem Ecclesiam de Sinaloa in ditione Mexicana Americae Septentrionalis vacan, per translationem R. P. D. Iosephi Mariae Portugal ad Cathedralem Sedem Saltillensem, favore R. D. Iosephi Homoboni Anaya, presbyteri archidioeceseos Guadalaxarensis. Ioseph Homobonus Anaya ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in oppido vulgo *Peguero* nuncupato archidioeceseos Guadalaxarensis progenitus et in sexagesimo secundo aetatis suae anno constitutus, doctorali laurea in sacra theologia donatus, Rector archidioecesani Seminarii atque Canonicus poenitentiarius Metropolitanae Ecclesiae hucusque renunciatus est.

Cathedralem Ecclesiam de Tulancingo in Mexicana ditione Americae Septentrionalis vacan, per obitum bo. me. Iosephi Mariae Armas, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Maximiani Reynoso et dei Corral, Presbyteri dioecesis Leonensis. R. D. Maximianus Reynoso et del Corral ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in civitate vulgo *Silao* nuncupata dioeceseos Leonensis progenitus et in quinquagesimo octavo aetatis suae anno constitutus, plures per annos tum Professoris iuris publici in Athenaeo civitatis *Guanaiuato* tum Canonici in Ecclesia Cathedrali Leonensi munere perfunctus est.

Cathedralem Ecclesiam Iucatanen. in Mexicana ditione Americae Septentrionalis, vacan, per obitum IDO. me. Crescentii Carillo et Ancona, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. Iosephi Alva, ex Ordine Minorum, Presbyteri archidioeceseos Guadalaxarensis. R. P. Ioseph Alva ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in oppido *La Union* archidioeceseos Guadalaxarensis progenitus et in quinquagesimo octavo aetatis suae anno constitutus, plures per annos Parochi munere perfunctus est in civitate Ierez, deinde Commissarius Generalis Ordinis S. Francisci in Republica Mexicana ac Parochus oppidi vulgo Asientos praefatae dioeceseos de Zacatecas renunciatus est.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Selymbrien. sub Archiepiscopo Heracleen. vacan, per obitum bo. me. Eduardi Angerer, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Salvatoris Gaffiero, Presbyteri Melitensis dioeceseos, qui etiam deputatus fuit in Auxiliarem R. P. D. Petri Pace, Archiepiscopi Episcopi Melitensis. R. P. D. Salvator Gaffiero ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in loco vulgo *Senglea* nuncupato dioeceseos Melitensis progenitus, et in septuagesimo primo aetatis suae anno constitutus, Canonicus Cathedralis Ecclesiae ac Vicarius generalis Administratoris Apostolici Melitensis renunciatus est.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Domitiopolitan. sub Archiepiscopo Seleuciensi, vacan, per translationem R. P. D. Iosephi Raymundi Quesada et Gascon ad Sedem Cathedralem Segobiensem, favore R. D. Gulielmi Istvàn, Presbyteri dioecesees Sabariensis, qui etiam deputatus fuit in Auxiliarem R. P. D. Cornelii Hidasy, Episcopi Sabariensis. R. D. Guilelmus Istvàn in loco vulgo *Zala-Egerszeg* dioeceseos Sabariensis progenitus, et in quinguagesimo aetatis suae anno constitutus, Professor theologiae moralis et pastoralis in seminario, Assessor Consistorii episcopalis, Secretarius atque Examinator Synodalis. Ad Canonicatum vero Cathedralis Ecclesiae Sabariensis atque ad Praeposituram titularem S. Petri hucusque est promotus.

Ecclesiam Dioden, vacan, per promotionem R. P. D. Antonii Mariae De Lorenzo ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Seleueien. in Isauria, favore R. D. Iosephi Morabito, Presbyteri Rheginensis. R. D. Ioseph Morabito ex legitimis, catholicis honestisque parentibus Rhegio Iulii progenitus, et quadragesimum aetatis suae annum supergressus, doctorali laurea in sacra theologia donatus, patrio in seminario sacrae theologiae, philosophiae, litterarum atque historiae Antecessorem agens, plura pia Instituta Directoris spiritualis munere gubernanda suscepit.

Metropolitanam Ecclesiam Liman, in regione Peruviana Americae Meridionalis vacan, per obitum bo. me. Emmanuelis Antonii Bandini, ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Emmanuelis Tovar, Episcopi titularis Marcopolitani.

Metropolitanam Ecclesiam Friburgen, in Magno Ducatu Badensi, adhuc ut prius vacan, per obitum bo. me. Ioannis Christiani Roos, ultimi illius Archi-

praesulis extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Thomae Noerber, presbyteri Friburgensis archidioeceseos, a RR. DD. Capitulo e Canonicis Friburgensis electi seu postulati. R. D. Thomas Noerber ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in loco vulgo *Walstätten* nuncupato archidioeceseos Friburgensis progenitus et in quinquagesimo secundo aetatis suae anno constitutus, in sacra theologia dudum doctorali laurea donatus, munera Vicarii, pro-Parochi ac dein Parochi in oppido Thiergarten exercuit; demum Parochus urbis Baden-Baden nec non Confessarius Monialium S. Sepulcri et Magister in adnexo Collegio hucusque renunciatus est.

Cathedralem Ecclesiam Lycien. vacan, per obitum bo. me. Savatoris Aloisii Zola, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Evangelistae Di Milia, ex Ordine Minorum Capulatorum, Episcopi Cassanensis.

Cathedralem Ecclesiam de Arequipa in Peruviana regione Americae Meridionalis vacan, per obitum bo. me. Ioannis Mariae Ambrosii Huerta, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Emmanuelis Secundi Ballon, Episcopi titularis Germanicianensis.

Cathedralem Ecclesiam Gallipolitan. vacan, per promotionem R. P. D. Henrici Carfagnini ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Cianam, favore R. D. Caietani Mulier Presbyteri Neapolitani. R. D. Caietanus Mulier ex legitimis, catholicis honestisque parentibus Neapoli progenitus et in quadragesimo nono aetatis suae anno constitutus, Archidioeceseos Convisitator, Neapolitani Cleri prosecretarius, Examinator ac Revisor in Archiepiscopali Lycaeo sacrae theologiae Antecessor substitutus ac Circuli theologici Praefectus successive est electus.

Cathedralem Ecclesiam Fulden. vacan, per promotionem ad Sedem Metropolitanam Friburgensem R. P. D. Georgii Ignatii Komp, modo vita functi, favore R. D. Adalberti Endert, Presbyteri dioeceseos Guldensis a RR. DD. Capitulo et Canonicis Fuldensibus electi seu postulati. R. D. Adalbertus Endert ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in loco vulgo *Setzelbach* nuncupato dioeceseos Fuldensis progenitus et quadragesimum septimum aetatis suae annum supergressus, urbis Decanus hucusque renunciatus est.

Cathedralem Ecclesiam Limburgen. vacan, per obitum bon. mem. Caroli Klein, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. Fr. Dominici Martini Caroli Willi, presbyteri dioeceseos Curiensis, ex Sacro Ordine Cisterciensi a RR. DD. Capitulo et Canonicis Limburgensibus electi seu postulati. R. P. Fr. Dominicus Martinus Carolus Willi, ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in loco vulgo *Ems* nuncupato dioeceseos Curiensis progenitus et in quinquagesimo quinto aetatis suae anno constitutus, in Ordinem Cisterciensium cooptatus, in Collegio S. Bernardi Augiae Maioris munera exercuit Rectoris ac Professoris historiae ecclesiasticae.

Cathedralem Ecclesiam Maioricen., cui ex Apostolicis litteris « *Ad Vicariam* » datis nonis Septembris 1851 altera Ibusensis Ecclesia est unita, vacan, per obitum bo. me. Hyacinthi Mariae Cervera et Cervera, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Petri Ioannis Campins et Barcelo, Presbyteri Maioricensis. R. D. Petrus Ioannes Campins et Barcelo, ex legitimis, catholicis honestisque parentibus Palmae in dioecesi Maioricen. progenitus et in quadragesimo aetatis suae anno constitutus, laurea in sacra theologia dudum donatus, Parochi munus in loco vulgo *Porrera* nuncupato aliquot per annos exercuit; donec ad Canonicatum Magistralem in Cathedrali Ecclesia Maioricensi hucusque assumptus est.

Cathedralem Ecclesiam S. Caroli Ancudiae in Republica Chilena Ameri-

cae Meridionalis vacan, per obitum bo. me. Ioannis Augustini Lucero, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Raymundi Angeli lara, Presbyteri S. Iacobi de Chile. R. D. Raymundus Angelus lara, ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in urbe S. Iacobi de Chile natus et in quadragesimo sexto aetatis suae anno constitutus, praefata in urbe Professor iuris canonici penes catholicam studiorum Universitatem, ac Director tum Asyli orphanorum tum Convictus S. Ioannis Evangelistae electus est. Demum Gubernatoris Ecclesiastici munere in urbe *Valparaiso* nuncupata hucusque rite ac laudabiliter perfunctus est.

***Titularem Episcopalem Ecclesiam Callinicen.* sub Archiepiscopo Edesseno vacan, per assignationem tituli S. Priscae factam Emo ac Rmo Domino Aloisio S. R. E. Presbytero Card. Sepiacci, modo vita functo, favore R. D. Paschalis De Siena, Presbyteri Neapolitani. R. P. Paschalis de Siena, ex legitimis, catholicis honestisque parentibus Neapoli progenitus et in quinquagesimo nono aetatis suae anno constitutus, plura edidit de sacra theologia opera laudatissima : munera quoque exercuit Antecessoris Theologiae moralis ac Praesidis disciplinae in Archiepiscopali Lycaeo nec non Moderatoris pii Recessus puellarum vulgo *Gran Trionfo* nuncupati. Examinator etiam pro-synodalis clerique neapolitani, Convisitator archidioeceseos atque Minor Poenitentiarius Ecclesiae Metropolitanae hucusque renunciatus est.**

***Titularem Ecclesiam Episcopalem Cymaen.* sub Archiepiscopo Ephesino vacan, per promotionem R. P. D. Horatii Mazzella ad Sedem Archiepiscopalem Rossanensem, favore R. D. Iosephi Cigliano, presbyteri Neapolitani.**

***Titularem Ecclesiam Episcopalem Belcen.* sub Archiepiscopo Philippopolitan. vacan, per obitum bo. me. Petri Dufal, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Ioannis Nepomuceni Terrero, Presbyteri Bonaè'rensis. R. D. Ioannes Nepomucenus Terrero ex legitimis, catholicis honestisque parentibus in civitate Bonaerensi progenitus et in quadragesimo octavo aetatis suae anno constitutus, Romae inter alumnos Collegii Pii Latini Americani cooptatus, doctorali laurea in iure canonico dudum insignitus, primum Parochi munus exercuit, atque etiam Monialium Director spiritualis, Iudex in causis matrimonialibus, Promotor fiscalis ac Secretarius archiepiscopalis est electus. Metropolitanae vero Ecclesiae Bonaè'rensis Canonicus eiusdemque archidioeceseos Provisor ac Vicarius Generalis hucusque renunciatus est.**

***Titularem Ecclesiam Episcopalem Claudiopolitan.* sub Archiepiscopo Seleuciensi, vacan, per obitum bo. mem. Iosephi de La Reta ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Ioannis Antonii Ruano Martin, Presbyteri dioeceseos Salamantin. Qui gradu Polytae in sacra theologia donatus. Rector Athenaei apud *Calatrava* et Archipresbyter Parochus loci *Alba de For' mes* nuncupati in dioecesi Salamantina ad praesens usque renunciatus est.**

Post haec, SSmus sequentes patefecit Ecclesias queis iam provisum fuerat per Litteras Apostolicas in forma Brevis expeditas, nempe:

ARCHIEPISCOPOS

***Anagarbenum,* Nuntiatum Arpiarían**
***Agraensem,* Carolum Gentili**
***Regiopolitanum,* Carolum Gauthier**

EPISCOPOS

Pembrochiensem, **Narcisum Lorrain**
Trincomaliensem, **Carolum Lavigne**
Menevensem, **Franciscum Martyn**
Vancuveriensem, **Alexandrum Christie**
Comordiensem in America, **Ioannem Cunningham**
Geraldopolitanum, **Bernardum Kelly**
Balanaearum, **Antonium Condert**
Obbensem, **Franciscum Corbert**
Oropensem, **Edmundum Luypen**
Thaumacorum, **Ioannem Simon**
Zaraitensem, **Hieronymum Van Aertselaer**
Issenum, **Dominicum Murray**
Ascalonitanum, **Alexandrum Cañal**
JBarbolissensem, **Paulum Ferrant**
Bagensem, **Franciscum Fogolla**
Cymaeum, **Iosephum Cigliano.**

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

ANDRIEN.

ONERUM SODALITATIS A SS. SACRAMENTO

Die 18 Iunii 1898.

Sess. 22 cap. a De Ref.

COMPENDIUM FACTI. In ecclesia hodie parochiali S. Nicolai in civitate Andriensi, iam a remota aetate instituta fuit Confraternitas a SSmo Sacramento nuncupata ; seu multo ante Constitutionem ecclesiae parochialis, quae a. 1857 erecta est.

Pro regulis suae constitutionis haec Sodalitas suis expensis oleum comparabat necessarium lampadibus, quae ardent in sacello ubi asservatur SSmum Sacramentum. Hunc morem aiunt sodales se iampridem intermisisse (ab a. 1857 vel 1845) quin querelae tunc excitarentur a Sacerdotum collegio addictorum servitio huius ecclesiae. At modo seu *die 6 Augusti 1889* querela permota fuit a Michaele Patruno Praeposito Parocho, qui apud Curiam expostulavit ut

Sodalitas cogeretur ad praestandum oleum pro lampadibus^ ea in quantitate quae olim suppeditabatur.

Curia Episcopalis *sub die 28 Sept. 1897* sententiam edidit, qua damnatur Sodalitium a SSmo Sacramento ad rependendas viginti libellas in quolibet anno pro oleo lampadarum, et eximit ab omni expensarum refectione dictum Sodalitium ob eiusdem conditiones oeconomicas non bonas.

Praepositus Parochus legitimo tempore appellationem interposuit et apostolos obtinuit ad appellationem rite inchoandam apud S. C. C. sed eamdem iam instauratam prosequi non studuit, aliis litigiis, uti ipse asserit, distentus. Istam vero prosequi petiit *die 31 Iulii 1896,* sed ei opposita fuit *exceptio rei iudicatae* ob lapsum fatalium appellationis inchoatae non prosequutae.

Institit Parochus pro obtinenda in integrum restitutione et rescriptum prodiit *die 26 Nov. 1896 « Ponatur in folio etiam quoad restitutionem in integrum* ». Quare hodie, praeter causae meritum, agitur etiam de quaestione praeiudiciali *restitutionis in integrum.*

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO PAROCHI. Praepositus animadvertit restitutionem in integrum , ex praeceptis utriusque iuris perfacile concedi: quia per illam aequitati consulitur. Qua de re scribebat Ulpianus : « *necessitas huius tituli commendatione non eget: ipse enim se ostendit* ». (1. 1, **D.** h. tit. 4, 1). Notat vero Praepositus quod: « *Ecclesiae aliisque piis locis, intra quadriennium competit remedium restitutionis in integrum, non solum contra contractus, sed etiam contra sententiam tam interlocutoriam, tam etiam definitivam adversus se iudicialiter latam* ». (Reiifenstuel ad hunc tit. § 3 n. 65). Quin immo expresse statuitur restitutionem in integrum concedi posse adversus lapsum fatalium, tum introducendae, tum *prosequendae appellationis. « Si Ecclesia intra decendium non appellavit a sententia contra se lata: aut si intra terminum peremptorium a iudice statutum,.*

testes et probationes necessarias non produxit, sicque in causa succubuit: sed intra annum aut saltem biennium appellatio non fuit prosequuta » (ibid. n. 72).

Pro excusando lapsu fatalium Parochus has adducit auctoritates , nempe « *Locis piis competit restitutio in integrum ob negligentiam administratorum* » (Paulus De Rubeis adn. ad. dec. 3 p. 3 Rec. § 66). « *Excusatione dignum iudicatum est monasterium, cuius iuri praeiudicari non potuit Prioris aut Patrum illorum temporum negligentia, quin saltem restitutio in integrum competeret* ». (De Luca Theat. ver. et iust. De feudis disc. 41 § 13).

Praeterea invocat doctrinam a S. Rot. confirmatam et apud S. C. O. receptam: qua sententiam oppugnanti in integrum restitutio non denegatur, quum appareat sententiam, quae oppugnatur, vel *nullam,* vel *iniustam* esse: « *Dicebant Domini restitutionem semper dari quando resultat laesio ex nullitate et iniustitia sententiae » (Pomana* domorum coram Roia 22 Iun. 1640 dec. 241 p. 8 § rec), *« Ubi constat de nullitate et iniustitia datur restitutio in integrum adversus sententiam et rem indicatam ». {Argentina* commendae eorum Ooccino 30 mart. 1615 , dec. 672 p. 2 § 1 rec.). Nec aliter in *Melevitana* spolii coram Emerix 10 mart. 1664 p. XIV § 2 rec, in *Romana* pecuniaria coram Bevilacqua 13 ian. 1668 dec 153 p. XV § 5 rec, in *Urgellen,* parochialis coram Bourlemont 14 mart. 1667 dec. 215 p. XV § 1 rec. et passim.

Neque requiritur, iniustitiam esse notoriam, nam « *Admittitur laesus ad restitutionem in integrum ad appellandum vel ad appellationem prosequendam si docent de bono iure suo saltem semipiene* » (Mascardus de prob, conci. 1283 § 5). « *In restitutione adversus rem iudicatam ad effectum audientiae sufficit docere de bono iure etiam semipiene; immo sufficit constare de bono fumo causae* ». (Tarvisina feudi coram Queipo 5 martii 1632 dec. 105 p. VI § 9 rec).

Nullitatem ex eo principio repetit Parochus ex quo desumitur, nullas esse sententias, quae falsa causa innituntur,

nec umquam in iudicatum transire: « *Sententiae ex falsa causa et praesumptione latae non transeunt in rem iudicatam, nam ubi est aperta iniquitas sententiae, tutela iuridica protegi non potest* » (c. g. de sent. et re iud. ¡1. II tit. 27 decr.). « *Quando iudex ex errore vel falsa causa processit, illamque causam exprimat in sententia, huiusmodi sententia non transit in rem iudicatam* ». (Reiffenstuel ad cit. tit. de sent. et reiud. § 1 n. 130).

At sententia iudicis Andriensis, iuxta Praepositum non modo falsa causa innititur, sed pugnat cum communi sensu et contradictionibus scatet. Affirmat enim expensas necessarias pro cultu SSmi Sacramenti, a sodalitate esse sustinendas: postea vero obligatione, quam agnoverat, sodalitatem exsolvit ; et paupertatem causât tamquam titulum, quae ne ab ipsa quidem sodalitate (ut videtur) fuerat allegata. Quin immo obligationem ipsam sodalitatis arbitrio remittit : *« la Confraternita pagherà a tale effetto ciò che stanzia in bilancio* »; id vero, haudquaquam *ad tempus,* sed *definitive* se statuere testatur : quamvis obvium et apertum sit fortunae conditionem variabilem esse: et sodalitatem si hodie pauper existeret (quod inficiatur) cras divitem ex aliorum munificentia fieri possit. — In propositum Parochusquaedam testimonia refert, ex quibus patet, haud pauperem, sed divitem sodalitatem esse; et primum est testimonium Secretarii Sodalitatis.

Illudque addit aliquando factum esse, ut, subducta expensi ratione, 500 libellae superessent.

Quod si anno nuper elapso 39 tantum libellae, superfuerunt: « *fino al 1897, in cui F avanzo fu di L. 39 ».* Hoc ideo factum putat Praepositus, ut expensis exaggeratis, paupertas quodammodo comprobaretur. — Secundo Sodalitatis Vice-Rectorem, et tres Ecclesiae Participantes testes adhibet Praepositus, ut Secretarii testimonium confirmet.

Hactenus de nullitate. De sententiae iniustitia notat Praepositus quod praecluso effugio , quod a paupertate petebatur, de onere , quo illa astringitur, dubitari iam am-

plius nequit. Iniusta ergo sententia dicenda est , quae sodalitatem hoc onere exsolvit: illique, cui oleum debetur, iniuriam facit.

Dein advertit Praepositus obligationem , qua sodalitas tenetur, in quaestionem vocari non posse: quippe quam Curiae Andriensis sententia sollemniter adscivit.

A qua quum sodalitas SSmi Sacramenti neque initio appellaverit, neque hodie appellantis Praepositi appellatione, ut aiunt, *incìdente* petitioni accesserit : quod aperte sententia decernitur, *iudicatum* existimandum est, instat orator.

Ipsam vero obligationem quod spectat, si controverti velit, hisce probare nititur Parochus argumentis. Quorum primum e Sodalitatis natura Praepositus petit, quae quum eo intendat ut cultum augeat Sanctissimo Sacramento exhibendum in hunc praecipue cultum suos redditus impendere tenetur. Quare, prosequitur Praepositus, in omnibus orbis Ecclesiis expensas pro hoc cultu faciendas sodalitates a SSmo Sacramento, vel in totum, vel in partem saltem, si pecunia non suppetat, perferre solent. Andriae vero sodalitas a SSmo in Cathedrali Ecclesia constituta has expensas aequo animo sustinet.

At nullas pro hoc cultu expensas Sodalitatem fundatam in sua Ecclesia sustinere Praepositus conqueritur. Haud praebet illam cerae quantitatem, quae in quotidiana adoratione adhibetur; haud solvit expensas illas, quae quotannis occurrunt, quum Viaticum ad infirmos defertur: haud suppeditat sacra paramenta, haud lintea, haud palmas, haud flores : haec enim omnia testimoniis allatis, a se vel a fidelibus suppeditari Praepositus ostendit. Quin immo nec pecuniam rependet, ad quam illam andriensis iudex condemnavit. Haec enim summa *20 libellarum* in rationibus accepti et expensi gubernio exhibendis, inseritur : sed Praeposito non rependitur.

Sed alterum obligationis fundamentum in constitutionibus Praepositus ponit, quibus regitur adversa sodalitas.

Quae constitutiones violari non possunt, tum quia ligant

sodales : tum quia ex illis ius Praeposito quaeritur. Et sane S. C. C. in causa persimili ne Sodalitas a data fide'recé-, deret, districte mandavit : « *Confraternitas promiserat tradere Parocho dictae Ecclesiae (Terrae Lauri) certam olei quantitatem pro lampade, quae ardere debet coram SSmo Sacramento : sed cum confratres in subministratione olei nuper cessaverint, exortae fuerunt intra Parochum et ipsos nonnullae controversiae, quarum cognitio ad S. C. C. commissa est_____III. An obligatio annualis tradendi per confratres rectori seu Parocho pro tempore certam quantitatem olei sit mala in casui - Negative et amplius* (Terrae Lauri seu Firmana - discessus Confraternitatis diei 27 Apr. 1720).

Verum quia Municipium anteacta aetate Collegio Sacerdotum Ecclesiae S. Nicolai addictorum contributionem pro olei expensis rependebat, timet Praepositus ne hodie Sodalitas illam tantum olei partem praestare intendat, quae quantitatem excederet a Municipio subministratam. Iamvero ipsa Sodalitas fatetur contributionem fuisse tenuissimam.

Urget vero Praepositus, Sodalitatem debere sibi imputare si Municipium nihil hodie rependat ; non autem ipsam posse hoc in damnum vertere Ecclesiae, cui ipsa tenetur.

At quoniam sodalitas opponit, quamcumque obligationem contraria consuetudine fuisse resolutam, Praepositus reponit : primo andriensem iudicem haud obscure declarasse, nulla illud, quod sodalitas affirmabat, satis certa probatione communiri. Secundo usque ad annum 1870 sodalitatem contributionem recepisse, quae illi a municipio solvebatur. Si nihil ergo pro oleo suppeditavit, indebitum lucrata est. — Tertio denique, si ab anno 1857, quo Andriae paroeciae sunt erectae, praescriptio incepit, completam nullo pacto fuisse, instat Praepositus. Tribus enim annis, rectore caruit paroecia: nec praescriptio currere potuit (c. 1> 4, 15 De praescr.) nam solum anno 1860 parochus electus est.

Hanc autem causam, viginti novem post annos, apud curiam andriensem, Praepositum introduxisse notum est.

Perpendit praeterea Parochus quod 50 ducata, quae sibi

Municipium solvit, haud sunt pro cultu SSmi, sed pro functionibus *in genere* in Ecclesia obeundis: atque postremam obiectionem diluere conatur, Praepositus qua sodalitas, asserens parochialis beneficii reditus esse perpingues, contendit olei expensas ab illo esse ferendas, ut feruntur a cathedralis Archipresbytero. Quam obiectionem in sodalitatem retorquet: nam archipresbyter pinguiori beneficio potitur. Et nihilominus si olei expensas fert in sua Ecclesia, ceteras omnes , quae ad SSmi cultum spectant, a sodalitate sustineri, in confesso est.

Orationem autem Praepositus claudit animadvertens se compositionem proposuisse qua summae, pro praeterito tempore sibi debitae, fere ex integro nuncium mittere paratus est. Hanc compositionem accepturi erant sodales, sed Rector, ne haec rata haberetur a sodalibus perfecit. Quum igitur per se non stetit, quominus haec quaestio transigerei ur, quidquid sibi quoad praeteritum spectet, id se hodie repetere testatur.

DEFENSIO SODALITATIS. Ne indefensa Sodalitas in hoc iudicio condemnari contingeret, ex officio aliquid animadversum fuit. Iamvero haec ad comprobandum praescriptionis factum quod sane maximum defensionis caput est, nulla protulit documenta, sed in libello supplici plura asserit quae *ad factum* spectant quibusque evincere enititur, per quadragenariam consuetudinem contrariam, obligationem olim existentem iam peremptam fuisse.

Exinde ad *iuris quaestiones* quod spectat, haec advertenda videntur. In primis sententia videretur vim habere *rei iudicatae* etiam adversus sodalitatem, quia haec neque ab initio appellavit, neque appellationi promotae adhaesit, neque iam inchoatam prosequi curavit. Sed EE. PP. deliberabunt an admitientes *restitutionem in integrum* favore Praepositi in ea sententiae parte quae huic non favet, aequum sit Sodalitati hoc remedium extraordinarium non denegare in altera sententiae parte. Sodales enim homines rudes et iuris imperiti maxime videntur versari in illorum

condítione, quibus ius *per restitutionem, in integrum* succurrere statuit.

Admissi vero sodales ad tuenda sua iura coram S. O. C, obligationem negare non audent, qua primitus adstricti sunt praestandum oleum pro lampadibus, sed opponunt praescriptionem. Etiam coram Ordinario obiecerunt praescriptionem, sed cum primis probare nisi sunt ab anno 1857, quo paroecia instituta est, se huic obligationi nullimode satisfecisse. Sed contra excepit Praepositus, paroeciam non habuisse Rectorem nisi anno 1860; propterea interim non decurrisse praescriptionem quae adversus Ecclesiam vacantem suspensa seu *dormire* censetur. Praeter quam quod res Ecclesiarum immobiles, videlicet etiam census aliaeque praestationes, quae inter immobiles censentur, non praescribuntur adversus Ecclesias nisi spatio *quadraginta annorum.* Reiffenstuel, *De praescriptione, nn. 150, 162, 163, 164.*

Sed sodales protestantur ex suis libris probari invicte, saltem ab anno 1845 olei praestationem intermissam fuisse. Sed in actis desiderantur apposita documenta.

Ceterum si legitime probetur praescriptio nihil prohibet quominus a quacumque obligatione edicantur immunes sodales. Nam ad rem omnino non invocatur, in sententia Curiae, principium, *in facultativis non dari praescriptionem.* Incongrue enim *facidtativus* dicitur actus ad quem ipsa sententia sodales solemniter declarat obligatos. Contra vero quamcumque obligationem quae iuris divini non sit, praescriptionem ordinario currere exploratissimi iuris est.

Sed tanta non videtur sodalitatis a SSmo Sacramento obligatio ad praestandum oleum pro cultu eiusdem, ut ista dici debeat eius constitutioni necessario inhaerere. Nam S. Cong. Conc. in Nuscana mense Ianuario 1605 censuit: *Confratres Societatis SSmi Sacramenti erectae in Cathedrali non possunt cogi ab Episcopo ad expensas olei pro manutentione SSmi Sacramenti, asservati in altari maiori eiusdem Ecclesiae* - refert-Pallottini. *Tom. 16, p. 356.* - Hinc S. C. C. in una Ferrarien. - *Confraternitatis* - cum

inter Sodales Societatis SSmi Sacramenti erectae in Ecclesia parochiali et parochum controversia exorta sit circa onera adimplenda a praedicta Confraternitate, inter quae onera- et praestatio quaerebatur olei pro cultu SSmi, ad Dubium III : « *An Confraternitas ultra servitium personale teneatur adimplere supradicta onera ex propriis Oratorii reditibus seu potius ex retractu quaestuarum SSmi Sacramenti et ex propriis Parochi reditibus » die 12 Sept. 1782* rescriptum fuit: *Expensas necessarias SSmi Sacramenti faciendas esse primum ex quaestuis sive a Parocho sive a Confraternitate in hanc causam faciendis : deinde ex reditibus bonorum intuitu SSmi Sacramenti a Confraternitate acquisitorum* **j,** *et in subsidium tandem ex reditibus parochi et amplius.*

Quare obligatio suppeditandi oleum pro cultu SSmi Sacramenti non repetiit Cong. ex ipsa Confraternitatis natura, sed ex reditibus sive oblationibus in hunc scopum collectis. — Item in causa Terrae Lauri seu Firmana - *Discessus Confraternitatis - die 27 Aprilis 1720* rescriptum fuit, a Societate SSmi Sacramenti erectam in Ecclesia Parochiali S. Mariae de Piada certam olei quantitatem pro lampade, quae ardere debet coram SSmo Sacramento Rectori seu Parocho dictae Ecclesiae praestandam esse, *sicut sodales tradere a. 1654 promiser ant.*

Quamobrem, si Sodalitas adigenda esset ad praestandam certam olei quantitatem aut aequipollentem pecuniae summam, mensura obligationis alia esse non potest nisi vetus promissio facta in constitutionibus, aut legitimus usus, aut ipsa natura redituum, qui ad hunc scopum Sodalitati concessi sint.

Quibus animadversis ex utraque parte, proposita fuerunt diluenda

Dubia

I. *An sit locus restitutioni in integrum.*

Et quatenus affirmative.

II. *An et quomodo sententia curiae Andrien. sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

RESOLUTIO. S. C. O. re disceptata sub die **18** Iunii **1898**, censuit respondere : *ad primum et secundum : Confraternitatem teneri ad sustinendum onus manutentionis lampadum ad normam statutorum.*

PARISIEN.

DISPENSATIONIS MATRIMOMII

Die 18 Iunii 1898.

Sessi 24. cap. 6. de ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Coniugale foedus, rite servata Tridentina lege, Parisiis in parochiali ecclesia *St. Honoré dfBylauj, die 5 Maii 1896,* inierunt Aloysia et vicecomes Carolus.

Sponsi nobili genere nati et iuvenili aetate praestantes, uxor enim aetate 23 annorum, vir 27 ann. erat, statim brevi suscepto voluptuario itinere, ad quatuor dies protracto, vitam coniugalem instaurarunt atque per tres hebdomades eodem thalamo usi sunt; at, si ipsis fides adiicienda est, nunquam ad matrimonium consummandum devenerunt. Qua ratione hoc accidit, ex actis non satis eruitur, quandoquidem unus in alteram non secutae consummationis causam refundit, quin facile dignoscatur cuius culpa matrimonium non sit consummatum. Qua de re sponsorum animi, qui uti testes asserunt nunquam admodum consentierunt, adeo dissociati sunt ut post septem menses, die nempe 7 Decembris eiusdem anni vita coniugalis penitus disrupta sit.

Interea a laico tribunali separatione corporum obtenta, Aloysia ad Sacratissimum Principem recursum habuit, humiliter rogans dispensationem a matrimonio rato et non consummato.

Annuente Summo Pontifice. Curia Parisiensis legitime delegata, processum instituit, coniuges audivit, utriusque septimae manus testes percontavit, ac tandem mulierem physico experimento a duobus medicis peracto subiecit.

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO MULIERIS. Advocatus praemisso quod ad obtinendam dispensationem a matrimonio rato et non consummato duo necessario requirantur, inconsummatio scilicet matrimonii et iusta causa, orationem suam duplici complectitur capite.

Et ad inconsummationem quod attinet, eam ad tramites iuris manifestam fieri dicit per iuratam coniugum depositionem, testimonium septimae manus et physicam mulieris inspectionem, nec non tandem per adminicula quamplurima ac praesertim confessiones coniugum, tempore non suspecto, factas. Porro coniuges sub iurisiurandi religione affirmant matrimonium consummatum non fuisse. Aloysia: « Depuis notre mariage, jamais aucune tentative de consommer le mariage n'a pas été faite par mon mari... j'affirme absolument que le mariage n'a pas été consommé », Carolus : « Aucune tentative matérielle n'a jamais été faite pour consommer le mariage. Il n'a, je l'affirme, jamais été consommé ».

Fidem autem plenam adhibendam esse dictis coniugum, probat patronus ex eo quod testes spectatissimi veluti uno ore renuntiant: « J'ai en la véracité et l'honorabilité de Madame de Calan, ou de Mr. de Calan la plus absolue confiance, et son affirmation que le mariage n'a pas été consommé, me suffit pour que je suis convaincu qu'il ne l'a pas été. Oui je suis convaincu de la non consommation ».

Neque quidquam facessere videtur difficultas, ex eo quod coniuges inter se discrepant « sur la responsabilité de la non consommation ». Nam, respondet patronus, haec discrepantia non ad inconsummationem, sed ad illius causas, quae profecto substantiam iuratae fidei non attingunt, se refert ;

imo, urget orator, etiam si coniuges super substantialia, idest super ipsam inconsummationem discreparent, tamen si mulier per aspectum corporis se virginem esse probet, dispensationem esse concedendam S. C. C. tenuit in *Parisien, mensis Iulii 1896.* Ulterius orator ad argumenta adminicularía transiit, quae inter praecipuum locum tenent confessiones coniugum extraiudiciales, idest tempore non suspecto factae: « J'ai dit à ma mère, inquit actrix, le surlendemain, que le mariage n'avait pas été consommé, et j'ai renouvelé d'autres fois cette déclaration. J'ai fait la même confiance, trois semaines après, à une de mes amies, et à sa mère qui avait poussé à ce mariage. Mgr. l'Abbé Courage a été mis au courant dès le debut, il est même venu voir M. rOfficial dès le mois de Juillet ». Carolus ait: « Outre une dame amie de ma belle-mère, j'ai fait connaître toute situation à mon père, à ma mère, et à ma grande tante ».

Idem eruitur ex iis, quae coniugum separationem praecesserunt. Sic Aloysiae parentes Carolum in mora constituunt « fut mis en demeure de consommer le mariage», Caroli pater filium ad Aloysiam, ut mariti officia expleat redire cogit. Carolus vero, consiliis parentum et amicorum posthabitis, tempus in itineribus absumit, sedulus magis « de toucher ses fermages » quam matrimonium consummandi. Aloysia autem maritum post repetitas peregrinationes redeuntem excipit «poussant le verrou de la porte de communication entre les deux chambres ».

Tandem ad plenissimam inconsummationis probationem devenit orator, ad inspectionem scilicet corporis mulieris, quae ad tramites Instructionis S. C. C. peracta est a duobus peritis physicis, adstante matrona. Porro doctor Ferrand haec retulit : « L'examen des parties génitales permet de constater que la vulve est étroite et normale avec des petites lèvres peu saillantes. La membrane hymen se présente intacte, fermant l'entonnoir vulvaire, et ne présentant qu'un orifice étroit qui en accuse le centre. Les bords de

cet orifice légèrement festonnés sont de plus un peu épaisses. L'orifice lui-même n'admet que difficilement l'introduction du doigt. De cet examen je conclus: 1. Que les parties sexuelles ont conservé leur aspect virginal ; *2.* Que la membrane hymen est bien conformée et n'a pas été rompue; 3. En un mot que le mariage n'a pas été consommé >. Huic concinit alter doctor Bucquoy.

Quanta autem vis probativa hymenis integritati sit tribuenda, orator probat ex auctoritate Zacchia qui in *lib. 4, quaest. Med. leg. tit. 2, quaest.* i, *n. 1* ait: «Multa in medium adducuntur quibus praesentibus de virginitatis integritate ambigi non potest; praecipue autem id probare videtur infallibile et insuperabile signum ab hymene desumptum, tenui nempe quadam membrana, qua praesente virginem esse illibatam satis superque notum est etiam iis testibus, qui de hymenis natura et veritate dubitant ».

Ad causas dispensationis gradum faciens defensor, primam atque potissimam invenit in insuperabili animorum alienatione: quandoquidem mulier, parentes, testes omnes proclamant vitae communionem iam nunc impossibilem esse.

Alias causas orator deducit ex sententia separationis a Tribunali civili prolata, quae veluti murus inter coniuges interest ; atque ex spirituali actricis utilitate, quae prae oculis habenda est, ut iuris auctores, haec S. Congregatio et Summi Pontifices constanter docuerunt.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS VINCULI. EX adverso notat Vinculi Defensor, nihil praecipitanter gestum fuisse, neque suspicionem esse potuisse quin ambo nupturientes matrimonium inirent, onera, quae coniugibus iura divina humanaque imponunt, sustinere parati. Nemo etenim eos compulit invitos, sed volens ac Iubens consensit uterque. Porro Aloysia profitetur: « J'ai donné un plein et libre consentement »; non aliter ac Carolus qui iurat : « J'y ai donné plein et libre consentement ».

Ulterius sponsi ipsa nuptiarum die voluptuario itineri se committunt; sed quatuor post dies, idest die 13 iunii

Parisios repetunt: « Nous sommes revenus, ait Carolus, le 13 à Paris ». Et licet eodem utantur thalamo per tres ferme hebdomadas, atque perseverent cohabitare usque ad diem 7 insequentis decembris, tamen hisce non obstantibus comites matrimonium non modo inconsummatum affirmant, sed uno etiam ore iurant se ne expertos quidem esse matrimonium consummare.

Unde, pergit orator, si a iuvenibus istis quaeras, curnam matrimonium contraxerint, si illud consummare minime optabant, praeadamitica ingenuitate respondent: se optasse quidem, at non ambos eodem tempore. Nam quando optabat comes, comitissa fastidiebat, quando haec desiderio flagrabat, ille non percipiebat desiderium uxoris. Sane comes refert: « Nous avons fait chambre commune pendant une quinzaine de jours. A la fin de Juin, Mad. me dit : Maintenant, que votre chambre est prête, nous ferons lit et chambre à part. Ceci m'a été dit vers le *27* Juin. Cette demande ne m'a pas paru très extraordinaire : j'ai pensé que cette jeune femme était fort timide et n'était pas pressée d'avoir des relations intimes avec un mari qu'elle ne connaissait que peu. Pour la première nuit, Madame me demanda, par mon père et pour des raisons spéciales que le mariage ne fut pas consommé. Voyant la timidité de Mad. interprétant dans le sens de l'abstention, certaines paroles de ma femme; un peu mécontant de l'attitude de mes beaux-Parents, pendant les premiers jours je n'ai pas demandé l'accomplissement du devoir coniugai. Aucune tentative n'a été faite, dans ce sens, et Madame ne m'a témoigné aucun désir »•

Et comitissa a iudice percontata respondit : « Nous avons avec mon mari fait chambre et lit communs pendant trois semaines. J'ai demandé moi-même à Mons. parce que je me trouvais fatiguée, de faire chambre à part; mai ceci ne devait être que transitoire ; et mon mari ne me reparla plus de revenir à la même chambre. Pendant ce temps de fatigue, ma chambre n'était pas interdite à mon mari. Dans

les premiers jours de la vie commune il n'y eut aucun tentative de consommation du mariage faite par mon mari. Je ne fis aucun refus : en me mariant, mon intention était de remplir mes devoirs d'épouse. Mon attitude envers mon mari était telle qu'il pouvait juger que j'étais disposée à lui accorder tout ce qu'il me demanderait. Mad. ne me donna aucune raison de son abstention. Plus tard, au mois d'Août il déclara à ma mère que « volontairement il s'était abstenu de consommer le mariage >. Au commencement de Septembre, j'ai eu une explication avec Mons. Il revenait de voyage, où il était parti sans même me dire adieu. Il me demanda de reprendre la chambre commune, et il me demanda l'accomplissement du devoir conjugal. Ce jour là, j'ai refusé ; j'étais froissée et déjà ma mère était venue voir M. l'officiai pour faire ce qu'il serait possible de faire >.

Sed quam fidem mereri has depositiones coniugum, qui affirmant per plures noctes simul condormiisse , orator explicat verbis clarissimi Card. Coscii *de separat, tor. lib. 5, cap. 2, num. 261 et seqq.:* « Si... uterque (coniugum) affirmet quod propter reciprocum odium et antipathiam copulam habere non potuerint, hoc opus, hic labor inveniendi aliquem, qui absque ulla amaritudine statim illis credere possit hoc fecisse miraculum... Durum est credere, quod adolescens cum puella, solus cum sola, nudus cum nuda, propter solam antipathiam in actu coniunctionis tam proximo libidinis aestus concorditer et constantissime soffocaverunt, nisi dicendum quoque sit, quod ignis cum palea, flamma cum stuppa nequaquam magnum incendium excitare valeant... >.

Quia contradictor affirmat plures testes factum inconsummationis ab ipsis sponsis accepisse tempore non suspecto, orator respondet tempore suspectissimo locutos esse coniuges. Videlicet, quando a nuptiali itinere redeuntes consilium inierant dissolvendi matrimonii ; cuius proin inconsummationem ostentabant, probe scientes hoc tantum in casu matrimonium relaxatum iri. Carolus auctor est: « Je crois

que de très bonne heure elle (Aloysia) a su que si elle continuait à s'abstenir ainsi, elle aurait un moyen d'obtenir une dispense de mariage non consommé ». Unde hac de causa vicecomites inconsummationem volentibus denuntiabant nolentibusque ; et eam suadere praesertim curabant ecclesiasticis gravibusque viris, ut eos subinde testes adhiberent.

Iuxta oratorem, una tantum quidquam potuit suis ipsa oculis videre et tempore non suspecto, audire a coniugibus cubicularia Amata Tournier, quae quatuor illis pretiosis diebus quas coniuges nuptiali itineri tribuerunt, coniuges comitata est. Ad rem Aloysiae mater Augusto de Salinis, sacerdoti Societatis Iesu, retulit: « Qu'elle était d'autant plus sure de la non consommation, que la femme de chambre (Amata) avait tout préparé pour le cas où le mariage serait consommé, et qu'elle témoignerait elle-même qu'il ne l'avait pas été ».

Sed testimonium Amatae, pergit defensor, cum sit familiae famula, suspicione non caret ; et quod magis est, ad examen adducta, etsi pro viribus Aloysiae suffragari studeat, et referat : « Mademoiselle elle-même m'a dit (quando ?) que son mariage n'était pas consommé » ; formiter tamen a iudice percontata : « En définitive, tenez vous pour certaine la non consommation du mariage, et sur quoi basez-vous votre conviction ou votre certitude ? » Alte silet eloquentissimum linteorum factum, et ad haec potius diffugit: « Je suis convaincue de la non consommation de ce mariage ; je base ma conviction sur ce que j'ai entendu dire par Madame la mère et sa fille, moi même je n'ai jamais rien vu qui put me faire croire que le mariage était consommé ».

Quod si admittendum foret, cubiculariam Amata testimonium suum linteis mundis fulcire non potuisse, quia menstruam fluxum Aloysia tum patiebatur : « La jeune épouse ayant ses règles le jour de son mariage » ; tunc respondet orator, si ita est nil prohibet quominus matrimonium in controversiam adductum consummatum sit quin

consummationis supersit vestigium. Nam Zacchias in hac re facile princeps in *cehbr. oper. quaest, medie, leg. I. 4 tit. 2, q. 1, n. 28* tradens quomodo et quoties virgo defiorari et concipere possit, quin violetur virginitatis claustrum, inquit: « Quando virgines uno aut altero die aut etiam tertio et quarto praegresso a menstrua purgatione viro iunguntur, quia tunc non solum virum facile et absque dolore admittunt, sed mirum duxeris, membranae illae quae hymenem constituunt, non rumpuntur, sed tantummodo ob praegressam menstruorum humiditatem relaxan tur, ita ut facile congredientis peni absque earum dilaceratione cedant, et tunc etiam mulierem concipere posse nihil obstat ».

Ex hoc sacramenti vindex deducit nullum valorem habere testimonium medicorum Angeli Ferrand et Iulii Bucquoy, qui posteaquam Aloisiae corpus recognoverant iussu iudicis, uno veluti ore concludunt. « I°. Que les parties sexuelles ont conservé leur aspect virginal. 2°. Que la membrane hymen est bien conformée et n'a pas été rompue » ; nam, cum in confessis sit vicecomitissam primis matrimonii diebus in menstruis fuisse, iam liquet ex recitatis verbis clarissimi Zacchia, hymenem integrum mansisse etiamsi vicecomites illis diebus coiverint, seu matrimonium consummaverint. Neque ipse geni talium partium color immutatur, ceu planum est, uno aut altero congressu.

Nec iustam causam dispensandi Defensor in themate invenit. Res enim est de coniugibus, qui in matrimonium plenum et liberum consensum praestiterunt, et qui matrimonium consummare, ceu patet ex dictis, experti minime «essent. Igitur, ne matrimonium ioco contraxisse videatur, praeprimis illud consummare obniti deberent.

Quibus animadversis, propositum fuit diluendum

Dubium

An consulendum sit SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. O. re disceptata sub die 18 Iunii 1898 censuit respondere: *Affirmative.*

ZAGABRIEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII.

Die 21 Augusti 1898.

Sess. 24 cap. 5 De Ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Ludo vicus Koller, catholicus, in aetate 23 annorum tunc constitutus, cum in civitate Flumensi moraretur, quam primum vidit Idam Auer, 17 annos natam, amore captus, eiusdem parentibus eam in uxorem petiit. Reque vera, praemissis sponsalibus, post aliquot menses, die nempe ***9 Iulii 1893*** celebratum est matrimonium Zagabriae in Ecclesia S. Marci, vieta non modica sponsae repugnantia.

Quandoquidem Ida, quae semper hoc matrimonium vehementi desiderio exoptaverat, tamen paucis diebus ante celebrationem nuptiarum Ludovico nubere renuebat ea ratione ducta, quia eum mendacem deprehendit, neque ita opulentem, uti putaverat. Sed insistentibus parentibus, qui asserebant omnibus iam paratis fidem sponso datam esse servandam, eorum auctoritati atque consiliis cessit ac matrimonium admodum libera iniit.

Postridie nuptiarum sponsi voluptuarium iter aggressi sunt, Budapestinum petierunt, indeque post dies circiter 10 Zagabriam reversi sunt, ubi in domo parentum uxoris una simul pacifice cohabitarunt usque ad diem 4 Novembris eiusdem anni 1893. Hac die Ludovicus, non comitatus ab uxore, profectus est Lincium in Austria superiori eo vocatus, ut in principali fabrica « Fraks Söhne » per aliquod tempus munia obiret. Sed post mensem reversus Zagabriam, a parentibus uxoris suae non est receptus et ex eo tempore coniuges non amplius convenerunt, omneque consortium et commercium cessavit.

Imo, durante absentia viri, uxor tribunal Archidioecesanum Zagabriense adivit, ab eoque petiit, ut vinculum matrimonii cum Ludovico Koller contracti solveretur ea de causa, quod nunquam fuerat consummatum. Curia Zaga-

briensis, praetergrediens limites suae iurisdictionis, non solum processum absque delegatione instituit, sed sententiam tulit, nempe solutionem matrimonii actrici non concedi eo quod matrimonii non consummatio haud sufficienter esset probata, praesertim quia medici, inspecto actricis corpore, deposuerant, in ea virginitatis membranas inveniri disruptas et proinde deesse obiectivum argumentum virginitatis.

Huic sententiae Actrix non quievit et in secunda instantia se appellavit ad Tribunal Kalosciense, quod primam sententiam irritam dixit, ex eo quod actis non interfuerat Defensor vinculi matrimonialis. Tunc tribunal Zagabriense, detecto suo errore, cum ageretur de matrimonio rato et non oonsummato dispensando, suam incompetentiam declaravit, atque actricem ad S. Sedem remisit.

Quapropter uterque coniux ad Supremum Pontificem supplicem misit libellum, dispensationem a matrimonio rato et non consummato efflagitans. Hae de re Archiepiscopo Zagabriensi rescriptum fuit, ut processum ad normam iuris conficeret ; quibus omnibus expletis, Archiepiscopus acta ad S. C. O. transmisit.

Disceptatio Synoptica

VOTUM THEOLOGI. Mirandum sane est tribunal Zagabriense petitionem recepisse, nec solum instituisse processum, sed sententiam quoque tulisse die 17 Aprilis 1894 solutionem matrimonii actrici non esse concedendam edicens, eo quod de matrimonii inconsummatione non satis constaret. Enim tribunal, in his omnibus, limites suae iurisdictionis omnino est praetergressum ; constat enim in causa dispensationis **a** matrimonio rato et non consummato unum Romanum Pontificem esse competentem, et tribunalia inferiora non solum haud posse sententiam in his causis dicere, sed ne processum quidem instituere absque speciali delegatione Romani Pontificis, ut aperte constat ex Constitutione Benedicti XIV « *Dei Miseratione* » 29 Nov. 1741. Nec minus erravit tribunal Kalosciense. quod appellationem Idae recepit, et sen-

tentiam tribunalis Zagabriensis irritam dixit ex eo quod .acti» non interfuerat Defensor vinculi matrimonialis. Nam quamvis verum sit Defensorem vinculi matrimonialis etiam in causis pro dispensatione matrimonii rati et non consummati ex stylo Curiae, ¡non autem ex praescripto Constitutionis Benedictinae, requiri, sententia tribunalis [Zagabriensis exinde praecipue irrita erat quia in causa erat iudex incompetens; quare illud quoque quod tribunal Kalosciense 'edixit, ut nempe curia Zagabriensis processum denuo institueret, praesente vinculi Defensore, et novam sententiam diceret, contra iuris dispositiones factum est. Quod novum tribunal matrimoniale Zagabriense perspicue intellexit et se in hac causa incompetens declaravit.

Hinc factum est ut Ida, quam nunc in eadem petitione die 18 Martii 1895 Ludo vicus coniux praeiverat, ad S. Sedem recurrerit die 30 Septembris 1895, ut suum matrimonium benigne solveret. Sacra Congregatio Concilii annuens precibus Ludovici die 29 Martii eiusdem anni Archiepiscopo rescripsit pro informatione et voto, eumque delegavit ut auctoritate S. Sedis processum in hac causa institueret.

Quae ex processu resultarunt nunc sunt examinanda, ut dignoscatur an certum moraliter sit matrimonium hoc inconsummatum mansisse causasque dispensationis non deesse.

Porro causas pro dispensatione sufficientes adesse in hypothesi probatae inconsummationis evidens omnino est. Reconciliatio enim coniugum frustra, ut omnes testantur, speratur; ipsis autem in iuvenili adhuc aetate constitutis durum nimis est in coacto coelibatu permanere. Hinc timendum etiam est, ut ecclesiasticis et divinis legibus spretis ad matrimonium mere civile vel ad sectas quoque acatholicas confugiant. Quare iure Rmus Ordinarius in sua relatione causas huiusmodi inveniri pro certo habet, nec validis argumentis eas abesse probat Defensor vinculi matrimonialis in Curia Zagabrensi. Unum ille addit, quod alicuius ponderis est, scandalum nimirum oriturum fidelibus, si matrimonium dissolveretur. Putat enim egregius vinculi Defen-

sor inusitatum et inauditum esse iis in regionibus, ut a matrimonio rato concedatur dispensatio, nec fideles facile edoceri posse existimat hanc Romani Pontificis potestatem eosque sine dubio erupturos in tritum usu dictum, quod apud illos venit in proverbium: dominis omnia licent. Hoc autem an esset in casu ratio sufficiens denegandae dispensationis, hic locus de hoc inquirendi non est, quum de probatione inconsummationis potior sit quaestio antea pertractanda.

Cui quaestioni, ut illico meam sententiam aperiam, negative respondendum mihi videtur. Ex iis enim, quae ex actis colligere potui, nihil omnino invenire datum est quod matrimonii huius inconsummationem moraliter certo probet. Pro comperto enim est moralem inconsummationis certitudinem tunc haberi, quum *a)* vel coniuges copulam habere certo non potuerunt, sive quia nuptiis initis nunquam soli fuerunt, sive quia viri impotentia est plane certa *b)* vel evidenter constat de mulieris virginitate ex inspectione corporali *c)* vel talia indicia et circumstantiatae res concurrunt, ut simul sumptae moralem certitudinem de inconsummatione praebeant.

In casu autem nostro primum et alterum argumentorum caput exulat omnino. Extra dubium enim positum est, ipsique coniuges hoc fatentur, eos quatuor fere menses a die 9 Iulii ad diem 4 Novembris a. 1893 sese more coniugum gessisse eodem cubiculo, eodem saepe lecto utentes ; de viri autem impotentia ne dubium quidem ex actis prostat. Nec minori evidentia patet nullum deduci posse argumentum pro inconsummatione ex inspectione corporali mulieris. Quamvis enim mulier expresse et incunctanter asserat se virginem adhuc esse, inspectionis tamen successus idipsum non probat. Inspectio haec corporalis in casu iuxta iuris exigentias minime peracta est; nam ad normam Instructionis S. Congr. Concilii 22 Aug. 1840, nec non Instructionis S. C. Univ. Inquis. 20 Iun. 1883 et alterius anterioris Instructionis eiusdem S. Congregationis (sine data) inspectio haec fa-

cienda esset, praemisso balneo, a duabus vel tribus obstetricibus, quae a duobus rei medicae peritis fuissent apte instructae, quarumque conclusiones ipsorum medicorum iudicio subiicerentur. Haec omnia in casu non sunt servata; sed nullum exinde causae praeiudicium est. Sufficit enim si quoad substantialia servata fuerint, ut Gasparri *De matr. n. 1197* testatur, qui ibidem in nota refert inspectionem corporis mulieris in curia Parisiensi non ab obstetricibus, sed a duobus peritis, assistente non matrona, sed quadam religiosa ex illis quae mulieribus parturientibus opem praestant, fieri solere, nec tamen S. Congr. Concilii eiusdem Curiam acta sanare soli tam fuisse. Ipsa quoque balnei omissio merito causae praeiudicare non valuit. Porro huius inspectionis conclusiones hae sunt. Doctor Svrljuga sub iuramento dicit hymenem pluribus in locis disruptum, adstantes carúnculas myrtiformes, levitatem rugarum vaginae argumentum esse corpus aliquod solidum et leve saepius in vaginam fuisse introductum; an illud fuerit virile membrum vel aliud corpus, quo Ida ad se masturbandam usa fuerit, definiri non posse; sed ipsi certum est ex fortuito prolapsu in acuminatum sellae fulcrum eas omnes lacerationes fieri non potuisse. Ad eamdem conclusionem devenit Doctor Kosirnik, qui tamen videtur admittere probabilitatem eas omnes lacerationes ex fortuito ab eminentiori loco prolapsu repeti posse. Quare, etsi verum esset id quod Ida eiusque mater, asserunt, has lacerationes ex eo ortas fuisse, quod Ida in puerili aetate ex alto ceciderit ex eoque casu genitales partes disruptas et cruentas retulerit, non minori evidentia constaret ex inspectione nullum pro inconsummatione positivum argumentum deduci posse. Porro ex cohabitatione et condormitione coniugum vehementissima oritur consummationis praesumptio, uti colligitur ex *cap. Litteris 12 de praesumptionibus X (II. 23)* iuncta Glossa, et late probat Pignatellus in *Consultat. CXLVIII n. 2, tom, 1;* quae praesumptio iuris et de iure nonnisi per positivas contrarias et bene fundatas virginitatis probationes elidi potest, ut docet Co-

scius *De separ. tori coniug. lib. 1 c. 16, n. 13 seqq.,* Giovine *De dispensat, matrim, p. 1, pag. 481,* et communiter omnes. Hinc ex iis, quae ex inspectione corporis mulieris habentur, non solum nullum certum inconsummationis argumentum exurgit, verum etiam praesumptio consummationis firmatur; mulier enim corrupta est nec satis certo constat qua de causa ; hoc autem certo videtur, aliquod durum ac leve corpus in vaginam pluries fuisse introductum. Porro peccatum non est praesumendum, et nemo maius haberi debet nisi probetur; ergo pro consummatione matrimonii est potius concludendum.

Quare videndum est, an eiusmodi ex causa habeantur indicia et circumstantiae, quae simul sumptae, sin minus singulae , contrarias praesumptiones elidant, et moralem certitudinem de inconsummatione praebeant. Sed praeter iuratam coniugum assertionem nihil huiusmodi in actis inveniri est. Vir enim uxorem suam vehementer diligebat, uxor virum prius sincere dilectum nuptiarum tempore non adeo peramabat, sed neque oderat, quod patet ex attestationibus Idae parentum et ex eo quod Ida absque reluctantia plura Ludovico permisit, quae viro inviso mulier viribus validior non permisisset.

Id autem, quod mulier asserit, se viro semper copulam denegasse, eo quod semel vir nudus ad eam in alio lecto decumbentem accessisset, debitum petens, praeterquam quod factum ipsum non adeo certum videtur, quum vir deneget se illius memoriam habere, nulla ratione, ut videtur, admitti potest. Neque enim fieri posse videtur, ut ex unico actu, vel liberiori, tantam mulier aversionem in virum induerit ad copulam perpetuo ipsi denegandam. Minoris vero momenti sunt ea alia, quae vir deponit mulierem adduxisse tamquam causas repulsae ipsi factae, quia nempe copulam ipsa fastidiret, vir praeterea foeteret, et nimis esset macilentus adeo, ut ad eam approximans coxis dolorem ipsi attulisset, ipsa vero nollet tunc fieri matrem, sed post biennium in copulam consensuram. Haec omnia enim inverisi-

milia sunt, quae nonnisi ab amente dicantur. Quare ex his videt quisque' nullum deduci posse argumentum moraliter certum, coniuges adeo iuvenes matrimonium non consummasse. Restat igitur una coniugum assertio sub iuramenti fide. Porro ea nonnisi semiplenae probationis in iure aequivalet. Quod constare alias adnotavi, tum ex ipsis iuris testimoniis, tum ex doctrina canonistarum, tum ex ipsa praxi huius Sacrae Congregationis; et vos idipsum, Emi Patres, sapienti vestro iudicio probare visi estis, quum in ea causa non existimastis deveniri tuto posse ad consulendum SSmo, ut dispensationem super matrimonio rato et non consummato concederet, quamvis coniuges iure inconsummationem sui matrimonii assererent ; sed voluistis ut coadiuvarentur probationes quoad coarctata, ut nempe exinde alia semiplena inconsummationis probatio haberetur ; quod et in *Agrigentina 11 Augusti 1894* requisivistis.

Hinc sola coniugum iurata assertio de inconsummatione ad dissolutionem vinculi faciendam non sufficit. Et hoc quidem in hypothesi, quod constet de coniugum veracitate. Quid si contrarium contingat, ut in nostro casu? Nam vir plura asseruisse videtur in actis, quae postea denegavit vel quorum se dixit non meminisse ; quare, ut ex actis constat, iterum ad deponendum vocatus est die 13 Sept. 1896, ut nempe suas contradictiones dissolverei. Mulier quoque, etsi verum dicat narrando, virum ad ipsam sese approximasse nudum, omnino non concordat in suis depositionibus circa tempus, quo idipsum accidisset. Nam in petitione ad Curiam Zagabriensem et in actis illius processus dicit id locum habuisse Zakanj prima die post nuptias, in petitione ad S. Sedem cum certitudine affirmat id evenisse in eadem urbe Zakanj duodecim fere post dies, ut ex actis eruitur, quum Buda-Pesto Zagabriam redibant.

Difficile autem videtur mulierem adeo immemorem fuisse rei, quae eam ad tantam erga virum indignationem moverai; et si verum est, ut incunctanter in actis asserit, id evenisse quum Zagabriam coniuges redibant, iam nulla su-

peres t, ne inverisimilis quidem ratio, cur viro suo duodecim illis diebus debitum ipsa denegaverit.

Quare quo nos cumque vertamus nullum moraliter certum argumentum pro inconsummatione deduci potest. Hinc, ni fallor, ad quaesitum : an constet de inconsummatione matrimonii in casu, negative respondendum mihi videtur.

Duo sunt quae videntur, aliqua specie veritatis meae sententiae opponi posse. Alterum est Ludovicum, etiam quum nondum abhorreret a matrimonio contracto, imo illud non dissolvi exoptaret, asseruisse matrimonium non fuisse consummatum; sed haec assertio per se redit ad iuratam assertionem coniugum. Quatenus autem hoc in sui 'praeiudicium affirmavit, probabile aliquod argumentum est ipsum vera dixisse, sed ad semiplenae probationis vim non assurgit; multo magis quod, ut ex actis apparet, non indubiae fidei homo esse videtur.

Ex his omnibus inconsummationem matrimonii in casu non satis probari mihi certum videtur, ut superius dixi.

VOTUM CANONISTAE. Sic me expedire, ^ub sapientissima censura Vestrum, in *Casu* de quo agitur, pro voto Canonistae puto.

DD. unanimi consensione docent, argumenta quibus non secuta consummatio matrimonii probari debet, *luculentissima* esse oportere. Ratio evidens est : quando rite initum est matrimonium praesumi debet pro consummatione, et nulla competit Papae facultas dispensandi super matrimonio fidelium consummato, quo coniuges fiunt una caro; et tunc locum habet illud Christi (Matth. XIX) *Quod Deus coniunxit homo non separet.* - CCf. Sánchez De Matrim. Lib. II, Disput. 13, Mansella, De Imped. Matrim. Diriment. - Quoad vero matrimonium rite initum, ast simpliciter *ratum,* certa quidem est Summi Pontificis potestas in dissolvendo hoc matrimonio *rato,* et non *consummato,* causa nihilominus, et quidem magni momenti necessaria est, ut ad dictam dissolutionem procedere possit; et *certa* debet esse *non consummatio.* Ad probandam vero hanc non consum-

mationem non satis est *sola coniugum assertio,* sed alia requiruntur, et signanter *experimentum inspectionis,* iuxta *Textum in Cap. Fraternitatis, et in cap. Proposuisti de probationibus, et in cap. Super eo tit. De eo qui cognovit.* - Et tam rigorose semper omnia haec, ita ad unguem servata sunt, ut, non probata *plenissime* inconsummatione, numquam concessa fuerit *dispensatio,* etiamsi ageretur de periculo perversionis in fide, sicuti sapientissime advertit Benedictus XIV. (vide Quaest. *Can.* XXIV). - In Constitutione vero *Dei miseratione,* idem Pontifex ordinem et formam, ut notum est, praescribit in iudiciis causarum matrimonialium, super matrimoniorum validitate vel nullitate declaranda servandum. S. vero Congregatio Concilii per suam Instructionem editam die 22 Augusti 1840 inhaerens apprime Constitutioni citatae Benedicti XIV, normas et regulas tradidit ad recte et apte veritatem eruendam. Quae omnia, si ab omnibus et ubique servarentur, in causis matrimonialibus non difficile foret tutum ac rectum iudicium efformari.

Hisce praeiactis, in *Casu* de quo agitur superest, ut videatur an *plenissime* ex *Actis* constet nec ne de *inconsummatione* matrimonii. Archiepiscopus Zagabriensis in sua Epistola ad Eminentissimum Card. Praefectum S. C. C. die 26 Octobris 1896, apte observat: « .... quum post contractum matrimonium, Ludovicus et Ida per totos fere quatuor menses simul cohabitaverint in eodem cubili, saepius etiam in eodem lecto soli dormierint, atque etiam ad invicem quaedam amoris signa et tactus usurpaverint; certe opus est demonstratione talis causae, quae copulam constanter prohibere potuisset >. Quae scribit Archiepiscopus innituntur depositioni utriusque Coniugis.

Bene, ergo, mihi videtur, Defensor vinculi argumentatur, scribens : « Matrimonium praesumitur consummatum, quam primum constiterit coniugibus secum rem habendi copiam fuisse ; praesertim si matrimonium ex amore fuerit contractum, et homo iuvenis cohabitaverit uxori suae, puellae, quae, et aetate floreat, et apta existat ad copulam, non

solum in eodem cubili, sed et in eodem lecto ; et haec praesumptio adeo est violenta, ut pro veritate habeatur, donec praeter conforme testimonium coniugum, aliae proferantur clarissimae ac evidentissimae probationes, inconsummationem matrimonii citra omne dubium adstruentes, uti est inspectio corporis feminei. Iam vero Ida conformiter cum suo marito Ludovico fatetur, se ex amore Ludovicum in maritum elegisse et cum eo matrimonium contraxisse, per octo primos dies post celebratum matrimonium in eodem lecto, et postea per quatuor menses solus in eodem cubili dormivisse, ipsamque permisisse ut soli existentes in cubili sibi maritus consueta amoris signa, uti oscula, tactus exhibeat; haec autem omnia générant *praesumptionem iuris et de iure* matrimonium fuisse consummatum; contra quam praesumptionem in regula non admittitur contraria probatio, vel nonnisi vehemens, violenta, et superabundans, quae desumenda est tantum ex corporis inspectione ». Sic vinculi defensor. Descendit postea Defensor ad argumentum desumptum ex inspectione corporis Idae. Et de hoc argumento, imprimis ego valde miror minime sequutas fuisse exacte et praecise sapientissimas normas et regulas in cit. Instruct. S. O. O. edita die *22* Augusti 1840 praescriptas. In Actis huius Processus ne verbum quidem est praesertim de tribus saltem Obstetricibus, de honesta Matrona, de balneo; uno verbo fere omnes praescriptiones statutae hac super re, praetermissae sunt. Ad haec: Archiepiscopus in sua Epistola informativa scribit: « Quibus prompte satisfacturos commissionem dedi Felici Suk, Doctori in S. Theologia, Canonico Metropolitanae Ecclesiae Zagabriensis, ac Iudicii matrimonialis in hacce Metropolitana Sede Assessori, qui secundum *Constitutionem Papae Benedicti XIV* Dei Miseratione, processit ». Cur de notissima *Instructione S. C. C. 1840* silet? Nec satis. Prosequitur Archiepiscopus : « Tunc Tribunal per suum Commissarium mulierem examinari fecit, eiusque corpus per duos medicos inspici ». Est, nec ne hic modus servandus in inspectione corporis mulieris iuxta cit. *Instruct.*

S. C. C? Defensor vel ipse vinculi nullum verbum habet de hac *Instr,* sicuti, neque de eo loquitur *Commissarius Can. Felix Suk;* proptereaque nihil mirum si Tribunal processerit in hac gravissima Causa, eo modo quo ex *Actis* constat; nulla nempe habita ratione de his quae severissime praescribuntur in cit. *Instruct.* S. C. C.-Possem ergo concludere, primitus serventur praescripta legis, et postea videbimus quid sentiendum sit in *Casu.* - Admisso tamen, et non concesso *modo,* quo facta est inspectio mulieris Idae quid sequitur? Aperto ore fatetur Ordinarius : « Hoc solum certum est : mulierem non esse corpore integram. Non est tamen exclusum, fuisse violatam ex copula cum viro. Quum vero alius vir non demonstretur, praesumptio est fuisse a proprio viro violatam ». Certe Archiepiscopus haec scribens prae oculis habuit quae Doct. Simon Sverlinga sub iuramento testatus est, idest: *ex rupturis hymenis et rugis vaginae levigatis concludendum esse haec non casu unico esse effecta, sed crebriore frictione re levi (glabra) saepius in vaginam inducta* ». Quae cum ita sint, non bene se habuit mulier Ida respondens « siete pronta, se farà d'uopo, ancora una volta sottoporvi alla rivista dei medici e portare le spese ? - Non sono pronta, perchè già una volta mi ho sottoposta a tale rivista ». E contra respondere debuisset se promptam et paratam esse ad sui corporis ostensionem matronis, et aliis pro dicta inspectione eligendis, si tam certa est de his quae affirmat circa rupturam. hymenis ob aliam causam, quam per consummationem matrimonii. - Post haec, haud immorabor EE. et RR. PP. in refricandis aliis argumentis, quae in medio adducta sunt a Coniugibus Ludovico et Ida, et quae unice innituntur iuramento eorum. Hoc iuramentum, iuxta Sánchez De Matrim. Lib. II Disp. XXIII nihil proficit: scribit enim: « Si sponsa non erat virgo, nec sponsi domum traducta sit, adhibetur illorum iuramento fides : cum ex aspectu probatio haberi nequeat, et non esse traductam, simul cum iuramento, sit urgens iudicium: si autem traducta esset, non creditur illis in matrimonii prae-

iudicium, et dissolutionem ; in hac enim non statur soli coniugum confessioni, *Cap. super eo, qui cogn. consang.* ». Modo. Ida *virgo non est, et sponsi domum traducta est, et in eodem cubili, et in eodem lecto cum Ludovico dormiva,* quis fidem praestabit iuramento eorum? Verum quidem est, aliquando ad adstruendam non consummationem matrimonii sufficere iuramentum coniugum, et testium depositiones, qui de religione iurantium deponant, sicuti resolutum est a S. C. C. in *Causa iterum discussa sub die 13 Iunii 1896 ;* Acta S. Sedis Vol. 29 p. 543; sed totum hoc minime aptari posse in praesenti casu videtur, ubi nec *plena* habetur, et iuxta normas *Const.* Benedicti XIV *Dei miseratione, et Instruct. S. C. C. 1840,* depositio testium, ut patet ex *Actis,* relate praesertim ad mulierem Idam, quae fatente Defensore Vinculi, « nec septem potest producere testes, quamvis Zagabriae fuerit nata et educata; hinc iudex cum paucioribus debuit conten tari ».

Quibus omnibus perpensis, putarem, sub censura semper, et salvo meliori iudicio, in *Casu* de quo agitur, non adesse causas iustas et graves ad consulendum SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in Casu.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Vertente anno 1893, Iulii die 9 Ludo vicus vigesimum quartum aetatis annum agens, et Ida annos nata septemdecim, coniugale foedus inter se contraxerunt.

Expletis nuptiis, coniuges per quatuor ferme menses, id est usque ad diem 4 insequentis Novembris, pacifice collabi tarant.

At praedicto die 4 Novembris Ludovicus Lincium profectus, ut sudore vultus sui sibi uxorique necessaria ad vitam compararet, Ida interea temporis die 18 Decemb. 1893 institit apud ecclesiasticam curiam ut matrimonium cassaret. Qua re cognita, Ludovicus leves in auras amandare matrimonium et ipse contendit.

Cum lectissimi consultores, theologus et canonista, matrimonio suffragentur, supersedeo animadversionibus, ne inu-

tilibus Vos morer; et, mora haud interiecta, postulo ad inscriptam rogationis formulam rescribi: « *Negative et amplius* ». Benignius namque rescriptum spem vanam coniugibus ansamque ad insidiandum matrimonio praeberet.

Quibus animadvesis propositum fuit diluendum

Dubium

An consulendum sit SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.

RESOLUTIO. Sacra O. Concilii, re discussa, sub die 20 Augusti 1898 censuit respondere : *Negative.*

EX S. CONGR. EPISC. ET REGUL.

ROMANA

CREDITI

Die 1 Iulii 1898.

COMPENDIUM PACTI. Fratres Bianchetti negotiatores merci um pro vestibus conficiendis e Locamo in Helvetia an. 1892 apud aedes Seminarii Pii quantitatem mercium in usum huius Instituti deposuerunt, et assentiente Rectore Rmo Canestrari depositum assumpsit Seminarii Praefectus D. Fronzi cum facultate eas merces vendendi etiam dilata solutione pretii. Praefecto Fronzi an. 1893 ad propria reverso, in gestione et deposito, regulatis tamen prius rationibus mercium venditarum et adhuc extantium cum dicto Fronzi, successit alumnus Cerroni qui in relatione directa cum negotiatoribus Bianchetti extare coepit, peracto in fine cuiuslibet anni inventario et redditus rationibus.

At alumnus Cerroni ob infirmitatem coactus Urbem deserere gestionem concredidit alteri alumno Pio Cucchi, in quam tamen, ipso Cerroni insciente, successit alumnus Di

Cecco, qui huius nomine cum fratribus Bianchetti egit. Di Cecco administrationem habuit a Décembre an. 1894 usque ad Augustum an. successivi, et postea eam tradidit alumno Bargagnati cum mandato gestionem resignandi in manibus ipsius Cerroni.

Interim ad sanitatem restitutus Cerroni et in Urbem reversus mense Novembri an. 1895 iterum habuit administrationem, sed habita notitia de mala gestione alumni Di Cecco et supputatis dati et accepti rationibus, compertum est adesse defectum libell. 4923.50. Pro huius summae parte nempe pro libellis 1455. 50 adhuc exigendis pro mercium venditione facta, Cerroni declaravit se debitorem erga fratres Bianchetti, pro reliqua summa nempe libellar. 3468. idem Cerroni rationem seu explicationem expetiit a sacerdote Di Cecco, qui suum debitum pro libellis 2554 erga fratres Bianchetti confessus est. Hinc summa residualis reddenda constabat in libellis 914, quibus per errorem, ceu vult Cerroni, adiunctae a fratribus Bianchetti sunt libellae 119.70, proinde defectus vulgo *deficit* ascendit ad libellas 1033.70.

Debitum Cerroni nunc est reductum ad lib. 408 ob partialem iam factam dimissionem. Sacerdos Di Cecco suum debitum in libellis 2554 recognoscens, dilationem solutionis et ratealem restitutionem a Fratribus Bianchetti petiit. Ii vero praetendunt ut tam pro summa lib. 1033.70 quam pro aliis summis adhuc non redditis a Cerroni et Di Cecco respondere debeant Moderatores Seminarii Pii ; et proinde recursum obtulerunt S. Congregationi Episcoporum et Regul. ad hoc ut Pium Institutum ad restitutionem cogeretur. De credito Fratrum B. ambigi non potest, ceu ex documentis liquet et ex declaratione Urbis Vicariatus, cui primitus quaestio fuerat remissa; solummodo controversia exoriri posset circa crediti quantitatem, sed de hoc esset agendum in separato iudicio.

Disceptatio Syiioptìca

IURA FRATRUM BIANCHETTI quae ita summantur. Hi primo réfutant argumentum ex adverso oppositum, nempe quod Moderatores Seminariorum nequeunt contrahere vel deposita permittere, nisi prius Episcopi et quatuor Deputatorum Seminarii accedente consensu ; reponunt fratres Bianchetti hoc respicere internum Seminariorum regimen, sed nihil attinere provisores mercium Instituti, qui has leges cognoscere non tenentur. Hoc praemisso, subdunt negotiatores Bianchetti, innumerae sunt circumstantiae, quae demonstrant Seminarium Pium in recepto mercium deposito obligatum mansisse.

Recolunt primo quod petitio pro mercium deposito facta fuit Rectori Oanestrari mediante commendatione equitis Sacchetti; petitione exaudita merces receptae fuere a sacerdote Fronzi, qui cum ab ipsis ad hoc munus designatus non fuisset, retentum est quod ipse esset Seminarii oeconomus.

Hinc in administrationis libris signata fuit particula pro oeconomatu Seminarii Pii. Hoc adeo verum esse contendunt, ut quando venditio mercium facta fuit directe personae Rmi Oanestrari alia particula specialis pro ipso statuta fuit. Insuper intestationes mercium factae sunt Oeconomatui Seminarii Pii et quando merces missae sunt, directae fuerunt personae designatae a Rectore Oanestrari ad Oeconomatum repraesentandum. In probatis hinc esse aiunt sacerdotem Fronzi Moderatoris Seminarii ceu mandatarium fuisse habitum. Sed quod magis rem conficit iuxta fratres Bianchetti est *computus generalis* directe missus an. 1893 ad Seminarii Oeconomatum. Si Oeconomatus nulla obligatione erga negotiatores Bianchetti tenebatur cur ipsum non reiecit? Igitur illum acceptando in comperto est loci pii Moderatorum assumpta obligatio.

Demum Fratres Bianchetti advertunt quod depositae merces versae sunt in utilitatem Instituti et quod depositarii

alumni erant sub dependentia et directione Superiorum Seminarii. Si itaque in mercium venditione negligentia et irregularitates intercesserunt, aequum est ut memorati superiores respondeant cum ipsi in culpa fuerint de damnis obventis.

OBSERVATIONES EX OFFICIO. Iuxta Concilii Tridentini disciplinam *sess. XXIII cap. 18 de Refor.*, cura et iuridica repraesentatio Seminariorum quoad administrationem rerum temporalium spectat ad Episcopum cum consilio quatuor Deputatorum. In praesenti casu certum est, quod Emus Urbis Vicarius et quatuor designati deputati, ceu constat ^ex eorum declaratione, numquam consensum dederunt pro deposito mercium fratrum Bianchetti in Seminarii Pii Instituto. Proinde Seminarium Pium ceu pupillus nullam obligationem contrahere valuit, cum defecerit legitimorum tutorum consensus. Insuper ex-oeconomus Rmus Di Fava et actualis oeconomus Servili fassi sunt se nullam directam relationem cum fratribus Bianchetti habuisse, neque horum assertio ullo documento vel epistola statui potest : proinde retinendum est Fratres Bianchetti per errorem inscripsisse merces Oeconomatui Seminarii Pii, cum quo seu eius gerentibus nulla de facto existebat relatio directa.

Item falso asseritur quod supra citata Tridentini dispositio respiciat internum regimen Seminarii dum e contra ipsa constituit ius commune pro temporali administratione Seminarii ; at nemini licet ius commune ignorare. Demum, hic opportune adnotandum venit quod negotiatores Bianchetti confundunt relate ad obligationem respondendi de deposito mercium, Seminarium ipsum, ceu ens iuridicum, cum ipsius directione.

DEFENSIO REVERENDISSIMI RECTORIS OANESTRARI. Hic ex adverso in epistola diei 7 Iunii 1896 et in libello defensivo diei 2 Septembris 1897 contendit, nullam obligationem se contraxisse erga fratres Bianchetti. Primo réfutât epistolam alumni Cerroni, in qua edicitur quod *gerentes* seu depositari! mercium electi fuerunt non a Bianchetti sed a Moderatoribus Seminarii, et tantum Seminarium a deposi-

tariis ius habet exigendi redditiones rationum. Primam Cerroni propositionem mendacii coarguit: siquidem quando* fratres Bianchetti proposuerunt mercium venditionem in Seminario, solum praefectum Fronzi, Rector Oanestrari pra venditione indicavit, ipsum dispensando a lege prohibitiva hos contractus peragendi, sed nullam proprie deputationem suo nomine, vel mandatum dedit : de successoribus vero praefecto Fronzi nihil profecto scivit. Ex altera vero propositione tantum eruitur culpabilitas alumnorum Cerroni et Di Cecco, quam evitare vellent ipsam refundendo in Seminarium cum evidenti ipsius damno.

Deinde Rmus Oanestrari progreditur ad cribranda fratrum Bianchetti argumenta. Haec ad tria reduci facile possunt. 1. Rector Seminarii depositum approbavit, *2.* personam designavit pro ipsius custodia, 3. Rectori Oanestrari omnia facta innotuerunt et tamen ipse tacuit. Ad primum argumentum respondet quod nullam approbationem dedit, sed tantum personam indicavit pro mercium venditione. Sed etiamsi praetensam approbationem dedisset non inde sequitur quod ipse respondere debeat de actibus vel irregularitatibus commissis a sacerdote Fronzi et eius successoribus : siquidem dare permissionem alicui aliquid agendi, non est dare mandatum agendi suo nomine. Hoc profecto praetendunt fratres Bianchetti, sed probare non valent, et longe aliter res se habet, proinde corruit secundum ex adverso adductum argumentum.

Quoad tertium respondet Rector Oanestrari. Verum quidem est quod fratres Bianchetti agendo cum Fronzi aliisque putarunt contrahere cum Oeconomo Seminarii, sed haec eorum opinio fuit erronea, et notum est adagium quod *nostra opinio rerum veritatem non mutat;* deinde antiqua regula iuris contra ipsos invocari potest quod unusquisque contrahens cognoscere debet conditionem alterius contrahentis. Si itaque ipsi erronee existimarunt contrahere cum Seminarii Oeconomo, quando contraxerunt cum Fronzi aliisque, sibi imputent et discant in posterum melius negotiari.

Neque fratres Bianchetti aliquid profìciunt, adducendo quod Rectori Oanestrari omnia facta et irregularitates erant notae, siquidem ipse respondet, quod hoc negotium erat res individualis, et non Seminarii, proindeque nulla sibi incumbebat obligatio ipsum regendi vel moderandi. Demum Rector Oanestrari expendit argumentum culpabilitatis deductum ex onere vigilantiae in superiore super alumnis, quibus merces deposito commissae fuerunt. Haec vigilantia incumbit nedum Rectori, sed etiam eius Superiori et in casu Emo Urbis Vicario : unde in hypothesi adversariorum etiam Emus Urbis Vicarius respondere deberet de damno allato : quod est absurdum, et etiam ipsi adversarii reiiciunt, unde ratio adducta cum nimis probet, nihil probat.

Secundo vigilantia habet suos limites ; ipsa se extendit ad disciplinam et regimen internum alumnorum in relationibus inter alumnum et alumnum, in relationibus ipsorum cum Superioribus et cum Seminario, sed non attingit alumnorum interesse cum extraneis ; vigilantia ut proponitur a fratribus Bianchetti, esset absurda, et afficeret Rectorem ceu gerentem et administratorem rerum alumnorum. Addendum insuper est quod in casu dicta vigilantia, attentis qualitatibus contrahentium erat prorsus supervacanea. Ex una enim parte habebantur negotiatores qui in re mercatoria praesumebantur peritissimi ; ex altera vero merces, commissae fuerunt personae aetate maiori, sacerdoti, praefecto contubernii in Seminario et iam canonico in sua dioecesi. Obiectum vero contractus erat simplex nempe exitus mercium. Ex hisce igitur circumstantiis vigilantia reddebatur inutilis.

Hae sunt praecipuae rationes ex utraque parte propositae , quibus summatim elucubratis, suppositum fuit enodationi sequens

Dubium

A quo et qua ratione fratres Bianchetti negotiatores mercium Locami in Helvetia solutionem exigere valeant in casu Ì

RESOLUTIO. Die 1 Iulii 1898. S. Congregatio Episcoporum et Regularium, reformato dubio — *An Seminarium et eius Moderatores seu administratores teneantur persolvere summas expetitas a fratribus Bianchetti in casu* — re mature examinata, respondit : *Negative in omnibus.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

LITTERAE de usu linguae slavicae in sacra Liturgia ad archiepiscopos, episcopos; et ordinarios provinciarum Goritien., landren. et Zagabrien.

Quae praecipue observanda sunt, vel cavenda, circa usum palaeoslavici idiomatis in sacra liturgia, Sacra haec Congregatio iam edixit die 13 Februarii 1892 ; atque iis opportune significavit Slavorum Meridionalium Episcopis, qui ecclesiis praesunt, ubi eiusmodi praxis invaluit. Quum vero, hac super re, Apostolicae Sedi nova proposita sint dubia, SSmus D. N. Leo div. prov. Papa XIII, pro sua erga Sia vos paterna sollicitudine, ad praedictas normas enucleandas et firmandas, omnemque removendam perplexitatem, grave hoc negotium peculiaris coetus S. R. E. Cardinalium examini submitti iussit.

Re igitur in omnibus mature perpensa, attentisque Summorum Pontificum Constitutionibus et Decretis, praesertim Innocentii IV, qui Episcopis Senién., a. 1248, et Veglen., a. 1252, slavica utendi lingua concessit *licentiam, in illis dumtaxat partibus , ubi de consuetudine observantur praemissa, dummodo ex ipsius varietate litterae sententia non laedatur ;* item Urbani VIII, cuius iussu a. 1631 libri liturgici glagolitice editi sunt, *ad usum ecclesiarum, ubi hactenus praefato idiomate celebratum fuit, nisi maluerint latino :* nec non Benedicti XIV,. qui novam ipsorum librorum editionem, a. 1754, authenticam declaravit, pro iis, *qui ritum slauo-latinum profitentur;* ac demum Pii VI, qui a. 1791 Breviarium eius auspiciis denuo impressum recognovit, iidem Emi Patres eas quae sequuntur regulas statuerunt, illasque Sanctitas Sua ratas habuit, approbavit et in posterum ab omnibus inviolate servari mandavit:

I. Usus palaeoslavicae linguae in sacra liturgia considerari et haberi debet velut *reale* privilegium certis inhaerens ecclesiis, minime vero ad instar privilegii *personalis,* quod nonnullis sacerdotibus competat.

Episcoporum igitur officii munus erit, in unaquaque dioecesi quam primum conficere indicem seu catalogum ecclesiarum omnium et singularum, quas certo constet, in praesens ea concessione rite potiri.

Ad dubia porro amovenda, asserti privilegii probatio desumatur ex documentis ac testimoniis, quae in tuto ponant et probe demonstrent, illud invaluisse et reapse vigere triginta saltem abhinc annis; quod temporis spatium in re praesenti tamquam sufficiens habetur ex indulgentia speciali Sanctae Sedis.

Si quae deinceps controversiae aut difficultates in eiusmodi probationum negotio oriantur, illas Episcopi Sacrae Rituum Congregationi subiiciant, rerum adiuncta explicate et distincte exponendo pro singulorum casuum solutione.

II. Praedicto ecclesiarum privilegiatarum indice semel confecto et publicato, nulli prorsus licebit, in aliis ecclesiis, quacumque ratione vel quovis praetextu, linguam palaeoslavicam in sacram liturgiam inducere: si quid vero secus aut contra contigerit attentari, istiusmodi ausus severa coercitione reprimantur.

III. In ecclesiis, quae supra memorato gaudent privilegio, Sacrum facere et Officium persolvere publica et solemni ratione, permissum exclusive erit palaeoslavico idiomate, quacumque seclusa alterius linguae immixtione. Libri ad Sacra et ad Officium adhibendi characteribus glagoliticis sint excusi atque ab Apostolica Sede recogniti et approbati : alii quicumque libri liturgici , vel alio impressi charactere, vel absque approbatione Sanctae Sedis, vetiti omnino sint et interdicti.

IV. Ubicumque populus sacerdoti celebranti respondere solet, aut nonnullas Missae partes canere, id etiam nonnisi lingua palaeoslavica, in ecclesiis privilegiatis fieri licebit. Idque ut facilius evadat, poterit Ordinarius fidelibus exclusive permittere usum manualis libri latinis characteribus, loco glagoliticorum exarati.

V. In praefatis ecclesiis, quae concessione linguae palaeoslavicae indubitanter fruuntur, Rituale, slavico idiomate impres-

sum, adhiberi poterit in sacramentorum et sacramentalium administratione, dummodo illud fuerit Apostolica Sede recognitum et probatum.

VI. Sedulo curent Episcopi in suis Seminariis studium provehere cum latinae linguae, tum palaeoslavicae, ita ut cuique dioecesi necessarii sacerdotes praesto sint ad ministerium in utroque idiomate.

VII. Episcoporum officium erit, ante Ordinationem sacram, designare clericos, qui latinis, vel qui pala eo sia vitis ecclesiis destinentur, explorata in antecessum promovendorum voluntate et dispositione, nisi aliud exigat ecclesiae necessitas.

VIII. Si quis sacerdos, addictus ecclesiae, ubi latina adhibetur lingua, alteri debeat ecclesiae inservire, quae palaeoslavici fruitur idiomatis privilegio, Missam solemnem ibi celebrare^ Horasque canere tenebitur lingua palaeoslavica ; attamen illi fas erit privatim Sacra peragere et Horas canonicas persolvere latina lingua.

Idem vicissim dicatur de sacerdote, palaeoslavici idiomatis ecclesiae adscripto, cui forte latinae ecclesiae deservire contigerit.

IX. Licebit pariter sacerdotibus latini eloquii ecclesiae inscriptis, in aliena ecclesia, quae privilegio linguae palaeoslavicae potitur, Missam privatam celebrare latino idiomate.

Vicissim sacerdotes, linguae palaeoslavicae ecclesiis addicti, eodem idiomate Sacrum privatim facere poterunt in ecclesiis ubi latina lingua adhibetur.

X. Ubi usus invaluit, in Missa solemni Epistolam et Evangelium slavice canendi, post eorumdem cantum latino ecclesiae ipsius idiomate absolutum, huiusmodi praxis servari poterit, dummodo adhibeatur lingua palaeoslavica. In Missis autem parochialibus fas erit, post Evangelii recitationem, illud perlegere vulgari idiomate, ad pastoralem fidelium instructionem.

XI. Si forte in paroeciis, quae linguam habent palaeoslavicam, aliquis e fidelibus prolem renuat sacro sistere fonti, nisi Rituali latino baptismus conferatur; vel si qui matrimonium recusent celebrare, nisi latina lingua sacer absolvatur ritus, Parochus opportune illos instruat, moneatque; et si adhuc in propria sententia persistant, baptismum, aut benedictionem nuptialem privatim latina lingua ministret.

Vicissim agatur, in paroecia latinae linguae, si quis slavico idiomate ritus praedictos omnino peragi similiter exigat.

XII. In praedicatione verbi Dei, aliisve cultus actionibus, quae stricte liturgicae non sunt, lingua slavica vulgaris adhiberi permittitur ad fidelium commodum et utilitatem, servatis tamen generalibus Decretis huius S. Rituum Congregationis.

XIII. Episcopi illarum regionum, ubi eadem in usu est lingua vernacula, studeant uniformi curandae versioni precum'et hymnorum, quibus populus indulget in propria ecclesia, ad hoc ut qui ex una ad aliam transeunt dioecesim vel paroeciam in nullam offendant precationum aut canticorum diversitatem.

XIV. Pii libri, in quibus continetur versio vulgata liturgicarum precum, ad usum tantummodo privatum christifidelium, ab Episcopis rite recogniti sint et approbati.

Datum Romae, ex Secretaria Ss. Rituum Congregationis, die 5 Augusti, anno 1898.

CAMILLUS CARD. MAZZELLA *S. R. C. Praefectus.*

L. œ S.

DIOMEDES PANICI *S. R. C. Secretarius.*

DUBIUM quoad Missam solemnem in Ecclesiis Suffraganeorum, assistente Metropolitano.

Emus et Rmus Dominus Card. Herbertus Vaughan Archiepiscopus Westmonasteriensis [sequentia dubia Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna solutione humiliter exposuit, nimirum :

I. Utrum Metropolitano, sive cardinalitia dignitate insignito sive non, conveniat assistere cum mitra et pluviali Missae solemni in Ecclesia alicuius Suffraganei, sive ab Ordinario, sive ab alio, ipso praesente, celebrandae. Et in casu affirmativo, utrum habeat usum baculi et presbyteri assistentis, et ea alia omnia, quae conveniunt Ordinario, mitra et pluviali parato, Missae solemni in propria Dioecesi assistenti?

II. Utrum Metropolitanus, sive Cardinalis sive non, in Dioecesi Suffraganei cum cappa assistens Missae solemni ab Ordinario vel ab alio, ipso praesente, celebratae!, adhibere valeat praeter assistentes etiam presbyterum assistentem?

III. Utrum in dictis circumstantiis Metropolitanus habere possit usum libri et scotulae ad legendum Introitum etc. ?

IV. Praesente Metropolitano, sive Cardinali sive non, cappa induto simul cum Ordinario loci Missae solemni a Canonico vel Sacerdote simplici celebratae, cuinam spectare debeant benedictiones thuris, ministrorum etc. ?

V. Utrum Episcopis, sive Suffraganeis sive non, Missae solemni in aliqua Cathedrali vel alia Ecclesia in provincia, praesente Metropolitano, assistentibus, conveniat usus mozzettae supra rocchettum mantelletta coopertum?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicae omnibusque accurate perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. *Affirmative* ad primam partem, et ad alteram partem observetur Caeremoniale Episcoporum; et quoad usum baculi pastoralis praesertim in Lib. I, cap. 17, num. 5, quoad presbyterum assistentem detur Decretum S. Congregationis Caeremonialis d. d. 16 dec. 1837 (1).

Ad II. *Provisum in primo.*

Ad III. *Affirmative.*

Ad IV. *Ad Metropolitanum.*

Ad V. Dentur Decreta in *Rheginen.* 17 Martii 1663, ad 2; *Mediolanen.* 16 Martii 1833 ad 1 et 2; et *Liburnen.* 23 Septembris 1848 ad 2 (2).

Atque ita rescripsit, die 13 Septembris 1898.

C. CARD. MAZZELLA EP. PRAENBSTIN. *S. R. C Praef.*

L. & S.

D. PANICI 5. *R. C. Secret.*

(1) En verba huius Decreti ; « .... Missam cum celebrante, quisque is sit, non incipit (Cardinalis). Sedem Episcopalem occupat, ubi, si non celebret Episcopus (loci Ordinarius), Canonicum vel Canonicos assistentes potest habere ; celebrante tamen Episcopo non potest. *Neutro autem in casu Presbyterum assistentem proprie dictum habere valet*— ».

(2) Decretum in *Rheginen.* (1266-2210) statuit : « 2. An (Metropolitanus) possit prohibere Episcopum, ipso praesente, ab usu Mozzettae ? » *Resp.* « Licite fieri posse a Metropolitano ». Alterum in *Mediolanen.* (2706-4709) decrevit : *Resp.* « ad 1". et 2. Ratione Episcopatus posse et debere uti habitu ordinario, quo utuntur Episcopi in Romana Curia, id est rochetto supra subtanam et mantelletto violacei coloris____» Tertium denique in *Liburnen.* (2976-5140) habet: « 2. An uti possit (Episcopus) mozzetta, vel potius supra rochetlum mantellettam tantum gestare debeat ? » *Resp.* « Negative ad primam partem ; affirmative ad secundam ».

KYDRUNTINA. Dubium quoad praestanda Archiepiscopo pontificanti ab Archidiacono evecto ad Episcopum titularem.

Quum nuper in Metropolitana Hydruntina Archidiaconus, qui est prima et unica dignitas, evectus fuerit ad Episcopatum titularem Ionopolitanum, Rmus Dnus Caietanus Caporali eiusdem Metropolitanae Ecclesiae Archiepiscopus a Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutionem humiliter effiagitavit; nimirum:

I. An pontificanti Archiepiscopo inservire debeat in munere Archidiaconi praedictus Episcopus titularis, ad thronum, altare, librum, thurificationem, porrectionem aspersomi et pacis?

II. Quaenam partes in sacris ordinationibus ab eodem Episcopo titulari et Archidiacono explendae sint?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit:

Ad I et II. Serventur Decreta in Mechlinien. 24 Februarii 1680 et in Mediolanen. 16 Martii 1833 (1).

Atque ita rescripsit die 12 Novembris 1898.

C. CARD. MAZZELLA *S. R. C. Praefectus.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI *S. R. C. Secret.*

MONITA quoad missas lectas in sacellis sepulcreti; et quoad distantiam quae intercedere debet inter altare et cadavera in coemeteriis vel ecclesiis sepulta.

I.

Dubium I. Decreti in *Romana* d. d. 12 Ian. 1897 (2) circa Missas lectas de requie permissas in sacellis sepulcreti, sed vetitas in eiusdem sepulcreti Ecclesia vel Oratorio publico, a S. R. Congñe reformatum est: ita ut dictae Missae permissae haberi debeant. En Dubium:

(1) Decr. in *Mechlinien,* declarat praefata munera Canonico Episcopo non licere. Alterum in *Mediolanen,* definit ad eadem officia Canonicum Episcopum non teneri.

(2) Recole Vol. XXIV, 62, 504.

I. Privilegium circa Missas lectas de requie ex praefato Decreto *{quod incipit:* **Aucto) concessum sacellis sepulcreti, favetne sive Ecclesiis vel Oratorio publico ac principali ipsius sepulcreti; sive aliis Ecclesiis vel Cappellis extra coemeterium, subter quas ad legitimam distantiam alicuius defuncti cadaver quiescit?**

Resp. reformata: *Affirmative ad 1am partem: Negative ad* ***2am*.**

II.

Item: circa distantiam, quae inter altare et cadavera in Coemeteriis vel Ecclesiis sepulta intercedere debet, sequens habetur ab eadem S. R. Congñe, authentica declaratio:

« Sacra Rituum Congregatio declaravit tres cubitos esse fere unum metrum longitudinis, atque hanc distantiam sepulcrorum ab altari sufficere. Die 5 Aug. 1898 ».

NOTA. Super quo altero monito animadvertant lectores, duo esse in eo declarata: 1. Non esse amplius attendendam trium cubitorum mensuram, sed sufficere ut servetur unius circiter metri distantia: 2. hanc distantiam non amplius intercedere debere, ut lex servetur, inter gradus vel gradum altaris et cadaver sepultum; sed sufficere ut intercedat inter cadaver sepultum et ipsum altare.

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

DE CONSUETUDINE assistendi quibuslibet matrimoniis, absque delegatione Episcopi aut parochi, a quolibet Sacerdote, qui valeat administrare sacramenta quae non sunt propria Episcoporum.

Beatissime Pater

Hodiernus Archiepiscopus N. N., ad matrimoniorum fidelium suae iurisdictionis validitatem procurandam, ut par est, intentus, et ad pedes S. V. provolutus, quae sequuntur humillime exponit.

In ista Dioecesi certo viget decretum Concilii Trid. de clandestinitate Cap. *Tametsi.* **Pluribus autem abhinc annis inter clerum sparsa est opinio quod valide fidelium matrimoniis quilibet sacerdos dioeceseos, sacrum ministerium exercens absque**

speciali Ordinarii aut parochi delegatione, assistere valeret, vi facultatis generalis ei concessae administrandi omnia sacramenta quae ordinem episcopalem non requirunt.

Plurima ergo celebrata sunt, toto istius temporis spatio matrimonia coram sacerdotibus, qui nec ab Ordinario, nec a partium parocho delegati erant ut dictis matrimoniis assisterent.

Ex indubiis testimoniis certo apparet Praedecessorem meum dictae opinioni adhaesisse atque repetitis vicibus pluribus sacerdotibus privatim declarasse dictam opinionem tuto sequi posse.

Porro dictam plurium sacerdotum istius dioeceseos opinionem, nullo probabili fundamento niti, erroneam esse et decreti Concilii Trid. Cap. *Tametsi* subversivam infrascripto Archiepiscopo videtur. Persuasum habet Ordinarium non posse delegare omnes sacerdotes dioeceseos ut assistere valeant quibuscumque matrimoniis sponsorum, qui in variis parochiis legitimum habent domicilium aut quasi domicilium. Insuper etiamsi ius illud illi competeret, compertum est illo conceptis verbis et ex officio nunquam usum fuisse Archiepiscopum praedecessorem.

Liceat ergo sequentia dubia proponere:

I. An facultati generali administrandi omnia sacramenta, quae ordinem episcopalem non requirunt, includatur facultas assistendi omnibus matrimoniis fidelium dioeceseos?

II. Quatenus negative, quid faciendum sit in casu ad revalidanda multa matrimonia contracta absque praesentia parochi proprii aut sacerdotis legitime delegati?

Feria IV, die 7 Septembris 1898.

In Congregatione Generali coram EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I. Negative, nisi agatar de vice-parochis, qui ex consuetudine dioecesis habitualiter delegati censeantur pro propria paroecia.

Ad II. Supplicandum SSmo pro sanatione in radice ad cautelam huiusmodi matrimoniorum usque ad diem publicationis praesentis decreti per Archiepiscopum.

Sequenti autem feria VI, die 9 eiusdem mensis Septembris in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. Not.

DUBIUM : an post Constit. Apostolicae Sedis, adhuc vigeant censurae latae in eos qui usurpant eleemosynas Terrae Sanctae, et in eos qui libros extrahunt sine permissu ex Bibliotheca, quatenus comminatae fuerint.

Feria IV. die 7. Septembris 1898.

Rmus Pro-Vicarius Generalis Utinensis humillimis porrectis litteris ad hoc Supremum Tribunal, declarari petiit an post Constitutionem Pii IX *Apostolicae Sedis,* qua censurae latae sententiae limitantur, adhuc vigeant sequentes duae censurae; scilicet:

I. Excommunicatio Summo Pontifici reservata, lata a Benedicto XIV per Const. *Emanarunt nobis* 30 Aug. 1746 et a Pio VI Constit. *Inter eetera* 31 Iulii 1778 in eos, qui pecuniarum summas ex fidelium eleemosynis collectas pro Locis Terrae Sanctae et ad eadem sacra loca spectantes apud se retinere audent vel praesumunt.

II. Excommunicatio latae sententiae nemini reservata, lata a Clemente XI per Breve diei 21 Augusti 1711 in eos, qui absque praevia venia tunc Patriarchae Aquil. nunc vero Archiepiscopi Utinen. extrahere, asportare, commodare etc. libros, quinterna, folia existentes in Bibliotheca tunc Patriarchali, nunc vero Archiepiscopali Utinensi, audent, seu praesumunt.

Porro in Congregatione Generali ab EEiîiis ac RRmis Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi ac RRmi Patres respondendum mandarunt:

Ad I. Detur Decretum fer. IV. 28 Iunii 1876. quod sie se habet: «Constitutiones Summorum Pontificum contra occupantes et detinentes eleemosynas et bona ad Loca Terrae Sanctae spectantia omnino vigere: non tamen censuras latae sententiae, nisi eas quae comprehenduntur in cap. 11 Sess. 22 de ref. Concilii Tridentini ».

Ad II. Affirmative.

Sequenti vero feria VI, die 9 eiusdem mensis Septembris in solita audientia R. P. D. Assessori impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. PP. XIII relatione, SSmus resolutionem EE. Patrum ratam habuit et confirmavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. Not.

EX S. CONG. DE PROPAGANDA FIDE

DUBIUM; quaeritur an extrema unctio et ecclesiastica sepultura dari possint addictis Societati secretae *Old Fellows,* qui morituri nullum prius emiserunt poenitentiae signum.

R. P. Dno Josepho Medardo Emard, Episcopo Campivallensi.

Mme ae Rme Domine,

In litteris diei 4 elapsi mensis Aprilis datis, Amplitudo Tua, exponens virum quemdam Secretae *Old Fellows* Societati adscriptum obiisse, quin ullum poenitentiae signum prius dederit; quaerit:

1. Utrum in similibus casibus liceat administrare Sacramentum Extremae Unctionis et caeremonias publicas peragere, uti cum aliis catholicis?

2. Quid de sepultura ecclesiastica tum quoad caeremonias in Ecclesia, tum quoad locum in coemeterio?

Porro cum Societas anglice dicta *Old Fellows* sit ex damnatis ab Apostolica Sede, cum iis qui illi sunt adscripti eadem tenenda est regula, quae pro aliis addictis sectis ab Apostolica Sede damnatis. Videlicet, Societatibus istiusmodi adscriptis, si sint notorii, neque sacramenta, neque exequias, neque ecclesiasticam sepulturam concedi posse, nisi, debita retractatione emissa, per absolutionem Deo et Ecclesiae fuerint reconciliati. Si quando vero iidem morte praeventi retractationem rite emittere non potuerint, nihilominus ante mortem signa poenitentiae et devotionis dederint, tunc poterit eis concedi sepultura ecclesiastica, vetitis tamen ecclesiasticis pompis et solemnitatibus exequiarum.

Interim vero Deum precor ut Te diu sospitem servet.

Romae, die 10 Maii 1898.

Ampi. Tuae Addictissimus Servus

M. Card. LEDOCHOWSKI, *Praef.*

L. *B* S.

A. ARCHIEP. LARISSEN. *Secret.*

LITTERAE circulares ad Italiae Ordinarios ne promoveant ad sacros Ordines exteros clericos, absque litteris testimonialibus.

Illfhe ac Revme Domine,

Cum gravia incommoda, praesertim hisce ultimis temporibus, in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis deplorari debuerint propter malam agendi rationem quorumdam Sacerdotum, qui, licet exteri et frequenter ex Polonia oriundi, in Italia ordinati fuerunt et deinde in Americam migraverunt, muniti etiam aliquando litteris commendatitiis alicuius Italiae Episcopi; SS. D. Leo PP. XIII in Audientia diei 26 Aprilis 1898 mandavit ut per hanc S. Congregationem de Propaganda Fide Italiae Ordinarii moneantur, ne ad Sacros Ordines admittant iuvenes exteros, polonos praesertim, sine authenticis litteris testimonialibus proprii Ordinarii, minusque eos commendent Episcopis Americae absque praevia praedictae S. Congregationis licentia.

Dum hanc Sanctitatis Suae voluntatem Amplitudini Tuae significo, Deum precor ut Te diutissime sospitet.

Datum Romae ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 2 Maii 1898.

Amplitudinis Tuae
Addictissimus Servus

M. CARD. LEDOCHOWSKI, *Praef.*

LITTERAE S. D. N. Leonis Xiii ad Ordinarios Americae Latinae qui Romam deligunt pro consiliis inter eosdem habendis.

Cum diuturnum recolimus Pontificatus Nostri cursum, nihil unquam praetermisisse videmur, quod ad constabiliendum in istis gentibus promovendumque Christi regnum pertineret. Rerum quidem, quas Deo opitulante adhuc vestra causa gessimus, manet apud vos memoria et gratia, Venerabiles Fratres; quorum navitati diligentiaeque illa providentiae Nostrae officia haud frustra commendavimus. — Nunc vero Nostri erga vos animi novum extare documentum volumus; id quod iamdiu Nobis in optatis fuit. Etenim ex quo tempore saecularia sollemnia agebantur quartum ob memoriam detectae Americae, sedulo cogitare coepimus, qua potissimum via communibus rationibus latini nominis, novum orbem plus dimidia parte obtinentis, prospicere possemus. Optimum autem ad eam rem fore perspeximus, si quotquot essetis ex istis civitatibus Episcopi consultum inter vos, invitati et auctoritate Nostra, convenistis. Siquidem conferendis consiliis sociandisque prudentiae fructibus, quos cuique vestrum usus rerum peperisset, apte per vos provisum iri intelligebamus, ut apud eas gentes, quas idem aut certe cognatum genus coniunctas teneret, unitas ecclesiasticae disciplinae salva consisteret, vigescerent digni catholica professione mores, atque concordibus bonorum studiis Ecclesia publice floreret. Illud etiam magnopere suadebat initum exequi consilium, quod vos sententiam rogati, huiusmodi propositum ingenti cum assensu excepissetis. — Ut autem venit perficiendae rei maturitas, optionem vobis fecimus, Venerabiles Fratres, ut eligeretis locum, ubi id habendum esse concilium videretur. Porro autem vos maximam partem significastis coituros libentius Romam, ob eam quoque causam, quod pluribus vestrum expeditior huc pateret aditus, quam propter difficillima istic itinera ad longinquam aliquam americanam urbem. Huic declarationi sententiae vestrae, quae non leve habebat indicium amoris in Apostolicam sedem, fieri non potuit, quin magna a Nobis comprobatio accederet. Quamquam moleste ferimus, qua nunc conditione sumus, ademptam Nobis facultatem unde vos, Romae dum eritis, tam liberaliter honesteque tractemus, quam velimus. Igitur sacrum Consilium Tri-

dentinis decretis interpretandis habet iam a Nobis in mandatis, ut concilium Episcoporum omnium e rebuspublicis Americae, latinae Romam convocet in annum proximum, atque opportune praescribat, quas illud ad leges dirigi oporteat.

Interea caelestium munerum auspicem, testemque benevolentiae Nostrae vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque singulis concredito Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum ipsa die natali D. N. Iesu MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

POTENTINA

CANONICATUS

Die 16 Iulii 1898.

Sess. 24 cap. 12 De refor.

COMPENDIUM FACTI. In Ecclesia Cathedrali Potentina sacerdotes divino cultui aliisque spiritualibus muneribus addicti usque ad a. 1221 incerto numero adscribebantur; at sedente Episcopo Garzia, hoc praecise tempore, numerus canonicorum *ad duodecim* constitutus fuit, quibus tamen Capellani, in numero haud determinato operam dare prosecuti sunt usque ad nostram aetatem; quamobrem ista Ecclesia recensebatur inter *recertifias non numeratas,* iuxta receptos mores in meridianis Italiae regionibus; adeo ut aliae duae Ecclesiae receptitiae non numeratae haberentur in ipsa civitate Potentina. Certo Canonicorum numero aliud additamentum comparavit, *sex* adiiciens canonicatus per proprias fundationis tabulas a. 1742 Episcopus Melendez. Inde duodeviginti Canonicis coaluit capitulum cathedrale, praeter Capellanos in Ecclesiam receptitium non numeratam adscitos.

Si non stata lege, moribus certe receptum fuit in Capitulo, ut Canonicatus non capesseret aliquis nisi antea in Capellanos cooptatus fuisset, neque fructus lucrarentur massae communis Capellani nisi antea per certum tempus *gratis* suam operam impendissent. Praeterea Canonici contendunt uno et altero adducto documento, sed in ' primis innixi consuetudini, ipsos iampridem ius exercuisse *aggregandi* clericos inter Capellanos, necnon canonicos *eligendi* inter Capellanos legitime cooptatos, facta tamen Episcopo praesentatione ut electum confirmaret. Quia per celebre Breve *Immensa,* editum auctoritate Pii VII a. 1819, Ecclesiae receptitiae in regno Neapolitano novis legibus subditae fuerunt. Canonici funditus istius vim convellere student negantes, hoc *Breve* unquam promulgatum fuisse in Ecclesia Potentina, nec non obiiciunt observantiam longi temporis omnino contrariam huiusmodi legi, quae exinde etsi extitisset, praescriptam haberent.

Infaustae leges diei 5 Augusti 1867 rerum ecclesiasticarum in regno italico eversivae Canonicos ad duodénum numerum redegerunt, sex relictis Capellanis, qui mansionariorum munere fungerentur. Sed tunc temporis quando haec lex lata fuit, sex et quadraginta Sacerdotes Ecclesiae Potentinae inscripti erant, quocirca omnes perspexerunt, longum decursum iri tempus antequam aliquis Ecclesiae Potentinae praebendam capessere posset. Inde spe deiecti nanciscendi in ordine clericali congrua sustentationis media, perpauci cives Potentini militiae clericali nomen dederunt.

Michael Padula subdiaconatus ordine initiatus a. 1886 petiit a Capitulo ut Ecclesiae addiceretur ; sed incassum, quia Capitulares obiecerunt, tot adhuc esse superstites legibus eversi vis, ut numerum superexcederent exinde constitutum.

Quia a. 1.896 octo tantum numerabantur canonici et septem capellani, (ceteri diem obierant supremum); et nihilo secius Michaelem Padula admittere in Canonicum detrectabant, Episcopus effecit ut Padula canonicus renunciare tur,

obtentis a S. Sede legitimis institutionis litteris. Capitulares ad impediendam litterarum executionem obstiterunt apud regium Administrum ne concederetur executio vulgo *exequatur.* Huiusmodi agendi rationem Capitularium Episcopus Cong. S. Officii denuncia vit, quae respondit, Canonicos excommunicationem incurrisse, absolvendi facultate eidem Episcopo impertita. At Canonici a tanta macula se purgare omnibus viribus nisi sunt, contendentes se litteris obstetisse quippe irritis et nullis ex vitio obreptionis et subreptionis.

Haec quaestio quae respicit collationem Canonicatus, duobus dubiis concepta fuit ita a procuratoribus rogatis :

I. *An sustineatur electio sacerdotis Michaelis Padula in canonicum Cathedralis Ecclesiae Potentinae in casu.*

II. *Et quatenus affirmative, an teneatur praedictus sacerdos Michael Padula eidem Ecclesiae inservire per terr,rpus a consuetudine praefinitum, antequam ad plenam redituum participationem admittatur in casu.*

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO CANONICORUM. Canonici per adlectum Procuratorem, advertunt, Presbyteri Padula preces, Capitulum nullo pacto excipere censuisse; namque, quum iam sciverat Oratorem, priusquam aggregationem petiisset, Canonicatum a Sancta Sede per Episcopum obtinuisse, ne hoc facto in discrimen revocari unquam posset ius aggregandi eidem spectans per immemorabilem consuetudinem, ab aggregatione se abstinuit.

In *merito* causae vero contendit procurator, collationem nullam esse, quia ipsa fieri debebat a Capitulo, salva tamen praesentatione et- confirmatione ex parte Rmi Episcopi; et quia ad Canonicatum nominari nequibat, qui Ecclesiae *extraneus* omnino erat, nimirum qui *praeventivam* aggregationem in Capituli clerum haud obtinuerat.

In primam quaestionis partem notat orator, in iure canonico pervulgatam et constans adesse principium, ius conferendi beneficia *non* pertinere vel ad ordinem Episcopalem,

vel ad essentialia iurisdictionis ordinariae episcopalis. In re, ita testatur SI Rota in *Decisione 15 n. 5p. 3 recent,* ibi: « Conferre beneficia *non* est ordinis, sed iurisdictionis ; quo fit, ut etiam hi, qui nullum ordinem habent, conferre quandoquidem possint ». Collationem esse iuris concessionem, ita docet *Laurenius,* ibi : « Quis sit et dicatur collator ordinarius ? Respondeo : illum, qui iure proprio beneficia confert, tametsi iurisdictionem nullam habeat ; et sive hanc potestatem conferendi habeat a iure, sive ex praescriptione, consuetudine, privilegio ».

Addit orator *Rigantii* doctrinam, ibi : « Sive auctoritates, sive exempla, sive rationum momenta expendantur, affirmari debet beneficiorum collationem *nihil* commune habere cum iurisdictione. Hanc enim opinionem tenuere Ioannis Andreas, Pavinus..., Rebuflus *(in praxi tit. de devolutione, n. 89),* ibi : « *Conferre non est iurisdictionis episcopalis, sed est cuiusdam facultatis extrinsecae* (Lotterius *1, 1, quaest. 21, n. 34)* et latissime *1, 2, q. 2, n. 5 et sequent.* Fermosinus *(de capitulo sede vacante quaest. 23, n. 7),* Solerius *(in addit, ad pastor, de benef. 1, 3 tit. final., leti. D).* Idque melius ab exemplis comprobatur. Episcopus, resignans ecclesiam, administrat pertinentia ad iurisdictionem, donec adveniat successor, et tamen beneficia minime confert. Concessa generali iurisdictione vicario non censetur concessum ius conferendi, utpote quia istud non venit sub generali dispositione, nisi specifice exprimatur. Cautum est in iure, quod capitulum, sede vacante, succedit in univesali iurisdictione episcopali : et tamen nusquam invenitur cautum in iure, quod capitulum, vacante sede, fungatur vice episcopi in collationibus praebendarum. Et demum videmus quod cardinalibus elargitur Summus Pontifex rmiversalem iurisdictionem in suis Titulis, et tamen illi beneficia conferre non possunt, nisi specialiter Papa id concedat. Et praemissorum ea est ratio, quod ex nullo canone demonstrari potest, quod episcopo ius conferendi competat iure magistratus. Nec omnia quae competunt episcopo, competunt iure magistratus

(Lotterius *q. 2, p. 2)* quem omnium optime fuisse in hae materia locutum dicit Solier his verbis : *Collatio beneficiorum non spectat ad iurisdictionem, cum non competat episcopo iure magistratus, sed speciali legis concessione citra imperium ac iurisdictionem ».*

Ex allegatis auctoritatibus orator opinatur, planam esse regulam, quod collatio canonicatuum et dignitatum in ecclesiis *cathedralibus* pertinet ad *simultaneam* episcopi et capituli collationem (cap. *Postulatis* de concess. praebend.) Et communiter glossa et canonistae in cap. *Cum Ecclesia Vulterrana,* de elect. Quae regula, ait patronus, adeo est rationi consentanea, ut nihil magis; namque propter illam unionem, quae intercedit et intercedere debet inter Episcopum, tamquam caput, et canonicos suae cathedralis, tamquam membra, congruum est, ut, nonnisi de communi consensu eorumdem membrorum, electio fiat, ne personae, episcopo aut capitulo invisae, in canonicos assumantur, ut bene observant Gonzalez *(ad reg. 8. Cancell. Glos. 45 ad 46)* et Lotterius *(de beneficiis I, 11, cap. 21, n. 135).*

Urget orator, fortius argumentum desumi ex contraria *consuetudine* favore capituli *privativa* iuris conferendi canonicatus, quae, ultra quod irrationabilis haud est, originem duxit ex natura mere *receptitia* Cathedralis Potentinae, publicoque instrumento anni 1314 solemniter canonizata.

Arbitratur procurator, consuetudinem hanc privativam in capitulo *non esse irrationabilem,* quippe Rota *in Décision. 635, n. 4, part. 18 recent,* docuit beneficia et praebendas Cathedralium ecclesiarum *non* esse de iure communi liberae collationis Episcopi, ubi citatur Gonzalez *glossa 45, n. 35;* in altera vero *Decis. 244 recent.* 4 Iunii 1670, ita tenuit, ibi : « Licet per dispositionem iuris communis inter doctores non amplius controversum tale ius conferendi *simultaneum* statuatur inter episcopum et capitulum, prout saepe decisum est a Rota *(ut in décision. 22, 56, 980, et 95)* attamen hoc *non* procedit, quoties in Capitulo *viget*

consuetudo, quod capitulum soleat canonicatus et dignitates, irrequisito Episcopo, conferre ». Similiter habetur in *d. 121, part. 19 recent.,* ibi : « Quamvis enim de iure collatio canonicatuum in Cathedrali *simultanee* spectare praesumatur ad Episcopum et capitulum (ut per glossam communiter receptum in cap. *Cum Ecclesia Vulterrana* de elect. Rota *decis. 124, n. 1, p. 3 recent,), consuetudo* tamen *in contrariatili attendi debet:* videlicet, quod ad solum Episcopum sine capituli interventu, vel *e converso* ad solum Capitulum *privative,* quoad ipsum Episcopum, collatio pertineat. Quam consuetudinem *non esse irrationabilem* dicit glossa in *caput ultimam* et notat Barbosa *de potest, episc, alleg. 127, n. 9 et 10.*

Dein advertit, quod isthaec consuetudo mirifice congruit naturae Ecclesiae Cathedralis Potentinae, etenim in ecclesiis *receptitiis* electio spectat participantibus, ulla absque ingerentia aut dependentia ab Episcopo, utpote quia ipsis participantibus competit ius administrandi bona de massa communi, et redituum distributionem conferendi. Siquidem quin imo *receptitiae* Ecclesiae naturae valde repugnaret, instat orator, si contrariam consuetudinem viguisse probaretur, eo quia, nonnisi *ex abusu,* privativum in episcopo ius conferendi canonicatus concipi valet. Eo magis vero, quando in propatulo sit canonicatus existentes in aliqua Ecclesia, et praesertim Cathedrali, de reditibus tantum ipsius Ecclesiae, et non vel mensae Episcopalis, vel de communibus constitutos fuisse et esse, quemadmodum apertissime patet ex ipsamet Bulla Episcopi Melendez super erectione sex novorum Canonicatuum, quorum praebendae, ulla absque modificatione, in *consuetis* participationibus unicuique ex electis vel eligendis spectantibus, fundari placuit.

Ad alteram conditionem orator deveniens quae in eo consistit, nempe qui de Ecclesiae gremio non sit, ad canonicatum eligi nequeat nec debeat, ait, id mirifice comprobari tum ex quodam instrumento anni 1314, in quo de vetustissima coneuetudine, hoc desuper puncto, testimonium

perhibetur, tum etiam ex observantia usque ad praesens in honorem habita. Ita in primo perlegere datum est, ibi: « Considerans (Episcopus) quod Canonicorum multitudo est et fuit Ecclesiis onerosa et multoties confusionem inducit; attendens etiam quod facultates dictae Ecclesiae, propter earum exiguitatem, canonicorum multitudini minime suppetebat; advertens etiam quod duodenarius numerus, in sacra Scriptura tam novo quam veteri testamento saepe approbatur, instituit et etiam ordinavit certum et ordinatum numerum canonicorum, unde duodénum in praedicta Ecclesia Potentina ex tunc in antea in perpetuum observandum in Ecclesia supradicta, de quibus duodecim canonicis aliquo cedente vel decedente, reliqui canonici aliquem clericum eligere debeant ipsumque electum Episcopo qui pro tempore fuerit, praesentare et ab ipso canonicum confirmandum ».

Cuiusmodi institutioni vel conventioni tantum roboris adiicere voluerunt partes contrahentes, urget orator, ut pro maiori cautela non modo exquisita fuit approbatio Archiepiscopi Archerontini Metropolitae, verum etiam, solemni iuramento et poena excommunicationis ipso facto incurre ndae confirmata est. « Iuravimus nihilominus (sic in eo habetur) Nos et praedicti canonici duodecim, qui nunc sunt in nostra Ecclesia supradicta duodenarium numerum canonicorum manutenere, defendere ac in perpetuum inviolabiliter observare, obligantes Nos et Successores nostros ad poenam unciarum auri centum Rev. Camerae si contra praedicta vel etiam aliquod venire de iure vel de facto, quam poenam praedictus Notarius extitit a Nobis pro parte dictae Reverendae Camerae, in cuius rei testimonium et memoriam perpetuam et tam praedicti Domini Episcopi, quam praedictorum canonicorum cautelam praesens publicum instrumentum de praedicta institutione etc. ». Quia ab institutione depromitur canonicos eligendos fore a clericis Ecclesiae aggregatis, notat orator praeventivam aggregationem adeo esse necessariam ad canonicatum obtinendum, ut ea,

quacumque de causa, deficiente, ad canonicatum electio pro nulla atque invalida haberi profecto debeat.

Ex adductis documentis, ait patronus, constare aggregationes a capitulo semper ad annum usque 1869 facta fuisse, quare ipsemet Sacerdos Padula id testatur in supplici libello ad capitulum inquiens : « Il sottoscritto, in ossequio alle consuetudini di questa chiesa ricettizia Cattedrale di Potenza si pregia far istanza presso le S. L., acciocché abbiano la degnazione di aggremiarlo nel clero capitolare della medesima ».

Neque ad consuetudinem penitus labefactandam, iuxta oratorem, obiici valet Breve *Impensa* anni 1819. Etenim illud in Potentina Dioecesi nec promulgatum fuit, nec in posterum promulgari potest quia, cum pateat ex *circularibus,* eo tempore a Gubernio transmissis, promulgationem praecedere debere, ex parte Episcopi, quod dicitur *Planum,* consequitur, hoc usque ad praesens deficiente, antiquum Ecclesiae regimen minime innovatum fuisse.

Praeterea notat procurator, Breve *Impenso,* nullatenus invocari posse, quia non agitur de simplici aggregatione, sed e contra de electione ad canonicatum, idest ad portiones maiores in Ecclesiis Cathedralibus aut Collegiatis, quae, non obstante supradicti Brevis promulgatione, declaratum fuit earumdem institutionis naturam sequi prorsus debere nisi a Plano modificationem recepissent. Ita perlegitur in declaratoria Ministeriali 13 Martii 1830.

Dato etiam, urget patronus, sed non concesso posse Brevis *Impensa* dispositiones invocari, in casu animadvertit tamen ob quamplurimas aggregationes a Capitulo factas ab anno saltem 1819 usque ad annum 1869 legitimam sui favore praescriptionem inductam fuisse. Quae consuetudo, notat advocatus, facilius probatur *rationabilis* quum agatur de Ecclesia mere receptitia, cui neque ex privilegio vel aliqua tantum consuetudine, sed natura sua ius aggregandi exclusive competit.

Ceterum, inquit patronus, sane nihil officit si aggrega-

tio, potiusquam ab Episcopo, facta sit a Capitulo. Ut igitur, instat procurator, hoc inveteratum ius, seu consuetudo, aggregandi in Capitulo ad nihilum redigi valeat, necesse foret demonstrare per desuetudinem prorsus defecisse, utpote quia Episcopus, tempore a lege praefinito, libere et privative hoc ius exercuit. Attamen cum in facto sit ab anno 1819 usque in praesentiarum, nullam ab Episcopo aggregationem factam fuisse, deducit orator contrariam et vetustissimam consuetudinem favore Capituli remansisse et adhuc remanere. Verum autem profecto mirandum, si post annum 1869 novae aggregationes non recensentur; namque vel elanguescenti religionis spiritui, vel redituum exiguitati vel tandem deplorabili Seminarii conditioni tribuendum est.

Quoad secundum dubium refert orator nihil magis exploratum in facto esse, quam omnes qui in Capituli clerum cooptati fuere et cooptantur Ecclesiae Cathedrali inservire teneantur per tempus a consuetudine praefinitum, idest per novem aut saltem sex annos, antequam ad plenam redituum participationem admittantur.

Et hoc probatur per particulam excerptam ab antiquissimo Summario in causa, quae, anteacto saeculo, locum habuit inter ipsos Canonicos eiusdem Ecclesiae cor. S. Congregatione Episcoporum et Regularium.

Quod confirmatur ex variis attestationibus in illo iudicio formiter praestitis a quibusdam Canonicis eiusdem Ecclesiae Cathedralis. Et revera, inter alios, interrogatus canonicus Nicolò Benincasa a Vicario Capitulari Delegato Apostolico, quomodo admittantur ad participandum de fructibus Mensae Capitularis, tam Dignitates, Canonici, quam Presbyteri participantes? Respondit: per antiquam consuetudinem, presbyteri ut integra parte fruantur, novem per annos inservire debent Ecclesiae.

Ex sententia tamen in hoc iudicio prolata die 5 Iulii 1720, resultat tempus servitii Ecclesiae praestandi, antequam ad participationem Massae Capitularis, ut dicitur Cartae et Partis, recognitum vel limitatum fuisse ad sex

annos. In ea namque perlegitur: « Dicimus, decernimus, declaramus, pronuntiamus et definitive sententiamus Statuta et Constitutiones dictae Ecclesiae Cathedralis super dicto servitio annorum sex praestando per quemlibet novum Canonicum, sive Dignitatem, antequam admittatur ad participationem dictae Massae Capitularis, ut dicitur Cartae et Partis eiusdem Cathedralis, in omnibus et singulis illorum partibus et Capitibus observanda et exequenda fore et esse prout illa in omnibus observare et exequi mandamus, et pro observatis et exequutis haberi volumus et mandamus ». Et quoniam reus conventus canonicus Borsa participationem Massae Capitularis, vigore praetensae gratiosae admissionis per ipsum reportatae in Capitulo Generali 20 Decembris praecedentis anni 1719, consequutus iam fuerat, praefata sententia uti nullius roboris, efficaciae et subsistentiae illam declaravit, et pro non facta haberi voluit et mandavit, perpetuumque silentium super praemissis dicto Gerardo Antonio canonico Borsa imposuit atque in expensis condemnavit.

Sive vero tempus servitii ad *sex,* sive ad *novem annos* aestimetur, argumentatur advocatus, necessitatem praestandi servitii in dubium haud revocari posse, praecipue ex quodam rescripto a S. Poenitentiaria 11 Augusti 1873 hac de re lato, quum nempe exorta controversia de tempore servitii praestandi ad tribunal laicum fuisset periata cum spretu censurae ecclesiasticae, S. Poenitentiaria haec decrevit : « Sacra Poenitentiaria de speciali et expressa Apostolica Auctoritate Venerabili in Christo Patri Episcopo Potentino facultatem communicat, attentis expositis, omnes et singulos in praemissis culpabiles sive per se, sive per aliam et idoneam ecclesiasticam Personam ab eo ad hoc specialiter deputandam, a censuris et poenis ecclesiasticis ob praemissa quomodolibet incursis Apostolica auctoritate absolvendi. Et cum eisdem super irregularitate, ex violatione dictarum censurarum quovis modo contracta, eadem Apostolica auctoritate misericorditer dispensandi. Iniuncta illis respective congrua poenitentia salutari cum reparatione scandali ac

declaratione, sententiam a Iudicibus laicis super causa ecclesiastica latam esse nullam ac omnino irritam, *Eosque teneri redire ad statum, in quo ante litem res erant, et stare sententiae a competenti Auctoritate ecclesiastica ferendae,* vel *compositioni* ab Episcopo proponendae, quatenus opus sit a Sancta Sede approbandae ».

DEFENSIO CANONICI PADULA. EX adverso Sacerdos Padula animadvertit in hac* quaestione inhaerendum esse praescriptioni Brevis *Impensa,* quod pro Ecclesiis receptitiis iussit: ut in posterum (nempe ab a. 1819) ad portiones suscipiendas in Ecclesiis Receptitiis illi tantum admittantur Sacerdotes et Clerici, qui Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis, aut Ordinariis locorum pietate, ac doctrina commendatiores fuerint inventi etc. ».

Et initio *Brevis* dictum fuerat: « ad procuranda quae in minorum etiam Ecclesiarum utilitatem, feliciusque regimen noverimus redundare.... normam aliquam necessario praescribendam esse, qua, omni personarum acceptione sublata, receptitiis id genus Ecclesiis tales presbyteri aggregentur etc. ». Advertit Padula has praescriptiones munitas fuisse clausulis derogatoriis cuiusque legis aut consuetudinis etsi iuratae.

Exinde conditio aggregationis in clerum cuiuscumque Ecclesiae receptitiae est, ut haec fiat ab auctoritate Episcopi. Neque iuvaret contrariam obiectam consuetudinem probare, contendit Sacerdos Padula, quia haec dicenda esset iuris corruptela seu fons abusuum, quos auferre studuit Breve *Impensa* .

Incassum vero a Canonicis allegari et contrariam consuetudinem, et ipsum *defectum* promulgationis Brevis, probare contendit adversarius, referens in Synodo dioecesana habita a. 1834, canonicos subscripsisse huic textui *Sess. III, cap. 3, pag. 111;* nempe: « Quum ad normam Brevis *Impensa,* ac Regalium Instructionum Generalium (ex 18 Novembris 1822), consulta Episcoporum Commissione, decisum fuerit, Cleros Receptitios Cathedralium aut Collegiata-

rum per Concursum providendos esse (ex 13 Martii 1830) volumus, atque mandamus ad amussim observari, libera tamen remanente aggregatione, electione, et praesentatione si quas habeant, tum in nostra Cathedrali, tum in Ecclesiis Collegiatis. Aliter in posterum provisi, ut non Participantes habeantur ».

Notat vero Sacerdos sedulo advertenda esse verba : « Libera tamen remanente aggregatione, electione et praesentatione *si quas habeant ».*

Recolit Sacerdos ex actis Synodalibus evinci in Ecclesiis receptitiis inductam fuisse legem concursus; et hinc has Ecclesias fuisse habitas in posterum uti numeratas, cuius certae portiones per unum inter concurrentes obtinebantur, non vero ab omnibus uti antea. Quod cavetur in *Instructionibus* editis pro exequendo Brevi *Impensa.*

In factum consuetudinis advertit orator, quod si per actus aggregationis praescriptum fuit Breve *Impensa;* quia ab a. 1864 nullae aliae aggregationes factae sunt usque ad nostros dies, dicendum est, ius aggregandi in desuetudinem abiisse et iterum vigere coepisse Breve *Impensa.*

In themate autem, nullum exquiri debuisse concursum, ait contradictor; siquidem agebatur de clerico Sacerdotio iam aucto et de capessenda portione maiore: quod firmatur per Commissionem Episcoporum, Praeside Nuntio Apostolico, a. 1829.

Ex dictis contradictor arbitratur, supervacaneum esse inquirere an collationi praecedere deberet aggregatio. Nam cum aggregatio competat Episcopo, haec confunditur cum ipsa collatione. Praeterea aggregandi ius exercebatur quoad clerum receptitium non >numeratum, minime vero quoad canonicatus, qui usque distincti fuerunt a Capellanis, nempe a clero receptitio non numerato.

Quoad onus praestandi, per aliquod tempus, *gratuitum* Ecclesiae servitium, haec habet Orator: iustum esse nequit quod legi opponitur. Sed post Breve *Impensa* servitium omne

statutarium et gratuitum abolitum est, iuxta sententiam Commissionis Episcoporum.

Quod si etiam admitti velit consuetudo inserviendi gratis per plures annos, id iam fecit Sacerdos Padula per 10 annos favore Ecclesiae Potentinae.

Ex documentis quae in Fasciculo actorum habentur, Michael Padula, qui hodie munere fungitur Cancellarii Episcopalis, magnis laudibus extollitur ob sollicitudinem quam ab inito Sacerdotio impendit assiduam in salutem animarum; et haec testimonia vera esse asserit Episcopus eumdem Sacerdotem vehementer commendans.

Quia vero in themate cum primis agitur de ratione agendi Episcopi qui beneficium contulit, peropportunum est cognoscere argumenta quae ipse explicavit rescribens Magistratui civili ad curandam expeditam collationis executionem adversus contradictores canonicos, Litterae datae Potentiae 5 Nov. 1896 sunt sequentis tenoris:

« Nel riscontrare la controsegnata nota inviatami dalla Signoria Vostra Illma, mi pregio di rassegnarle alcune riflessioni, che meglio si porgono a sostenere la nomina del sacerdote *Padula Michele* a canonico della Cattedrale Potentina.

» Per debito imperioso di lealtà mi permetto considerar detta nomina nel suo triplice rapporto che ha: I° col dritto comune : 2° col dritto speciale delle antiche ricettizie : 3° con le presenti condizioni di dritto e di fatto della Cattedrale di Potenza.

» I°. I canonicati tutti di questa Chiesa, che certamente non sono di dritto patronato, non possono ritenersi, nè veramente sono di altra natura che di libera collazione, o del Vescovo, o della S. Sede: quando per devoluzione, quando per altro qualsivoglia titolo: ed io come in passato, così ancor questa volta liberamente e con piena coscienza di esercitare il mio dritto ho provveduto questa Chiesa di un altro canonico in persona del Sac. Michele Padula.

» Invano mi si opporrebbe che non essendo questi compreso fra gli aggregati al Clero della Cattedrale non possa il Vescovo designarlo al Canonicato senza esorbitare dalle sue attribuzioni ; dappoiché non esiste veruna legge, per quanto mi sappia, che abbia pensato di restringere il dritto di nomina, che hanno gli Ordinarii locali, in tanto angusti confini. Nè sono io stato il primo ad usare di cotal dritto, di cui già molto prima di me usarono chiarissimi predecessori, senza contestazione di sorta; comunque nelle trapassate età tu tt'altro che scarso, com'è oggi, sia stato il numero de' cappellani promovibili al canonicato. Infatti nel 1825 D. Giuseppe Antonio Giambroconio, non aggregato alla Cattedrale, fu dal Vescovo Monsignor Marolda promosso a Can°. Teologo della medesima Cattedrale ; vi precedette, come per legge, un esame per concorso, ma ciò non esclude il concetto della *libera collazione.* Lo stesso accadde all' Arciprete De Caniis, trasferito per volontà del Vescovo dalla Chiesa della Trinità a quella della Cattedrale. Altrettanto si avverò dell'Arcidiacono Penna, assunto dal Clero della Chiesa di S. Michele. E così non saprei dire di quanti altri. Ed i documenti inacciaccabili, luminosi, senza replica dormono tranquilli negl' inediti manoscritti delle tre Chiese. E si vuol mettere ora in discussione la canonicità della nomina del Sac. Padula? Il quale, per giunta, è semplice sacerdote da ben dieci anni, privo affatto di alcun benefizio, a differenza di tutti gli altri preti concittadini che dei beni della Chiesa godettero dal bel principio del loro presbiterato ; ed al quale (si noti beni) non rivolsi il mio invito se non dopo F ignobile rifiuto oppostomi da due fra gli aggregati, o cappellani esistenti in Cattedrale. Oh! mi si die forse il mandato di chiudere io questa Chiesa, col non surrogare più mai alcun dei vivi ai tanti che muoiono ?

» 2°. Ma il più lambiccato argomento dei facili contraddittori emerge, se non m'inganno, dalla qualità di Chiesa ricettizia, che forma il vanto di origine di questa Cattedrale : ed è proprio su questo rischioso terreno che amano

essi guardare ed indurre altri ad esaminare e risolvere il caso in parola. Nè anche però sotto tal punto di vista mi sembra che sia combattibile giuridicamente la nomina del nuovo Canonico, abbenchè non aggregato anzitempo al Capitolo Cattedrale.

» Potrei qui, per tutta giustifica della mia condotta, avvertire che, dopo la Legge del 15 Agosto 1867 con cui rimanevano soppresse tutte le Chiese ricettizie del regno, dovendosi questa Chiesa Cattedrale riguardar come soppressa ed estinta nell' antica sua qualità di recettizia, non può far valere più avanti alcun dritto da quello infuori di Chiesa Cattedrale e nient'altro. Potrei qui ricordarmi che gli statuti organici di tutte le Chiese ricettizie furono già aboliti col Decreto 17 febbraio 1871, Sez. Civ., 14 Giug.^ 1888. La Corte Suprema di Roma, anno XIII, pag. 351. Per la qual cosa niuno potrà da senno opinare che sia censurabile presso il Real Governo una nomina canonicale eseguita piuttosto secondo le disposizioni del Dritto Canonico conservate dalle Leggi Civili del Regno che a norma di regolamenti aboliti e disfatti.

» Potrei da ultimo osservare che ogni sacerdote, pel fatto solo della Sacra Ordinazione va di pieno dritto incardinato alla sua Chiesa di origine, quando ad altra Chiesa non avesse ragione di appartenere : quindi è per ciò stesso aggregato, od aggregabile al rispettivo suo Clero. Conc. Trid. Sess. XXIII, de Refor. passim.

» Lasciando però in disparte siffatte considerazioni, prego la S. V. Illma di riflettere solamente che la nomina del Padula è fatta nè più nè meno che in conformità delle antiche Leggi, o Statuti, o consuetudini, onde governar si possa una Chiesa ricettizia, fino al punto che sieno compatibili colle mutate circostanze di tempi e di cose, per effetto delle Leggi Civili in vigore, da cui non può a chiusi occhi prescindere la giurisprudenza ecclesiastica, sopra tutto in materia beneficiaria.

» E risaputo, infatti, che in virtù del famoso Breve

Apostolico *Impensa* di Papa Pio VII, 13 Agosto 1819, provocato da Re Ferdinando I pel buon governo delle Chiese dell' ex Reame di Napoli, ed in forza delle istruzioni della Commissione dei Vescovi debitamente approvate dal Re nel 18 Novembre 1822, non si poteva alla partecipazione stabilita nelle Chiese ricettizie aggregare alcun Chierico o Sacerdote, se non dopo 1' *Autorizazzione* del rispettivo Ordinario Diocesano (Salzano, Dritto Can. vol. II Lez. XXV). Tanto che non poteva dirsi *aggregato* chi ottenuto non avesse la competente approvazione del Vescovo, e per contrario non poteva dall' *aggregazione* essere escluso chi dal Vescovo ne fosse stato debitamente stimato degno.

» Che cosa, ora, si riscontra nel caso nostro? Si riscontra non un semplice atto di nomina dell' Ordinario locale, sivvero una Bolla emanata dalla Suprema Autorità della S. Sede; e neppur questo dovrà bastare, perchè il nominato canonico sia di tratto aggregato al Capitolo ?

» Vero è che nella Chiesa Potentina ogni nuova aggregazione avveniva non altrimenti che per voto unanime del Corpo Capitolare ; ma, a prescindere dal tacito consenso del Vescovo, che mancar non po tea, come ad evidenza sarà provato qui appresso, il citato procedimento ebbe luogo pei Cappellani soltanto, non già pei Canonici, come risulta dai menzionati casi di Giambrocono, Penna e De Caniis.

3°. Ad ogni modo, perchè meglio vi paiano i non innocenti paralogismi, di cui va zoppicante la logica dei contradittori, chiedo venia alla S. V. Illma di muovere qui a me stesso una dimanda semplicissima. È o non è, dico io, ricettizia la Chiesa Cattedrale di Potenza? E sino a qual punto potrebbe essere oggi compatibile la qualità di ricettizia con quella di Cattedrale?

» Quanto a me, che non sono avaro di prudenziali concessioni, riandando il decreto del 17 Febbraio 1871 col quale pur richiamandosi in vigore il dispaccio del 26 Ag. 1797 fatto per le provincie Napoletane non fu intesa però la tacita e totale abrogazione del Breve *Impensa,* reso esecutivo

nelle stesse provincie (Sez. Civ. 1 Maggio 1891, La Corte Suprema di Roma, anno XVI, Parte 1, Pagina 134); concedo pienamente che abbiasi a riguardar tuttavia qual Ricettizia la nostra Chiesa. Ma può dirsi ancor oggi Ricettizia *innumerata,* o più esattamente, ricettizia *numerata!*

» Sostenere che la Cattedrale Potentina sia pur oggi una Chiesa ricettizia *innumerata,* sarebbe, a dir poco, una scempiaggine intollerabile nel *dritto* e nel *fatto.*

» *Nel fatto:* e si vuol dare per innumerato il Clero della Cattedrale, quando in seguito alla decretata soppressione del 1867 non si compiacque ammettere mai più nessuno al di là del numero legale, malgrado fosse sol uno il sacerdote concittadino, cioè Michele Padula, la cui turbatrice dimanda di *aggregazione* presentata dieci anni fa al Capo del Capitolo fu messa inesorabilmente al dimenticatoio:

« *Nel dritto:* e non havvi dubbio che per legge Civile ogni Clero di Cattedrale, fra Canonici e Cappellani, debba non oltrepassare il numero dei *diciotto.* Che anzi, per legge di Chiesa eziandio, un numero senza numero è recisamente vietato, giusta il ripetuto Breve *Impensa,* che ad una colle sovrane istruzioni, formò la regola suprema delle Chiese del Napoletano. Fuvvi, non niego, in questa Città una *Prassi* contraria a quel Breve ; ma reputo sufficiente per ora il ricordare che niuno può farsi bello di una *Prassi,* fosse pur lunga o secolare, ove pria non se ne fosse dimostrata la innocua santità del *dritto,* il che per nessun verso fu fatto da chicchessia; che anzi, ove la tortuosità del dritto abusato fosse dimostrato in teoria, la *Prassi* che ha camminato su questi sentieri tortuosi, non diventa sovente che la sua satira e la sua condanna.

» Del resto la numerica riduzione dei Cleri ricettizii per una via o per *Y* altra si è finalmente ottenuta ? Ebbene la Chiesa non fa che approvarla in cuor suo, traendone quell' inestimabile vantaggio, che Ella medesima si prefìsse da tempo, ed accesamente bramò.

» Ora, se per le Chiese anche *innumerate,* fu prescritto

r intervento dell' Autorità Episcopale, allo scopo di aggregarvi legalmente un nuovo Chierico o Sacerdote, quanto più necessario non deve reputarsi cotesto intervento per la aggregazione delle Chiese numerate? Far mostra, infatti, della propria autorità in aggregar senza numero preti ad una ricettizia, era pel Vescovo un lusso, vorrei quasi dire, inopportuno di giurisdizione, cui per amor di pace potea forse impunemente rinunziare ; dal perchè, non trattandosi di scegliere 1' uno piuttosto che 1' altro, bastava fossero chierici promossi tutti ai sacri ordini per essere tutti egualmente aggregati, senza tema che la giustizia ne risentisse. .Determinato, invece, una buona volta per legge il numero dei ricettizi, non più superfluo, ma necessario ed imprescindibile si appalesa Y intervento dell' Ordinario, specialmente ove trattasi di Cattedrale : in contrario, a pronunziarsi circa i più o meno degni soggetti capitolari, non il Vescovo si sarebbe chiamato, ma il Clero a dispetto del Vescovo; il che verrebbe di certo a scompaginare da capo a fondo tutto T ordine gerarchico, per dar luogo alla più scandalosa anarchia.

» Il perchè, a norma del più volte citato Breve e delle rispettive Istruzioni, doveva 1' Ordinario eleggere quelli che in sua coscienza ed integrità conosceva più degni, e doveva pur esso metterli senz' altro nel possesso del dritto di conseguire la stabilita proporzione ; *restando del tutto abolito ogni servizio Statutario e meramente gratuito* (Ministeriale 13 Marzo 1830), e restando anche interdetto F uso di interporre appello al Metropolitano da siffatte deliberazioni dell' Ordinario.

» E tanto basti a provare come legittima si rappresenti la nomina del Sacerdote Padula, sia per Dritto comune, sia per Dritto speciale delle antiche ricettizie, sia anche per le attuali condizioni di fatto e di dritto in cui versa la Cattedrale Potentina ».

Quia Episcopus in initio litterarum invocat *ius devolutionis* ad conferenda beneficia iuvat explicare vim huius ti-

tuli : Reiífenstuel *De Praebendis et Dignitatibus, n. 158,* ait : « *Ecclesiae Cathedrales et Regulares ultra tres menses vacare seu Praelato carere non debent: alia vero beneficia inferiora ultra sex menses a die notae vacationis computandos conferenda sunt iuxta Concilium Lateranense, relatum in C.* Nulla - *de concessione praebendarum. Et hinc fit quod si ordinarii Electores vel Collatores aliquem intra praefatum tempus eligere aut ei beneficium vacans conferre negligant seu eligant et conferant illud indigno : ad evitandam damnificationem Ecclesiarum ex diuturniori vacatura impendentem, simulque castigandam negligentiam Electorum seu Collatorum ordinariorum, ius eligendi seu conferendi beneficium regulariter devolvitur* ad proximum superiorem, v. g. ad Episcopum, qui habebit aliud trimestre vel semestre : et Episcopo etiam negligente intra tale tempus conferre, devolvetur ius eligendi vel conferendi ad Archiepiscopum ; et ab hoc ad Patriarcham, cui subest et tandem gradatim ad Summum Pontificem etc. ». Haec iuris positivi praescriptio clarissima est et pacifica apud omnes canonistas.

Praeterea in Actis adest attestatio Petri Corleone Sacerdotis qui asserit a. 1895, ipsum petiisse aggregationem Ecclesiae Cathedralis Potentinae, sed Capitulum eius petitioni non annuisse.

Demum per actum rogatum a publico Notario die 31 Ianuarii 1898 tercentum viginti tres *testes (323)* hanc ediderant attestationem; quod nempe Michael Padula reiectus fuerit eadem de causa a Capitulo, etsi saepe petierit aggregationem Ecclesiae Cathedrali.

Hisce, aliisque praenotatis, supposita fuerunt diluenda

Dubia

I. *An sustineatur electio sacerdotis Michaelis Padula in canonicum Cathedralis Ecclesiae Potentinae in casu.*

Et quatenus affirmative :

II. *An teneatur praedictus sacerdos Michael Padula*

eidem Ecclesiae inservire per tempus a consuetudine praefinitum, antequam ad plenam redituum participationem admittatur in casu.

RESOLUTIO. Sacra O. O. re disceptata sub die 16 Iulii 1898, censuit respondere: Ad I. *Affirmative;* ad II. *Negatwe.*

VARSAVIEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII

Die 18 Iunii 1898.

Sess. 24, cap. 5, De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Ioseph, servitio viae ferreae addictus, et Casimira ambo Pragae dioecesis Varsaviensis domicilium habentes, die 16 Novembris 1889, in aetate tum ille constitutus annorum 30, haec vero annorum 16, matrimonium inter se rite inierunt.

At huic matrimonio miserrimus cito secutus est exitus; siquidem coniuges in communi consortio felices non fuerunt, cuius rei causam sponsus potissimum repetit ex impossibilitate, quae contigit, matrimonium consummandi. Nam, uti fertur, mulier inexplicabilem aversionem usque ab initio in virum ostendit atque debitum coniugale semper denegavit; imo quoties a marito minis compulsa, concumbere paratam sese praeberet, continuo incidebat « in spasmata, tremorem neuropathicum, ac demum obrigescentiam universi corporis, adeo ut animam agere videretur ».

Hac de causa vita coniugalis omnino impos sibis evasit; unde vir post quatuor annos mutuae cohabitationis mulierem ad parentes redire iussit, ac supplicem libellum Episcopo Varsaviensi misit expostulans, ut suum matrimonium a Summo Pontifice utpote inconsummatum solveretur.

Ordinarius Varsaviensis primum coniuges, uti par erat, ad reconciliationem adducere conatus est ; at conatibus in vanum cessis, vigore indulti sibi a S. Sede concessi ad quin-

quennium, processum instituit. Coniuges excussit, nec non utriusque septimae manus testes, qui unanimiter circa honestatem religionemque viri ac mulieris testati sunt. — Peracta subinde est corporalis mulieris inspectio per tres obstetrices, matrona adstante et exquisitum fuit duorum medicorum votum : omnesque absque oscitantia de integritate corporis inconsummationeque matrimonii sententiam tulerunt. Etiam vir physico experimento fuit submissus et tres periti medici censuerunt ipsum debito coniugali parem prorsus esse.

Disceptatio Synoptica

VOTUM CANONISTAE. Processus, nitide et eleganter transcriptas, ad iuris tramitem quoad omnia confectus est. Ideo immerito heic evocaretur antiqua suspicio, qua olim Poloni onerabantur propter fraudes et abusus, de quibus alte conqueritur Bened. XIV in constit. *Nimiam licentiam.* Porro ex actis processualibus manifeste deducitur I° matrimonium non fuisse consummatum ; **2°** extare causas ad dispensandum sufficientes : nec, praeter duo ista, aliud in themate desideratur.

Primum quaestionis caput evincitur, prout iura et praxis ferunt, iurata depositione partium, iurato septimae manus testimonio et inspectione corporum : quia vero physica argumenta, etsi adminiculi dumtaxat rationem habeant, assensum prae moralibus cogere solent, a corporali specimine ordimur. Hoc argumentum nititur potissimum hymenis integritate. « Matrimonium, ait Gasparri, habendum est ut ratum tantum si hymen, qui vaginam claudit, est intactus... Proinde iure merito iurisprudentia S. **C. C.** retinet matrimonium, hymene integro, non esse consummatum..» *(Tract, can. De matr. 11, 1065):* roboratur autem aliis virginitatis notis, quae in puellae incontaminatae singulis fere membris inveniuntur. (Gaspar. *Tract, prat. med. leg. cap. 11, § 1;* Devergie *Medie, leg. c. III, q. 9).*

Atqui Casimirae inspectio haec omnia prodidit.

Qua in inspectione ad unguem servata est instr. S. C. C. an. 1840. Non enim obest, quod in actis legitur, mulierem inter balneum doloribus correptam, consulentibus medicis et iudice annuente, post dimidiam horam e labro exisse ; nam tempus trium horae quadrantium, ut patet ex inst. S. O. sine data, non ita est necessarium, ut nullo in casu liceat illud imminuere.

Itaque Casimiram inspexerunt tres obstetrices, a iudice electae, catholicae « in arte et praxi peritae », quae, suo munere functae, retulerunt, se in puella invenisse hymenem integrum formae circularis, absque ullo lacerationis vestigio, cum ostiolo, quod non ultra summitatem digiti auricularis (minimi) capere posset ; et praeterea ubera, ventrem, pubem, pudendorum labia, tum externa, tum interna, clytoridem, ita composita et talis coloris, qualia in virgine esse solent. Haec omnia obstetrices fuse prosequuntur, tum in relatione scripta, tum in orali depositione, eaque et conclusionem quam inde deducunt, nimirum puellam « esse virginem intactam »; in ea non conspici indicia «ne conatuum quidem consummandi matrimonii », iuramento firmaverunt.

Duo autem medici ad rem adhibiti et ipsi catholici « officia religionis implentes », post diligentem institutam analysim circa obstetricum reperta, iurato dixerunt sibi certo constare de integritate mulieris, deque matrimonii absoluta inconsummatione. Sane doctor Zielinscki, medicus ordinator nosocomii Pragensis, relatis scientifica methodo matronarum depositionibus, concludit : « His itaque stantibus, supradictae obstetrices statuerunt inspectam ab ipsis mulierem esse virginem; cui sententiae ego quoque adstipulor, inspectamque esse virginem intactam definitive pronuntio ». Idem asserit doctor Bucelscki, medicus nosocomii in Tivorcki; qui praeterea, ne cui difficultatem faceret mediocris hymenis crassitudo, de qua loquitur obstetrix Lignau, explicite declarat nullum inde contrarium indicium desumi posse. Ceterum circumstantia huiusmodi congruit toti puellae complexioni, tendenti in adipem.

Demum, ne huic argumentó aliquid deesset, etiam viri corpus, ad normam praecitatae instructionis an. 1840, per tres medicos exploratum fuit. Qui Iosephi virilia sana, haud exigua - perimetrum penis iuxta doct. Bucelski est 10 ctm.- et coeundo apta invenerunt. Id autem efficit ut, comparatis inter se organis viri et mulieris, absurdum prorsus videatur quod aliunde accedit aliquando matrimonium in casu consummari potuisse absque hymenis dilaceratione.

Porro mulieris integritas physice demonstrata iam per se sufficeret ad elidendam consummationis praesumptionem, utut violentam, ortam ex coniugum condormitione ; simulque, in contrarium, certitudinem inducendam.

Sed, cum agatur de re maximi momenti quippe scriptum est: « Quod Deus coniunxit homo non separet », sapienter iura praeterea requirunt iuratam partium confessionem, iuratumque septimae manus testimonium. *C. Laudabilem verb. requisivisti, et C. Literae vestrae. De frig. et male f.;* et utrumque luculenter exhibent tabulae processuales.

Ioseph actor, iurat : « Nunquam cum ea (uxore) concumbere potui »; et rursum: « normalis commixtio et copulatio nostrorum genitalium nunquam locum habuit ». Id autem tribuit mulieris a se aversioni, quae sponte nunquam cognosci passa est; eiusdemque morbo, quem neurosim appellant, quo fiebat ut cum, minis coacta, debito reddendo parata videretur, viro accedente, pallesceret, oculos distorqueret, contremisceret, frigido sudore manaret, convulsionibus agitaretur, ac pene in amentiam incideret, adeo ut copula perfici non posset. Sunt autem Iosephi responsiones simplices, praecisae, inter se cohaerentes; nihilque incerti aut fucati habent quod simulationem redoleat. Unam tantum deprehendi discordantiam in eius assertis: nempe in examine de non consummato ait, ante nuptias quosdam dictitasse Oasimiram « indulgentia fuisse corruptam »: post aliquot menses, in examine circa dispensationis causas, dixit: < Nihil unquam audivi quod bonam famam uxoris meae laedere videretur ». At res facile explicatur aut per obli-

vionem, aut quia ipse putaverit dicteria unius vel alterius vulgaris personae non posse famam honestae puellae onerare, aut quia interrogatio respiciebat tempus post nuptias praeteritum.

Casimira, quae pariter candidam sinceritatem praefert, sub sacramenti religione ait: « Perspectum habeo me esse virginem.... Certum mihi est maritum nunquam consummasse legitime matrimonium, eiusque contactus cum meo corpore fuisse mere superficiales ». Cuius rei rationem reddens, dicit se Iosepho sponte quidem nupsisse, at sine amore, et solum « quia ferebatur ab omnibus esse homo bonus »: cepisse vero eum vehementer aversari ex quo ab ea debitum petiit ; quod ceteroquin ipsa constanter denegavit, et adeo violenta animi et membrorum resistentia, ut inde in neurosim inciderit, cuius spasmis omnes mariti in copulam conatus frustrati sunt.

Quas coniugum depositiones confirmat septima manus utrinque completa, etsi praxis doceat septenarium numerum hinc inde non absolute requiri. Avanzini *Acta S. S. v. VI, pag. 545.* Sane, omnes huiusmodi testes iurato asserunt sibi certo constare de utriusque coniugis pietate, bonis moribus, et veracitate sive in genere, sive praesertim quoad ea quae in processu deposuerant; sciebant enim, plus minusve, quam infelix fuisset intima illorum conversatio. Et qui ita testantur sunt personae religiosae, bonae famae, non infimae conditionis, ut v. c. Michael Pogorzelski parochus, Enricus Comarnicki officialis superior viae ferraeae eiusque uxor. Nec praetereundum quod Curia Varsav., moneat circa testes omnes cautelas servatas fuisse, quae in instr. S. O. an. 1883 § 16 praescribuntur.

Alia plura *adminiculative,* ut aiunt, addere possem, sed, commemorare sufficiat, egregium vinculi defensorem, qui omnia probe noverat, processu absoluto, declarasse se nihil habere quod in contrarium produceret.

Iamvero huc usque dicta sat esse videntur ad probandum matrimonium, de quo in themate, ratum dumtaxat permansisse.

Aliud nunc quaestionis caput versandum est; videndum scilicet utrum adsint causae ad dispensandum idoneae : Pontifex enim non temere dispensat; nec, si per absurdum vellet, valide posset, quae plurimorum sententia est. Schmalz. *IV, IX* ***51.***

Verumtamen, ex toto processu et ex speciali hac de re instituta inquisitione, non una causarum huiusmodi emergit:

1. est animorum dissociatio, quin affulgeat reconciliationis spes. Iam ab initio dixi Curiam Varsavien., antequam processum instrueret, ter perperam reconciliationem pertentasse; eo vero confecto, frustra pariter in idem institit. ***Fol. 48-52.*** Unde autem haec aversio oriretur patet ex dictis;

2. est probabilis error puellae circa matrimonii substantiam ; quae contrahens, vix 16 annos nata putavisse videtur matrimonium esse dumtaxat societatem amicalem, citra ullam corporum commixtionem;

3. est probabilis impotentia mulieris saltem relativa; quam posse oriri ex neurótico morbo, quo Casimira laborabat, medici hodie non ambigunt, ut constat praesertim ex his quae de vaginismo late disputantur. Porro Casimiram neurosi laborasse non est cur dubitemus, post ea quae in actis prostant, et cum ipsa morbo curando duorum medicorum, quos nominat, consilia adhibuerit ;

4. grave incontinentiae periculum ad minus ex parte viri, qui, ut habent acta, non semel etiam per vim cum uxore congredi conatus est ;

5. mutuus coniugum consensus.

Porro primae quatuor causae ex his sunt, quas iuridica praxis et communis DD. sententia ad dispensandum pro idoneis habent. Avanzini ***Acta S. S. vol. 1, pag. 420 seqq.*** Coniugum autem consensio, etiamsi non sit certa causa motiva, indubitanter vim habet causae impulsivae. « Mutuo intercedente coniugum consensu, posse Papam de absoluta potestate, etiam sine ulla causa, hanc dispensationem concedere, sed de ordinaria auctoritate non esse solitum dispensare,

nisi cum aliqua causa, longe tamen minus gravi et urgenti ea requisita in casu alterutrius dissensus, post antiquiores advertit Fagnanus... ». Cons. *De separatione tori, III, 11, n. 96.*

His addendum videretur coniugum obsequium erga S. Matrem Ecclesiam, quod apparet tum ex eorum iurata fidei professione; tum inde quod, desiderantes vinculi solutionem, non laicum tribunal sed ecclesiasticum adierint.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Anno **1889** mensis Novembris die **16,** Ioseph aetatis trigesimum annum agens, Casimiram quae in duode vice simo tum anno versabatur, iugali foedere sibi iunxit.

Labente, mense Augusto **1893,** quarto scilicet a nuptiis anno Ioseph Casimirae valedixit ; matrimonium vero inconsummatum culpa uxoris mansisse die **12** Octobris **1894** proclamavit apud ecclesiasticam curiam.

Lectissimus consultor, et iudiciales tabulas ad iuris amussim confectas arbitratur, et voluntati Iosephi censet obsecundandum.

Adverto tamen Iosephum ad iudicem detulisse : usa est (Casimira) consilio medicorum: Landau Vacqueret et Wrzevniowski ». Casimira pariter professa est: « Consului doctores Landau et Groer. Adhibui ferrum, bromium et digitalem ».

Iam vero instructio a S. C. C. die **22** Augusti **1840** edita cavet: « Interrogandi erunt periti physici, quos coniuges consuluerunt ». Qui quidem periti eo magis praesenti in causa adducendi videbantur ad examen, quia matrimonii inconsummatio veri absimilis est ob quadriennalem coniugum cohabitationem.

Quibus praemissis, propositum fuit enodandum

Dubium

An sit consulendum SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato.

RESOLUTIO. S. C. C. re disceptata, sub die **18** Iunii **1898** censuit respondere : *Affirmative.*

I
!
|

MECHLINIEN.

NULLITATIS MATRIMONII.

Die 16 Iulii 1898.

Sess. 24. cap. 1. de ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Pernobilis baro Albertus viginti octo annos natus, die 12 mensis Decembris an 1894, in oppido S. Egidii, vulgo *Saint Gilles,* iustas nuptias iniit cum Iulia, in fiorente aetate viginti annorum tunc constituta ; at infausto prorsus omine, cum Iulia, quae fertur alii viro iam antea addicta, non omnino libera sed a matre coacta Alberto nupsisse videatur.

Prima nuptiarum nocte sponsi eodem cubiculo eodemque lecto usi sunt, et, si eorum dictis fides adiicienda est, uxor coniugale debitum reddere recusavit, ac dein in ea denegatione perstitit, non obstantibus iteratis conatibus mariti, cui uxor declaravit se erga ipsum eam habere repugnantiam ut nunquam consensura esset in opus coniugii.

Hac de re vita coniugalis diu perdurare non poterat. Nam post duos menses ab initis nuptiis mater uxoris, vidua, apud quam neo-coniuges erant recepti et habitabant, partes filiae suae amplexa est, ac marito huiusque patri declaravit, separationem immediatam esse necessariam quin tamen rationem addiderit.

Vir e domo sponsae deiectus, postquam uxorem ad secum habitandum semel ac iterum, sed absque successu invitasset, divortii sententiam a iudice laico postulavit ; eaque vix obtenta, ad Sacratissimum Principem supplex confugit, ut secum Ipse dispensare dignaretur super matrimonio rato et non consummato.

Preces de more ablegatae fuerunt Emo Archiepiscopo, qui SSmi Patris iussa faciens, consuetum confici curavit processum; quo expleto, acta S. **C.** transmisit. Sed, deficiente iudiciali mulieris inspectione, iterum mandatum fuit, ut ad tramites iuris mulier ad physicum examen subiicien-

dam vocaretur, quod peractum fuit in civitate *Spa*, ubi mulieris familia domicilium aestivum habebat.

Cum vero nec omnes praescriptae normae in hac corporali inspectione fuissent servatae, nec obstetricibus in ea agenda absoluta libertas permissa fuisset, iterum mandatum fuit Ordinario Mechliniensi, ut domina Iulia novae inspectioni, iuxta leges ecclesiasticas peragendas, se subiiceret; et hoc examen ad instantiam Iuliae peractum fuit in civitate *Spa*, a duabus mulieribus in arte medica peritis, adstante matrona. Simul et viri inspectio, ipso petente, per medicos facta est.

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO VIRI. Vir autem, qui huiusmodi dispensationem efflagitat, patronos sibi adlegit, qui in primis ex utriusque coniugis affirmationibus tum iudicialibus, tum extraiudicialibus demonstrare satagunt matrimonium non fuisse consummatum. Sane vir iuramento obstrictus testatus est : « Le premier jour ma femme s'est refusée à accomplir le devoir conjugal : j'ai insisté, mais sa pose ne permettait pas de compléter l'acte; donnant pour prétexte qu'elle ne voulait pas avoir d'enfants ». Nec mulier a corpore suo virum omnino arcere audebat : at ea ratione se componebat, ut impossibile illi esset id agere, quod ad prolem generandam agendum est. Vir enim addit : « Au premier moment elle (de reddendo debito postulata) s'y est refusée ; mais , sur mes instances, elle s'y est prêtée: seulement, comme je l'ai dit plus haut, elle prenait une pose, qui rendait l'accomplissement de l'acte difficile ou impossible, parce qu'elle serrait toujours ses jambes ». Ac paullo post : « Au commencement je me suis contenté de la pose qu'elle prenait: sur la fin du premier mois, je lui ai demandé de prendre une autre pose, et elle s'y est refusée ».

Idipsum confirmat mulier, quae extra iuris solemnitatem iussu S. C. interrogata « asseveranter, ait Archiepiscopus Mechlinien., affirmavit, se semper omni modo matri-

munii consummationi restitisse hancque numquam locum habuisse». Idem affirmavit peritae Van Heerswynghels, ut haec sacro tribunali retulit his verbis : « Madame s'est plainte de la brutalité de monsieur du Bois, et m'a certifié avec indignation, qu'aucun rapprochement n'avait eu lieu ». In ius autem appellata, haec coram iudice Iulia affirmavit : « Mon mari a essayé quelquefois d'accomplir l'acte conjugal. Mais je l'ai toujours repoussé et il n'a jamais pu consommer l'acte conjugal. Il n'y a pas eu de pénétration, et je n'ai jamais reçu la liqueur séminale.... L'acte n'a jamais été accompli. J'ai positivement résisté à l'accomplissement de l'acte, en croisant les jambes, et en le chassant à coup de poing : le resultat de ma résistance à été que mon mari n'a pu accomplir l'acte ».

Quanta fides tribuenda sit huic coniugum confessioni patroni comprobant ex septimae manus testibus qui uno veluti ore testimonium reddunt utrique coniugi.

Idem testati sunt testes ex parte mulieris, cuius mater interrogata utrum illi esset credendum, respondit : « Oui, certainement ». Et rev. Aertssens parochus S. Aegidii idem respondit de veracitate Iuliae eiusque matris.

Sed ulterius, notant oratores, praefati testes non solum circa veracitatem religionemque coniugum, sed de non consummatione matrimonii testimonium fecerunt. Ita P. L'Hoir e S. I., cuius testimonium maximi faciendum esse autumant oratores, cum ipse, qui oratoris institutor fuit, non consummationem matrimonii scierit tempore non suspecto, affirmat: « J'ai entendu du père, environ deux mois après le mariage, que son fils était tout-à-fait malheureux à cause des traitements de sa femme, qui ne voulait pas se conduire en épouse, et voulait à tout prix éviter d'avoir famille ».

Eadem testatus est reverendus Aloisius Senocq.

Nec aliter confitetur eques Parthon de Von, qui matrimonium non esse consummatum cognovit ex ore ipsius actoris. Tandem actoris noverca idem enarrat.

Eadem advocati confirmant a testibus ab uxore inductis. Eius enim mater testata est: « J'ai constaté dès le commencement que ma fille avait une répulsion invincible pour son mari. Elle est venue plusieurs fois, la nuit, à ma chambre dans un état de surexcitation nerveuse, qui faisait pitié. Elle m'a dit qu'elle le repoussait de force, quand son mari voulait avoir des rapports. Lorsqu'il voulait lui faire violence, elle croisait les jambes, pour l'empêcher de consommer l'acte conjugal ». Cui concinit parochus Van Dievoet.

Verum, prosequuntur oratores, haud opus esse in testium depositionibus insistere, cum praesto sit evidens physicum argumentum ex triplici inspectione peracta in corpore Iuliae. Cum enim ea se inspiciendam praebuisset obstetrici Laurae Stevens, haec scriptis significavit « n'avoir constaté rien du côté des organes génitaux, qui indique que des rapports aient eu lieu ». Et eadem confirmavit, quando coram sacro tribunali est appellata: nam interrogata an omnes virginitatis notae in corpore Iuliae extarent, respondit: « Oui, je puis en donner l'assurance ».

Ulterius duae aliae obstetrices, a decano spadensi electae, corpus Iuliae inviserunt, scilicet dominae Decerf-Urbain et Kesteloot. De altera haec decanus spadensis retulit : « Elle est d'avis que le coït parfait n'a pas eu lieu, elle trouve en Juliette les signes de la virginité ». Non aliter altera eidem decano affirmavit : « La femme possède tous les signes de la virginité ». Eaedem coram sacro tribunali vocatae, quum essent interrogatae, utrum omnes virginitatis notae essent in corpore Iuliae, altera respondit: « Oui, je puis l'affirmer, sans crainte de me tromper »; altera autem: « Je crois pouvoir l'affirmer ».

Sed alia inspectio facta est, iussu S. C. C. ad defectus praeteritarum supplendos, atque in ea normae in istructione vinculi defensoris praescriptae servatae sunt. Nam et matrona adfuit inspectioni : et peritae electae sunt, quae seorsum altera ab altera, omnibus adhibitis diligentiis, per vi-

sum ac tactum inspectionem egerunt, et de integritate testimonium ediderant.

Quod autem scripto testimonio edixerunt praefatae obstetrices, a iudice percontatae iuramento firmarunt.

Huc perducta oratione, defensores praeoccupant difficultatem ortam, ex eo quod vir circa non consummationem matrimonii in suis depositionibus non semper fuit sibi consentaneus ; nam obiicit defensor vinculi mechliniensis : « In prima autem depositione, videtur (vir) ingenue dixisse veritatem : dein, motus nimio desiderio recuperandae libertatis, iam alia protulit, quasi olim errasset. At si erravit, nonnisi in hoc censetur errasse, quod existimaverit, ad completam actus consummationem requiri, ut penetratio fiat usque ad matricem.... Hoc modo non fuisse consummatum matrimonium, facile conceditur : ast id fuisse consummatum cum penetratione intra vaginam et emissione seminis intra illam (qua actus completur) ex iterata declaratione mariti olim facta satis constat ».

Re vera patroni non diffitentur virum testatum esse se in mulieris vaginam penetrasse. Dixit enim in primo testimonio: « Il y a eu pénétration dans le vagin, et il y a eu émission chaque fois dans le vagin, ou en dehors du vagin, mais plus souvent dans le vagin ». Idem, etsi dubitantes in altero testimonio confirmavit. Tamen, advertunt oratores, actoris verba vim aliquam, ad matrimonii consummationem asserendam, habere possent, si uxor corrupta inventa fuisset. Cum vero illa inventa sit virgo, perspicuum est errasse virum; quum arbitratus est, se in uxoris vaginam penetrasse, ibique semen genitale effudisse.

Neque dicatur aliquando evenire, ut penetratio usque in vaginam fiat, ibique sperma immittatur, quin tamen hymen laceretur; nam, reponunt oratores, id quidem perraro evenire: atque, ut evenire possit, oportere omnino ut singularis quaedam genitalium membrorum figura extet : nimirum aut in muliere hymenis hiatus sit latissimus ; aut pe-

nis in viro, praeter id quod accidere solet, sit subtilissimus ; aut utrumque simul.

Atqui nihil ex his in casu habetur. Etenim, ad mulierem quod attinet, nihil in ea singulare, nihil abnorme inventum est: « Je n'ai rien (ita obstetrix Decerf-Urbain) constaté d'anormal dans les organes ». Ac obstetrix Kesteloot : « Les organes sont normaux ». Perita autem Derscheid-Delcourt scriptis testata est : « Les organes génitaux sont de conformation normal ». Altera perita Van Heerswinghels haec coram iudice affirmat: « J'ai constaté que les organes génitaux étaient normaux, saufe une certaine hyperestésie, qui était localisée au niveau de la membrane hymen». Ergo, inferunt patroni, praeter hyperestesiam, quae profecto nobis favet, nec obstetrices, nec peritae medicae extraordinarium quidquam in Iulia invenerunt. Igitur in ea profecto non extat ea hiatus hymenis latitudo, per quam accidere potuerit, virile membrum, sine hymenis ipsius effractione, usque ad vaginam penetra visse.

Quoad baronem du Bois, peritus Smets scriptis testatus est: « L'état des organes génitaux se trouve être normal et parfait ». Idemque verbis testatus est non potuisse illum ad vaginam mulieris penetrare, « car, addit, si une pénétration profonde s'était produite, il y aurait eu certainement rupture de l'hymen, ou au moins dilatation de cette membrane. Cette dernière hypothèse doit même être écartée »... at quanam de causa? « quand, subdit, je songe au volume des organes génitaux du mari ». Unde, deducunt, si ea est moles geni talium viri, ipse non poterat ad vaginam uxoris penetrare, nisi prius hymenem dilaceraret.

Ulterius notant, hymenem non modo illaesum fuisse inventum, sed ne depressum quidem, imo potius prominentem; ex quo facile deducunt, Albertum non solum hymenem non esse praetergressum, sed nec extrinsecus contra eum pressisse. Ait enim obstetrix Stevens : « J'ai constaté, que l'hymen était saillant, plutôt que defoncé ». Item perita Derscheid-Delcourt: « Il (hymen) n'est pas défoncé ».

Et perita Heerswynghels : « On ne constate aucune déformation anormale de l'hymen ». Nec insuper illius muliebria signum nullum exhibent, ex quo argui liceat, conatum aliquem ad coitum accidisse.

Unde oratores inferunt, baronem du Bois, non solum ad interiora, sed nec ad exteriora uxoris genitalia in conatibus suis pervenisse. Nam obstetrix Laura Stevens, de hac re interrogata, affirmat : « Je n'ai rien pu constater aux organes génitaux, qui indiquerait une tentative de rapprochement. D'après moi ils étaient absolument intacts ». Item, aliis omissis, testatur Silvia Heerswynghels : « L'état actuel des organes ne permet pas de constater, qu'il y a eu des tentatives de rapprochement ». Imo ambae peritae iuramento testatae sunt, se adeo arcta in venisse Iuliae muliebria, qualia in puellis virginibus esse consueverunt. Quare concludunt patroni, nonnisi errore quodam ductus potuit baro du Bois asserere, se vaginam uxoris assequutum fuisse, infusque virile germen pluries immisisse.

Sed, iuxta oratores, ne volente quidem, aut optante uxore, poterat vir eiusdem vaginam penetrare ob vaginismum, quo laborabat Iulia. Iampridem de hac re rumorem manavisse, auctor est vicecomitissa d'Herbais de Thun. « Tout ce que j'ai entendu dire, ipsa testata est, c'est que la jeune femme n'était pas mariable. Pour quel motif? Je l'ignore ». Sed et famam hanc inniti veritati, aiunt defensores, quum facta est inspectio mulieris. Nam Maria Van der Meesen Backx, quae ut matrona a tribunali electa adfuit inspectioni, retulit: « J'ai pu constater que cet examen était non seulement incommode ; mais encore douloureux. Au premier examen elle a même poussé un cri de douleur ». Distinctius aliquanto rem enarrat perita Derscheid-Delcourt : « J'ai procédé à la visite corporelle...... d'abord *de visu,* ce qui a été sans difficulté : j'ai ensuite procédé à l'examen manuel, et j'ai constaté tout d'abord une excessive sensibilité au toucher : il a fallu employer la persuasion et toute mon autorité, pour arriver à toucher

les organes génitaux ». Atque subiungit: « Il est probable, que cet état de choses existait alors, et a pu être une des causes de non consommation du mariage ». Similiter testata est alia perita Van Heerswynghles.

Nec potest opponi hanc affectionem mulieris forsitan supervenisse, postquam ab ea baro du Bois discessit: hanc suppositionem, uti falsam, reiiciunt advocati ex testimonio ipsius baronis, qui narrat : « Vers la fin de janvier 1895, elle s'y est refusée complètement (copulae maritali), ayant donné pour motif, que le médecin avait dit, qu'elle était malade, et que, pour accomplir l'acte conjugal complètement, elle devait subir une opération, qu'elle refusait de subir ». Idem pro testimonio affirmat rev. Van Dievoet, testis a Iulia eductus.

At paulisper oratores concedunt, Iuliam vaginismo non esse affectam ; attamen, subdunt non potuit Albertus in eius vaginam penetrare, eo quod ipsa noluit. Quandoquidem mulier primo matrimonii die, de officio coniugali praestando petita, prorsus abnuit, ac viro significavit, « qu'elle ne voulait pas avoir d'enfants ». Et si aliquando, licet invita reluctansque, ei concessit ut sibi adhaeresceret, tamen tam arcte femina comprimebat ut viro numquam licuerit illius muliebria penetrare. « Ma femme, vir ait, avait les jambes serrées l'une contre l'autre ... elle serrait toujours ses jambes ». Et uxor aliquid addit, aiens se non modo cohibuisse crura, sed imo alterum crus alteri superinduxisse. « J'ai *positivement* résisté à l'accomplissement de l'acte, en croisant les jambes ». Idipsum mater confirmat, dicens : « Lorsqu'il voulait lui faire violence, elle se croisait les jambes, pour l'empêcher de consommer l'acte conjugal ». Unde infert medicus Van Hoos : « Si, comme il me l'a affirmé, la femme serrait à chaque fois ses jambes, il lui était impossible de pénétrer ».

Nec ulterius opponi possunt verba actoris, quibus in altero testimonio dixit: « Ma femme m'a dit deux ou trois fois que je la perforais, ou que je la transperçais, lors-

que la pénétration était plus profonde, qu'à l'ordinaire ». Nam, reponunt advocati, hoc optime explicare posse ex vaginismo, quo laborabat Iulia, quandoquidem quivis etiam prorsus extrinsecus contactus talem perforationis sensum, magnosque dolores exciere consuevit. Recte igitur medicus Smets, de hac interrogatus, respondit : « Cette douleur accusée par la femme a pu provenir parfaitement d'un simple contact des parties génitales extérieures, comme il arrive toujours dans le vaginisme : car si une pénétration profonde s'était produite, il y aurait eu certainement rupture de l'hymen, ou au moins grande dilatation de cette membrane. Cette dernière hypothèse même doit être écartée, quand je songe au volume des organes génitaux du mari ».

Sed quaeri potest: si res ita se habet, quomodo igitur ille talia potuit affirmare ? Cui respondent defensores, se non diffiteri his actoris confessionibus causam esse aliquanto implicatam; tamen advertunt mirandum non esse, quandoquidem in casu agitur de simplici quodam viro qui in matrimonio versatus non est, terque est appellatus in iudicium, ut de matrimonio suo testimonium ferret quin tamen de mari talibus rebus esset prorsus edoctus. Etenim eques Parthon de Von, a iudice interrogatus utrum actori sit adhibenda fides, respondit: « Au point de vue de la véracité, oui: mais je ne sais pas, s'il a toujours assez discernement, pour bien apprécier les faits ». Medicus autem Van Hoos : « Je certifie, scribit, qu'il resulte de l'interrogatoire de monsieur du Bois, qu'il n'a pas su, lors de la cohabitation, en quoi consiste le coït complet et normal ». Idemque scimus a baronis noverca, quae testata est : « Il a ignoré, jusqu'à la séparation d'avec la femme, en quoi consistait précisément le parfait accomplissement de l'acte conjugal ».

Unde quando vir testatus est: « Il y a eu pénétration dans le vagin, et il y a eu émission chaque fois dans le vagin, ou en dehors du vagin, mais plus souvent dans le vagin »; ex rei uxoriae imperitia id affirmasse dicunt patroni, cum et ipse prorsus ignor ans quid esset vagina, falso

arbitratus esset extra hymenem eam collocatam esse. Rem ita se habere ex ipso baronis ore accipimus, qui in tertio testimonio haec testatus est : « Je me suis trompé dans ma première déposition, en déclarant que je me suis introduit dans le vagin : chose que ne peut être exacte, attendu que la résistance de ma femme ne permettait pas d'entrer dans le vagin ». Causam erroris in imperitia sua ponit; nam subiicit: « Lors de ma déposition, je n'étais pas au courant des organes génitaux de la femme.... Dépuis ma première déposition j'ai acquis une plus grande connaissance des organes de la femme: c'est qui me fait croire, m'être trompé dans mes dépositions antérieures ». Quapropter, concludunt patroni, quamvis ex rerum inscitia aliud dixerit orator, firmiter tamen tenendum est, eum in uxoris vaginam numquam penetra visse, ac propterea matrimonium non esse per copulam consummatum.

Hisce positis nihil iam superest advocatis, nisi ut de dispensationis causis breviter agerent. Harum maxima, a qua, velut a fonte, ceterae emanant, est ea dissensio animorum, quaeque orta est ex odio, quo uxor prosequitur, ac semper virum prosequuta est, cui a matre impulsa, et velut coacta, nupsit.

Sed veram causam odii patroni inveniunt in his verbis actoris: «Elle aurait voulu épouser, à ce qu'il parait, un autre jeune homme: n'ayant pas pu aboutir, ce serait par dépit, qu'elle m'aurait épousé ». Quam vero inexpiabile hoc odium mulieris sit, ex ipsius ore discimus. Haec enim in iure testimonia dixit : « J'avais mon mari en horreur. Il m'a toujours déplu et il a été dès le commencement grossier à mon égard. A la fin de la cohabitation je me suis absolument réfusée à l'accomplissement de l'acte conjugal, et j'ai dit à mon mari que je le détestais, et que s'il n'avait pas été un lâche, il serait parti immédiatement ».

Accedit quod benevolentia inter coniuges reconciliari nullo modo potest, eoque magis quod civile vinculum per divortium solutum est. « J'ai souvent insisté, inquit Vicecomi-

tissa d'Herbais de Thun, amita actoris, pour obtenir la réconciliation : mais on m'a répondu chaque fois, que c'était impossible ». Et ipsa mulier protestata est : « C'est absolument impossible, ait : parce que je le méprise et que je le déteste ».

Infelix denique vir, adhuc iuvenis, unicus superstes suae domus, exoptat familiare nomen poste ritati transmittere, liberos procreare, nec facile cum posset, nisi venia fiat alias nuptias contrahendi, castitati suae consulere.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. Totis e contra viribus vinculi Defensor contendit non liquere dé matrimonii inconsummatione, et hoc praecipue comprobat ex ipsis depositionibus actoris, qui ingenue talia confessus est, ut dubitare liceat, quod hoc matrimonium consummatum non fuisset. Nam percontatus a iudice, haec iuratus Albertus reponit : « Le premier jour ma femme s'est refusée à accomplir le devoir conjugal, j'ai insisté, mais sa pose ne permettait pas de compléter l'acte ; donnant pour prétexte qu'elle ne voulait pas avoir des enfants ». Urgenti iudici: « Avez-vous souvent essayé d'accomplir l'acte conjugal? Dans l'affirmative, veuillez-nous dire en quoi ces tentatives ont précisément consisté? » ille respondet : « J'ai peut-être quinze ou vingt fois essayé de poser l'acte conjugal. Il y a eu pénétration et émission de la semence chaque fois, parfois l'émission n'a eu lieu qu'à l'extérieur, parce que ma femme m'avait prié de me retirer ». Unde adiecit : « Comme je viens de dire, il y a eu pénétration dans le vagin et il y a eu émission chaque fois dans le vagin ou en dehors du vagin, mais plus souvent dans le vagin ». Et iudici iterum percontanti: « S'il y a eu pénétration, celle-ci n'aurait-elle pas été suffisante pour rompre la membrane hymen? » Albertus respondet: « Parfois la pénétration a été assez profonde: mais ma femme avait les jambes serrées l'une contre l'autre, de sorte que la pénétration ne pouvait pas être complète ».

Die vero 18 septembris praedicti anni 1896 quaerenti iudici : « Dans votre déposition du 21 avril vous avez dé-

claré que votre femme avait les jambes serrées l'une contre Tdutre de sorte que la pénétration ne pouvait pas être complète? » Albertus retulit: « J'ai voulu dire qu'il n'y avait pas possibilité d'aller jusqu'à la matrice.... J'ai voulu pénétrer dans le vagin et j'ai cru y être parvenu parfois; mais, vu la position de la femme, je ne suis pas certain d'y avoir déposée la semence ou bien de l'avoir déposée à l'entrée du vagin ». Iterum percontanti : « Vous avez affirmé que parfois la pénétration a été assez profonde : a-t-elle alors été aussi de quelque durée ; et à cette occasion la sémination ne se serait-elle pas faite dans le vagin ? » Albertus respondet : « Oui, à cette occasion la pénétration a été de quelque durée et je crois que la semence à pu être répandue dans le vagin ». Et addit: « Ma femme m'a prié de me retirer de peur d'être enceinte; une fois seulement elle s'est plainte de douleurs aux organes génitaux, mais jamais je n'ai vu trace de sang ».

Iterum iudex : « Votre femme vous a-t-elle prouvé par ses paroles ou quelque autre manière qu'elle s'apercevait de la pénétration ? » Albertus : « Ma femme m'a dit deux ou trois fois que je la perforais ou que je la transperçais lorsque la pénétration était plus profonde qu'à l'ordinaire ».

Demum die 20 decembris 1897 tertio Albertus iudiciali examini se supponit et sciscitatus inquit : « Je me suis trompé dans ma première déposition, en déclarant que je me suis introduit dans le vagin : chose que ne peut être exacte, attendu que la résistance de ma femme ne permettait pas d'entrer dans le vagin. Lors de ma déposition, je n'étais pas au courant des organes génitaux de la femme ».

His positis, matrimonii defensor perpendit, num Albertus in recitatis depositionibus *decederti* vel *deceptus sit.*

Quoad primum, ait orator, vel longe ab Alberto abest quaecumque decipiendi cupiditas, vel si qua ei insit, non certe in favorem matrimonii, cum ipse adversus matrimonium dimicet. Ergo non decipere intendit, dum verbis utitur perfectam matrimonii consummationem significantibus.

Sed cum haec persentiant lectissimi contradictores toti in eo sunt, ut demonstrent Albertum decipi. Unde illum renuntiant, tamquam virum simplicem et rei uxoriae prorsus ignarum. At immerito, respondet vinculi assertor; nam Albertus cum uxorem duxit, in vicesimo octavo aetatis anno iam versabatur, nec rusticanis intentus negotiis dies transegerat a societate hominum segregatus, sed vitam vixerat qualiter decet praenobiles aeque ac divitiis affluentes familias in eultissimo Belgio.

Sed Albertus nec fatuum se exhibet nec palaestrae coniugalis imperitum , urget orator. Etenim ille probe noscit quid ad coitum perfectum requiratur : « pénétration et émission de la semence dans le vagin ». Ille iuratus affirmat: « *il'y* a eu émission chaque fois dans le vagin ou en dehors du vagin, mais plus souvent dans le vagin ». Nec rationem silet ob quam intra vas quandoque non seminaverit : « parfois l'émission n'a eu lieu qu'à l'extérieur, parce que ma femme m'avait prié de me retirer ».

Saepe saepius aliam etiam ob causam intra vas non seminavit : et hanc quoque causam Albertus plane enucleat: « ma femme avait les jambes serrées l'une contre l'autre, de sorte que la pénétration ne pouvait être complète ». Clarius etiam : « Le premier jour ma femme s'est refusée à accomplir le devoir conjugal, j'ai insisté, mais sa pose ne permettait pas de compléter l'acte, donnant pour prétexte qu'elle ne voulait pas avoir des enfants ».

Haec verba oratoris, notat defensor, maiorem vim habent, si perpendatur, quod non ambigua, sed categorica sunt; neque propria animi fluctuantis atque incerti, sed animi a quacumque dubitationis nubécula prorsus vacui. Duo Albertus pro certo affirmat. Primum : « Il'y a eu émission chaque fois dans le vagin ou en dehors du vagin, mais plus souvent dans le vagin ». Deinde, eadem certitudine causam edit, ob quam quandoque semina vit extra vas : « Parce que ma femme m'avait prié de me retirer — vel - parce que ma femme avait les jambes serrées l'une contre l'autre. . . . sa

pose ne permettait pas de compléter l'acte ». Unde, deducit, qui ita loquitur non est fatuus nec imperitus: sed aut matrimonium consummavit, aut imis ex faucibus foedum eructat mendacium, quod suspicari stultum est.

Neque oratorem movet adversa sententia medentium. Illi namque apertissime nubem captant pro Iunone. Reque vera Albertus ad quaestionem 10 reponit : « Au premier moment elle (uxor) s'y est refusée ; mais sur mes instances elle s'y est prêtée: seulement, comme je l'ai dit plus haut elle prenait une pose, qui rendait l'accomplissement de l'acte difficile ou impossible, parce qu'elle serrait toujours les jambes». Medici quasi an ci le coelo delapsum arripiunt verba: « elle serrait toujours le jambes » et exinde inferunt Albertum repugnantia loqui ac nesciisse quid affirmaret cum fassus est : « Il'y a eu pénétration et émission de la semence dans le vagin ».

Ast, reponit defensor, rudimentales interpretationis leges demonstrant medentium errorem. Ex his enim discimus in primis verba specialia praevalere generalibus. Piaculum proin esset maiorem vim tribuere verbusculo « toujours », quam apodicticis verbis, quibus locutus est Albertus in suis depositionibus. Deinde passim contingit ut verbum « toujours » usurpetur pro verbis « fere semper ». Imo, cum id ad quod ius habemus, etiamsi nobis negetur saepe tantum, una aut altera vice, si valde appetimus, ira infiammati, id semper « toujours » nobis negari facile dicimus.» Huc profecto mentem advertit clarissimus archiater Lapponi dum conditionaliter concludit : « Dato adunque 1' atteggiamento costantemente e ostinatamente preso dalla sposa, si può senza pericolo di errore asserire e ritenere, che il de Bois nè potè mai penetrare, nè potè mai eiaculare nelle vie genitali interne della sua sposa ».

Nec obiiciatur, Albertum alias professum esse se deceptam, dum matrimonii affirmavit consummationem. Nam, respondet orator, distingue tempora et concordabis iura, i. e. Alberti verba. Porro matrimonium initum est die 12 de-

cembris 1894. Die 4 ianuarii 1896 Albertus effîagitavit matrimonii relaxationem. Die 21 aprilis 1896 confessus est in iudicio quae supra relata sunt. Albertus ad iudicem pergit, et ait: « Je ne suis pas certain d'y (dans le vagin) avoir déposé la semence ou bien de l'avoir déposé à l'entrée du vagin... Je crois que la semence a pu être répandue dans le vagin ». Tandem die 30 decembris 1897 ad iudicem impavide denuntiat : « Je me suis trompé dans ma première déposition, en déclarant que je me suis introduit dans le vagin.... Lors de ma déposition, je (baro 30 annorum) n'étais pas au courant des organes génitaux de la femme ».

Unde, notat matrimonii vindex, per totum illud temporis intervallum, quod inter has Alberti confessiones intercessit, perpetrata sunt nonnulla facta, quae Albertum quoad animi dispositionem mutare poterant. Videlicet corpus Iuliae, Alberti uxoris, recognovit die 25 iulii 1896 obstetrix Maria Urbaine et die 28 eiusdem mensis Maria Kosteloot, quae per explorationes omnibus circumspectionibus, a iure ad praecavendas fraudes invectis, destitutam, Iuliam virginem proclamarunt. Praeterea labentibus illis duobus fere annis Albertus certo certius consilium ex tornacensibus vel mechliniensibus iurisconsultis cepit, ab iisque didicit quantum detrimenti afferret causae confessio ab se die 24 aprilis 1896 edita. Et quoniam Albertus est fatuus ille, de quo supra locutus est orator, sapientior, die 18 septembris 1896 et die 30 decembris 1897 examini iterum iterumque se subiecit ut iudici suaderet se esse insipientem.

Fallaciam tamen facile deprehendit sacramenti vindex. Siquidem, cum baro in examine diei 18 septembris 1897 iuraverit : « Ma femme m'a dit deux ou trois fois que je la perforais ou que je la transperçais, lorsque la pénétration était plus profonde qu'à l'ordinaire »: iudex urget Albertum : « pour ces deux ou trois fois pouvez-vous avoir le moindre doute au sujet de la pénétration? » baro reponit: « Si ma femme a éprouvé des douleurs, ce doit être provenu de ce que j'ai tenté de m'introduire et que j'ai péné-

tré entre les lèvres; et si elle a senti de la douleur, ce peut être à cause de sa conformation spéciale et peut être aussi à cause de *ma conformation* ».

At, reponit orator, ex actis non constare conformationem geni talium tum viri, tum mulieris esse tam extraordinariam, ut femina dolorem intra persentiat, veretro extra manente. Testis est obstetrix Silvia Van Heerswynghels, quae iurat : « J'ai constaté que les organes génitaux (uxoris Alberti) étaient normaux, sauf une certaine hyperestésie qui était localisée au niveau de la membrane hymen ». Igitur non extra nec inter labia veretrum sistebat, sed hymenem praetergrediebatur, cum uxor dolore prostrata clamabat: « Vous me perforez... vous me transpercez ».

Nec minus a veritate deflectit in suo ultimo examine Albertus, dum occentat : « Lors de ma déposition, je n'étais pas au courant des organes génitaux de la femme ». Sed, advertit orator, haec non concordant cum testimonio sacerdotis Stephani L'Hoir e societate Iesu qui examini supposi tus est 15 dies post primum Alberti examen. Iam vero Stephanus ad examen adductus est quippe qui ab Alberto de inconsummatione matrimonii longe ante instructus erat : « Tout ceci (retulit Stephanus) m'a été confirmé à la lettre par le fils (Albertum), il y a plus d'un an ». Et adiicit « Le fils (Albertus) est suffisamment intelligent pour comprendre les droit conjugaux ».

Tametsi, instat, si Albertus a veritate aberrasset, dum existimavit matrimonium esse consummatum, non tam ipse quam Iulia Alberti uxor, allucinata esset. Porro non Alberti, sed Iuliae sunt verba illa: « Vous me perforez...... Vous me transpercez ». Sed Iulia nunquam asseruit: « Je n'étais pas au courant des organes génitaux de la femme ».

Sed quis urgere potest, Albertum confessum esse primo in examine : « Ma femme n'a jamais perdu de sang, du moins je ne m'en suis pas aperçu ». Respondet orator verbis obstetricis Mariae Urbain : « Je ne puis pas avoir la

certitude qu'un seul rapprochement sexuel aurait déchiré la membrane parce que celleci est élastique ».

Quoad testimonium obstetricum, in quo adeo confidit adversa sententia, orator in primis advertit, balneo explorandam mulierem minime immersam esse, quamvis id districte mandetur in instructione diei **22** Augusti **1840.** Deinde, hymene fallaci hac ratione explorato, obstetrices reliquum mulieris corporis habitum haud recognoverunt. Iam vero integritas membranae hymenalis praesenti in causa nihil probat ; « parce que celle-ci est élastique » ceu testatur obstetrix Maria Urbain.

Quinimo, instat, hymen etsi potissimum sit virginitatis indicium, ex hymenis tamen solius integritate ad virginitatem tuta nunquam est illatio. Nam, teste Zacchia in hac re facile principe *(lib. 4, tit. 2, q.* i, *n. 28 et seqq.):* « Potest virgo deflorari, imo etiam concipere absque eo quod hymen disrumpatur, ut concludunt nonnulli praedictorum auctorum ».

Hinc concludit orator, in causa *Parisien, matrim,* diei **16** Iunii **1888** ad quaestionem « *IS integrità dettimene è essa una prova certa della verginità?* » Clarissimus archiater parisiensis Peral nitide respondet: « Ho visto donne, quantunque il caso sia raro, partorire conservando l'imene intatto. Credo perciò poter conchiudere, che *V* integrità dell' imene è una condizione probabile, ma non certa della verginità ».

Hisce in utramque partem adductis, propositum fuit enodandum

Dubium

An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die **16** Iulii **1898** censuit respondere: *Affirmative.*

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Die 2 Augusti 1898.

Sess. 24, cap. 5, De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Quaestio praesens est super validitate matrimonii a Comite Eduardo Vandal et G-enovefa Brady initi Parisiis, die 18 Februarii 1893, in parochiali Ecclesia vulgo *Saint Philippe du Roule.* Namque asserunt hoc matrimonium esse clandestinum.

Vir enim tempore initi matrimonii, domicilium habens in paroecia *Pfaffans* prope *Belfort,* Parisios frequenter ventitare consueverat ad matrem invisendam, quae domicilium habebat atque habet *rue Jean Goujon,* in paroecia S. Petri *de Chaillot.* « J'étais électeur là-bas (Pfaffans), ait vir, j'y avais toutes mes affaires; je venais un jour ou deux par semaine à Paris, et je descendais chez ma mère ».

Mulier, quae tempore initi matrimonii vix aetatem maiorem attigerat, prout fertur, domicilium habebat apud patrem in parochia *St. Nicolas aux Bois par S. Gobain (Aisne),* atque cum et ipsa Parisios aliquando peteret, apud sororem, Dominam Faure, commorari consueverat. Imo, demortua matre, pater mense Octobris 1892 permisit ut Grenovefa Parisiis hiemaret cum sorore, quae tunc temporis domum habebat *Avenue Victor Hugo 3,* in parochia S. Honorati *d'Eylau.* « En octobre, ait Genove fa, je suis venue d'une manière plus fixe avec ma soeur, mais je n'avais pas encore l'intention de me marier, il n'était pas question de ce mariage quand je suis venue à Paris; je pensais y passer l'hiver; de fait j'y suis revenue à la fin de Novembre, et y suis restée alors, jusqu'à mon mariage ».

At hic praetereundum non esse puto pro facti specie enucleanda quod soror domum locatam prius habebat *rue Frédéric Bastiat IO,* quae est in paroecia S. Philippi *du Roule;* sed cum duo ex eiusdem infantibus, quorum unus

morte occubuit, contagiosum morbum *(la diphtérie)* contraxisset, illico cum familia ex hac domo discessu, non amplius reversura, et alteram domum conduxit *avenue Victor Hugo,* quae, ut praenotatum est, in paroecia S. Honorati *d'Eylait* sita est. Tamen familia Faure domum *rue Frédéric Bastiat* nomine proprio retinebat, quia nondum resolutus erat contractus locationis : « Nous gardions, ait Genovefae soror, cet appartement parce que nous n'étions pas à fin de bail. Nous l'avions même prêté à un de nos amis ».

Brevi post, cum Eduardus in quodam convivio Genovefam viderit, amore captus, illico eam in uxorem petiit. Revera puellae ac familiae valde hae nuptiae arriserunt : unde negotiis matrimonium praecedentibus breviter expeditis, de nuptiis celebrandis conventum est. At, seposita ecclesia parochiali S. Honorati d'Eylau, intra cuius limites tunc temporis Genovefa cum sorore commorabatur, constitutum fuit ut matrimonium solemniter celebraretur in ecclesia parochiali S. Philippi *du Roule,* quippe qua elegantiori.

Hac de re Genovefae soror bona fide, uti asseritur, putans id nullius momenti esse, parocho S. Philippi denunciava domicilium sponsae esse *rue Frédéric Bastiat;* « nous choisîmes, ait ipsa, S. Philippe du Roule pour le mariage de ma soeur parce que nous pensions **y** avoir un droit absolu. Nous avions encore sur cette paroisse un appartement en notre nom rue Frédéric Bastiat 10 ». Unde die 18 Februarii 1893 in parochiali ecclesia S. Philippi Eduardus, in aetate 26 annorum, et Genovefa, annos 21 tunc nata, matrimonium solemniter celebrarunt coram parocho S. Mariae Magdalenae, familiae Faure amico, delegato a parocho S. Philippi qui vicissim a nemine delegationem petierat, putans se esse proprium parochum.

At hoc matrimonium infelices exitus habuit, culpa praesertim mariti, qui etiam post initas nuptias illicitas relationes fovebat cum quadam amasia, ita ut de facto post mensem coniuges separati sint, usquedum Genovefa, die 10

Iunii 1896, a tribunali civili, legalem separationem corporum obtinuit.

Interea vir, cum rescivisset matrimonium fuisse irritum ob defectum Tridentinae formae antequam ad civilem potestatem pro divortio recursum haberet, supplicem libellum Archiepiscopo misit, expostulans declarari ob praedictum defectum nullitatem matrimonii.

Archiepiscopus oratoris preces excepit et rite confecto processu, die 5 Martii labentis anni nullum atque irritum matrimonium declaravit ex defectu formae Tridentinae.

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO VIRI. Qui iura actoris tuetur in primis recolit, quod cum in Gallia publicatum sit cap. *Tatmetsi* Concilii Tridentini, uti nullum et irritum habendum est matrimonium, cui non adstitit parochus ordinariusve proprius, utriusque vel alterutrius sponsi, aut alius sacerdos de parochi ordinarii ve proprii licentia, nisi uterque vel alteruter sponsus fuerit *vagus.*

Hoc posito, tria in casu uti certa ac omnino manifesta ponit orator, quae a nemine in dubium revocata sunt vel revocari possunt. *Primum* est nec Eduardum nec Genovefam fuisse *vagos* in sensu iuris. Non vir; quia tempore initi matrimonii domicilium habebat in paroecia *de Pfaffans,* uti clare apparet ex matrimonii fide scripta atque ab omnibus testibus nemine excepto, una cum R. **D.** Lhôte eiusdem paroeciae Vicario confirmatur. Non sponsa, quae domicilium habebat apud patrem in parochia St. Nicolas *aux Bois par St. Gohain (Aisne),* prout patet, sive ex epistola parochi eiusdem parochiae, sive ex omni actorum pagina. - *Alterum* est, sacerdotem, qui matrimonio adstitit, parochum proprium alterutrius coniugis non fuisse, et ex delegatione parochi S. Philippi adstitisse. Id constat ex ipsa matrimonii fide, et ex testimonio parochi S. Philippi. - *Tertium* tandem est, parochum S. Philippi a nemine delegationem accepisse, sed parochum S. Mariae Magdalenae delegavisse

ex putativo iure proprio. Sane id ipsemet affirmat in suo testimonio; insuper id confirmat parochus domicilii sponsae et Vicarius domicilii sponsi.

Tota igitur quaestio, iuxta patronum, huc redit, ut inquiratur, utrum nempe parochus S. Philippi *de Roule* alterutrius coniugis *proprius* fuerit necne ; quandoquidem si negative erit responsio, sequeretur parochum S. Mariae Magdalenae matrimonio adstitisse ex delegatione parochi S. Philippi, qui non erat parochus proprius, ideoque matrimonium fuisse irritum.

Iamvero, ait orator, parochus S. Philippi certe non erat proprius sponsi, quia hic in eius parochia non solum non habebat domicilium aut quasi domicilium, sed nec simplicem commorationem. Etenim, ut supra dictum est, eius domicilium erat in parochia *de Pfaffans* prope *Belfort,* cum autem Parisiis per unum vel duos dies in hebdomada morabatur, semper matris hospes erat *rue Jean Goujon 9,* nempe in parochia S. Petri *de Chaillot.*

Ulterius, prosequitur defensor, parochus S. Philippi nec erat proprius sponsae. Nam tralatitii iuris est, parochum proprium illum esse in cuius paroecia quis habet domicilium vel quasi-domicilium, ita ut non sufficiat simplex commoratio ; sed requiratur verum domicilium aut quasi-domicilium, ceu omnes canonistae uno ore concinunt. Atqui Genovefa in parochia S. Philippi *du Roule* nec domicilium habebat, nec quasi-domicilium. Ergo parochus S. Philippi Genovefae proprius non erat.

Reque vera, quoad domicilium nullum esse dubium, autumat orator. Nam ad domicilium contrahendum requiritur commoratio in loco cum intentione externe manifestata perpetuo ibidem manendi ; sed Genovefa numquam commorata est in parochia S. Philippi cum intentione externe manifestata perpetuo ibidem manendi. Annis matrimonium praecedentibus quandoque commorata est *rue Frédéric Bastiat 10,* hospitio recepta a sorore ; sed in hoc, iuxta patronum, ne umbra quidem domicilii adest. Praeterea,

addit, Genovefa annis matrimonium praecedentibus non poterat personale domicilium habere, cum nuptiarum momento vix maiorem aetatem attigisset.

Non minus evidens est, contendit orator, Genovefam nec quasi domicilium habuisse in parochia S. Philippi. Atque in primis recolit, quod ad quasi domicilium contrahendum, auctoritate S. Officii et S. C. C, requiritur factum commorationis cum intentione ibidem manendi per maiorem anni partem, idest ultra *semestre.* Praeposito hoc principio, orator quaerit, utrum tempore matrimonii, Genovefa habuerit necne huiusmodi quasi domicilium.

Revera controversia versari potest circa domum *rue Frédéric Bastiat 10,* et circa domum *Faubourg St. Bonoré 130,* quarum utraque in parochia S. Philippi reperitur; quandoquidem alias parochiae domos, nec Genovefa nec eiusdem soror unquam coluerunt. Et quod attinet ad domum *rue Frédéric Bastiat 10,* annis matrimonium praecedentibus, conceditur, Genovefam ibi aliquando commoratam esse apud sororem. « J'y avais passé *quelque temps* les années précédents, pendant que ma soeur y habitait ». Sed, pergit orator, quisque videt, quantum distet « passer quelque temps » ab animo permanendi ultra semestre in aliquo loco. - Insuper Genovefa quo modo Parisios ventitabat, eodem et confestim discedere poterat. Nam prae oculis habendum est, agi de puellula, cuius pater, extra urbem morabatur « St. Nicolas aux Boix », penes quem ipsa domicilium habebat, et cuius ex arbitrio pendebat; aliis verbis agi de puellula quae animum manendi ultra semestre nullimode habere poterat, quae reapse, annis matrimonium praecedentibus, numquam per semestre *rue Frédéric Bastiat* commorata est « j'y ai passé quelque temps », quaeque tandem Parisios venit « d'une manière plus fixe », cum soror iam a longissimo tempore illam domum reliquerat. Deest igitur, iuxta oratorem ad conficiendum quasi-domicilium elementum *materiale,* tempus; deest elementum *morale,* animus. Ulterius Genovefa per id temporis, ut semper, Parisios venire con-

suevit voluptatis causa, et tunc non praesumitur, ait patronus, animus manendi per maiorem anni partem neque per dimidiam, ut tenent scriptores, licet quis, quod non est in casu, ultra semestre in loco commoretur.

Sed dato etiam quod Genovefa, annis matrimonium praecedentibus, quasi-domicilium acquisierit *rue Frédéric Bastiate* illud certe amisit, urget defensor, non commoratione, cum animo non redeundi, ultra biennium perducta. Nam cum Genovefae nepotes gravem morbum rue Frédéric Bastiat contraxissent, familia Faure, mense Iunii 1891, discessit numquam reversura. (Matrimonium vero celebratum fuit mense Februarii 1893, annoque immediate praecedente, Genovefa Parisios non venit). « Nous ne voulions pas retourner rue Frédéric Bastiat, où deux de nos enfants, dont l'un mourut peu après, avaient contracté la diphtérie, ait Domina Faure ».

Animum vero non redeundi facile orator probat sive ex eo quod familia Faure ad illam domum numquam rediit, sive ex facto quod domus *Avenue Victor Hugo* locata est *per tres, sex, novem annos.* Praeterea domus *rue Bastiat* a familia Faure Domino Filleul Brohy commodata fuit, qui illam tenuit usque ad finem locationis. Atqui quasi-domicilium sicut acquiritur facto commorationis cum intentione permanendi ultra semestre, ita amittitur facto discessus cum animo non redeundi. Ergo, ceu familia Faure domicilium *rue Frédéric Bastiat* amisit animo non redeundi discedens, sic et Genovefa, quae sororem sequebatur, non reversura discedens, quasi domicilium, si quod habuisset, amisit.

Quod vero attinet ad domum *Faubourg St. Honoré 130* non insistit orator. Quandoquidem Domina Faure", quae morabatur, ut notum est, *Avenue Victor Hugo 3,* ante ipsum Genovefae matrimonium in mente habuerat domum in *Faubourg St. Honoré 130,* conducere, quod reapse, nonnullos post menses a Genovefae nuptiis, Comitissa de Fitz lames, eius amita, suadente fecit ; sed cum Genovefa ante matrimonium et matrimonii tempore, hanc domum non habita-

verit, et post matrimoui um non amplius cum sorore sed cum marito commorari debuerit, non potuit in eadem domo quasi-domicilium adipisci, deficiente facto commorationis, et intentione commorandi. Nemo enim asseret Genovefam ibidem quasi-domicilium obtinuisse ex simplici sororis intentione.

Unde cum Genovefa tempore, quo initum est matrimonium nec domicilium vel quasi-domicilium in parochia S. Philippi habuisset, concludendum est, ait orator, parochum S. Philippi non fuisse proprium, ac proinde ob defectum formae Tridentinae nullum atque irritum esse hoc matrimonium.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. EX altera parte vinculi matrimonialis defensor ad principia iuris assurgens effuso calamo disquisitionem instaurat circa parochi praesentiam, quae iuxta praescriptionem Cap. *Tametsi* Conc. Trid. requiritur ad validum matrimonium contrahendum ; at has elucubrationes non p er sequar.

Propius vero ad quaestionem nostram descendens Orator, in primis notat, quod ut certo constet de clandestinitate matrimonii in controversiam adducti, duo sin minus in probatis sint oportet : videlicet primo neutrum nupturientium tempore, quo initum est matrimonium, domicilium vel quasi domicilium habuisse in parochia sancti Philippi du Roule: secundo neutrum illorum fuisse vagum, seu rectius, caruisse proprio parocho. Si alterutrum deficiat, Eduardus necessario causa cadit.

Quod primum spectat, adversus comitem Eduardum militat codex parochialis, ait orator. In testimonio enim celebrati matrimonii legitur : « Marie Anne Geneviève, demeurant rue Frédéric Bastiat 10 ». Iam vero in confessis est rue Frédéric Bastiat 10 sitam esse intra paroeciae sancti Philippi du Roule fines. Neminem vero latet codices parochiales, quippe qui aequiparantur instrumento publico, ex receptissima doctorum sententia facere probationem probatam, praevalere cuiuscumque probationi, habere pro se omnem iuris praesumptionem. Ideoque contra instrumentum.

publicum, ceu passim tradit sacra Rota, probationes requiruntur praecise et necessario concludentes.

Ulterius Margarita Faure, Genovefae soror, in sua depositione talia confessa est, ex quibus deducitur Genovefam in parochia S. Philippi domicilium habuisse. Nam refert: « Mon beau père habitait à l'Abbaye St. Nicolas (Aisne). Après la mort de ma mère il avait été décidé que ma soeur habiterait l'hiver avec moi à Paris. Ma soeur vint avec moi à Paris fin de septembre 1892, à ce moment il n'était nullement question de mariage pour ma soeur. Fin septembre 1892, je descendis rue Faubourg St. Honoré 130 (sita intra fines parochiae sancti Philippi du Roule) chez une de mes tantes Madame de Fitz James. Nous avions un appartement rue Frédéric Bastiat 10, où étaient encore nos meubles. Un de mes enfants étant tombé malade chez ma tante, j'y restai pour le soigner ».

« Au commencement d'octobre 1892 mon mari et ma soeur firent notre déménagement. Nous venions de contracter un bail de trois, six et neuf ans pour l'Avenue Victor Hugo 3, où ils s'établirent immédiatement avec ceux des enfants qui n'étaient pas malades. Nous voulions pas retourner rue Frédéric Bastiat où deux de-nos enfants, dont l'un mourut peu après, avaient contracté la diphtérie en mai-juin 1891. Nous avions quitté cette demeure en juin 1891. Ma soeur à partir de cette époque n'est jamais allée habiter rue Frédéric Bastiat. Nous gardions cet appartement parce que nous n'étions pas à fin de bail. Nous l'avions même prêté à un de nos amis ».

Ulterius eadem Margarita percontata a iudice: « Au moment du mariage de Mademoiselle votre soeur, aviez-vous déjà loué un appartement devenu vacant dans la maison de Madame votre tante 130. Faubourg St. Honoré? » respondet: « Je vous demande la permission de consulter mon homme d'affaires pour préciser mes souvenirs, et je vous enverrai la réponse ». At, advertit orator, inter acta non reperitur responsio.

Iterum ex officio, instante Defensore, iudex quaerit: « Aviez-vous du moins avant le mariage de Mademoiselle votre soeur l'intention arrêté, de quitter l'appartement de l'Avenue Victor Hugo 3, et à quelle époque exactement avez-vous pris ce parti ? » Ad haec Margarita : « Oui, avant le mariage de ma soeur j'avais résolu de quitter l'avenue Victor Hugo 3, pour me rapprocher de ma tante Madame de Fitz-James. Ce qui me sert de point de repère c'est le propos que me tint Madame Vandal mère : Tant mieux nous serons ainsi plus rapprochés ».

Pressius quoad domicilium Genovefae apud sororem, nempe Margaritam, ipse Eduardus in libello iudiciario scribit: « Mademoiselle Brady majeure s'était installée à l'a fin de septembre 1892 (matrimonium celebratum est die 18 februarii 1893), chez sa soeur Madame Faure ». Idem Eduardus iudiciali in examine recolit : « Le père de M.lle Brady habitait à l'abbaye de St* Nicolas de Bois dans le département de l'Aisne, et Mlle Brady habitait chez sa soeur ».

Nec aliter confitetur Genovefa, prosequitur matrimonii vindex, quippe quae iurat : « Je demeurais avec mon père, et je suivais ma soeur presque toujours quand elle venait à Paris. En octobre 1892 je suis venue d'une manière plus fixe avec elle ». Consonat parochus Franciscus Salmón, inquiens: « Mademoiselle Brady est venue à Paris à la fin de l'année 1892. Elle est descendue chez sa sœur M.me Faure. Je ne crois pas qu'à cette époque il fut encore question du mariage avec Mr. Vandal. M.lle Brady venait à Paris, avant l'intention de se marier ». Ferdinandus Tempe testatur: « Mademoiselle Brady demeurait chez sa soeur Mme Faure ».

Pretiosa verum quoad domicilium Margaritae renuntiat parochus S. Philippi du Roule, aiens : « La famille de Mlle Brady a donné comme adresse la rue Frédéric Bastiat de ma paroisse. J'eus occasion de voir le famille de Mlle Brady, et on me dit qu'on avait un domicile rue Frédéric Bastiat et que plus tard on devait aller sur la paroisse de Chail-

lot. — D'après ce qui m'avait été dit, Madame Faure sœur de Mlle Brady habitait rue Frédéric Bastiat, et elle n'avait pas quitté ce domicile, autrement je n'eus pas laissé faire ce mariage sans délégation ».

Hic orator notat factum magni momenti nempe matrimonialem nupturientium consensum de licentia parochi sancti Philippi du Roule excepit Monsieur l'Abbé Le Rebours « curé de la Madeleine en qualité d'ami de la famille ». At vix intelligit orator quo fieri potuerit, ut amicus familiae, ignoraverit domicilium eiusdem. Eoque magis, quia familia Faure iuxta adversarios discéssit a *rue Frédéric Bastiat* animo non amplius redeundi, mense iunio 1891 idest duobus annis ante matrimonii celebrationem. Ideoque parochus iste, qui viam universae carnis ingressus est, si familia Faure tempore matrimonii lares habuisset in parochia sancti Honorati d'Eylau, conspirans cum familia Faure, sciens prudens parochum sancti Philippi in re gravissima sacrilege decepisset. Quod nemo sanus facile inducitur ut credat.

Igitur vinculi defensor rem dilemmate dimittit : quando matrimonium celebratum est, familia Faure et consequenter Genovefa aut domicilium adhuc retinebat in *rue Frédéric Bastiat,* aut certe lares ad avenue Victor Hugo 3, idest ad paroeciam sancti Honorati minime transtulerat : cui consequitur ut Genovefa, quae « après la mort de sa mère, vint habiter chez sa sœur » eo temporis intervallo careret parocho proprio, et proin matrimonium valide et licite contrahere posset coram quocumque parocho. Ad rem clarissimum Ecclesiae lumen Prosper Lambertini, qui in sua *33 noti f. num. 10* haec habet : « Già è regola certa, che il parroco delle persone vaganti è quello di quel luogo, in cui esse attualmente si trovano... Il che ha luogo, ancorché uno solo dei contraenti fosse vagante____Ma correndo alle volte qualche equivoco, prendendosi il pellegrino per vagante, il che non è vero, essendo vagante quello, che avendo lasciato il proprio domicilio, ne va a cercare un altro ove possa fer-

marsi secondo il testo nella L. *Eius § Geisas ff. ad municipalem,* ed essendo pellegrino quello, che viaggia ritenendo però l'animo di ritornare all' antico domicilio ».

Idem confirmat auctoritate Sánchez, in hac re facile principis, qui in suo opere *de matrim, lib. 3, disput. 25, num. I, 2,3 et 4* tradit : « Vagi hi dicuntur qui nullibi certam ac constantem sedem ac domicilium habent, sed hinc inde vagantur. Dicuntur etiam *vagi* qui pristinum domicilium (habitationis) omnino deserentes, navigant vel iter faciunt quaerentes ubi se collocent : hi enim sine domicilio sunt, ob idque vagi dicuntur. Dubitabit aliquis, an qui relicto priori domicilio, iter facit ad locum in quo domicilium constituere destinavit, censeatur vagus, dum relicto priori domicilio iter agit? Et credo vagum dici, idque sentire textum citatum et doctores : nam eam rationem reddunt, cur vagus sit, quia sine domicilio est: sed qui relicto priori domicilio, iter agit ad locum ubi figere pedem decrevit, dum est in via caret domicilio, ergo erit vagus ».

Nec claritate minori Sánchez docet vagum, quoad rem presentem, dici nedum eum, qui *nationi* aut *civitati* valedicet, verum etiam eum, qui eadem in natione eodemque in oppido persistens, priori relicta pergit in aliam eiusdem oppidi parochiam. Prosequitur enim : « Hinc infertur, qui relicta parochia, nondum statuit ad quam migraturus sit, sed quaerens domum, interim in aliqua parochia hospitatur ad breve tempus, dici vagum *respectu parochianorum illius oppidi ».*

Item, prosequitur orator, extra controversiam est quemlibet parochum assistere valide posse matrimonium vagorum, etiamsi unus tantum contrahentium sit vagus : « il che, ait Lambertini *loc. cit.,* ha luogo, ancorché un solo dei contraenti fosse vagante ».

Ita etiam compertissimi iuris est, originis domicilium minime prohibere quominus vagis quis accenseatur, atque in re praesenti non originis, sed habitationis solummodo domicilium attendi. Redeat Sánchez *oper. cit. disput. 25,*

num. *1* (ibi): « Merito reprobanda est sententia aliquorum, qui, teste Iulio Claro, aiunt exigi etiam, ut aliqui vagi dicantur, carere domicilio originis. Sed bene id reprobat, quia necessarium esset vagorum civitatem funditus esse eversam, unde concludit satis esse ut dicantur vagi, si domicilio habitationis careant ». Et ad rem saepedictus Lambertini in cit. ***Instruct,*** ad clerum Bononiensem tradit: « La seconda (fra le cose risolute dalla Sacra Congregazione e nelle quali concordano gli autori) si è, che nella materia del matrimonio il proprio parroco sia quello del domicilio e non quello dell' origine ».

Tametsi, quaerit matrimonii defensor, qua in paroecia est domicilium vel quasi-domicilium actoris? Profecto Baronissa Martia de Sancy, actoris consobrina, sciscitata : « Oh habitait alors Mr. le Comte Vandal? Où habitait sa famille ? Avait-il à Paris un domicile, ou n'y venait-il qu'en passant et sans aucune intention d'y séjourner ? » iuramento obstricta die 23 martii 1897 reponit : « Monsieur le Comte Edouard Vandal avait à Paris le même domicile que sa mère rue Jean Goujon 9 ».

Orator non diffitetur eam baronissam litteris die 20 insequentis iunii ad iudicem datis contendere actorem sedem habuisse in parochia ***de Pfaffans, territoire de B elf ort ;*** at praeterquam quod suspectum est testimonium hoc tribus post mensibus editum ipsa loquitur « de fréquents voyages (Eduardi) à sa ferme, où il était électeur et qui a été vendue depuis ». Iam vero, ait orator, frequentes concursationes ad propria latifundia, ius electoris, tributorum pensatio aliaque huiusmodi distant omnino a domicilio habitationis.

Ex hoc vinculi assertor deducit non satis constare, comitem Eduardum domicilium vel quasi-domicilium habuisse in parochia Pfaffans. Rector autem istius paroeciae, quamvis comitem nuncupet « son paroissien », sibi tamen subditum, seu « son paroissien », stricto sensu esse abscisse infìciatur, dum inquit: « Pour ce mariage Mr. le Curé de Pfaffans n'avait autorisation à fournir ».

Unde concludit, de clandestinitate matrimonii non constare, cum in probatis haud esset Genovefam, quando initum est matrimonium, in parochia sancti Philippi du Roule non habuisse domicilium vel quasi-domicilium. Nec demonstratum est qua in alia paroecia lares eo temporis habuerit sive Genovefa sive Eduardus.

Quious praenotatis, propositum fuit diluendum

Dnbium

An sententia Curiae Archiepiscopalis Parisiensis diei 5 Martii 1898 sit confirmanda vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Conc. re disceptata sub die **20** Augusti **1898** censuit respondere : *Sententiam esse confirmandam.*

NEAPOLITANA

PRAECEDENTIAE

***Die** 2 **Aprilis** i898.*

Sess. 25, cap. 12, De reform.

COMPENDIUM FACTI. Haec controversia primo proposita fuit die **23** Ian. **1897** et huic rogandi formulae « *An et quomodo praecedentiae ius haberi debeat a confratribus a SSmo Rosario nuncupatis prae alia confraternitate in casu* » ; Vobis rescribere placuit : « *Placere de concordia iuxta votum Effai Archiepiscopi* ». At Sodalitas, cui a S. Augustino et a S. Monica nomen est, huic sententiae non acquiescens petiit iterum causam agitari et die **31** Iulii **1897** respondistis « *Dilata ad primam post proximam* »; in plenariis comitiis autem die **11** Sept. **1897** rescriptum prodiit «*Dilata et audiatur Archiepiscopus super noviter deductis* » **(1).**

(i) Recole Vol. XXIX, 675 ubi relata fuit prima huius quaestionis propositio.

Disceptatio Synoptica

Ordinarius rogatus de informatione et voto retulit: errorem facti esse quod Sodalitium ss. Augustini et Monicae admiserit consuetudinem , de qua res est in folio officii. Etenim solum in scriptura, typis edita, quando apud civile Tribunal agitata est quaestio haec, legere est, duas ex quatuor Sodalitatibus Turris Annuntiatae, coepisse alias praecedere, obtento a laica potestate titulo Archiconfraternitatis. Quilibet ideo facile percipit dictionem hanc nullimode constituere consuetudinem, quae dicitur admissa ab una ex partibus litigantibus nempe a Sodalitio ss. Augustini et Monicae.

De cetero, posthabitis etiam aliis argumentis, ambigi nequit , *quasi possessionem,* et *anterioritatem erectionis* duos constituere titulos praecedentiae iuxta Bullam gregorianam, editam pro moderanda praecedentia. Idque ex iure communi provenit; qua de re donec ius non immutetur, ita ut certum appareat titulum Archiconfraternitatis secumferre praecedentiam super alia Sodalitia diversae speciei, quaestio resolvenda erit per dispositum a Bulla gregoriana.

Verumtamen ex quo SSmus Pater detulit quaestionem praecedentiae definiendam Sacrae Concilii Congregationi, colligere sinit, titulum Archiconfraternitatis non conferre ius praecedentiae.

Quibus animadversis propositum fuit diluendum

Dubium

An sit standum vel recedendum a decisis in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii, re disceptata sub die 2 Aprilis 1898 censuit respondere : *Attentis noviter deductis recedendum a decisis, et ius praecedentiae pertinere ad Archiconfraternitatem SS uti Rosarii.*

EX 3. GONGREG. INDULGENTIARUM

MONITUM

Fu riferito a questa S. Congregazione delle Indulgenze e SS. Reliquie, che si vanno distribuendo in Roma, ed anche fuori, certe corone, alle quali si attribuiscono Indulgenze plenarie e parziali in gran copia, affermandosi che ad ogni *chicco* o grano delle medesime, per ogni *Pater* ed *Ave,* sono annesse le Indulgenze di Terra Santa.

Nuntiatum est huic Sacrae Patrum Cardinalium Congregationi, Ecclesiae Indulgentiis et Sanctorum Reliquiis curandis praepositae, cum Romae, tum vero etiam extra Urbem, Coronulas B. V. (seu Rosaria) a quibusdam passim distribui, quibus sacras Indulgentias sive plenarias, sive partiales affatim adtribuunt, dictitantes, unicuique earum granulo, sive maiori, in quo *Oratio Dominica,* sive minori, in quo *Salutatio Angelica* recitatur, Sacras Terrae Sanctae Indulgentias adnexas esse.

Fatta di ciò relazione alla Santità di nostro Signore Leone PP. XIII dal sottoscritto Cardinale Prefetto nell'udienza del 6 Settembre 1898, la stessa Santità Sua ha ordinato che si dichiari, per istruzione dei fedeli, che non si possono e non si devono intendere concesse le Indulgenze di Terra Santa per ciascun *ehieco* o grano delle dette corone per ogni *Pater* ed *Ave.* Che se qualche numero di corone fu veramente benedetto colle Indulgenze di Terra Santa, si deve intendere, come infatti è, che per questa benedizione le dette corone furono semplicemente pareggiate a quelle che toccarono i Luoghi Santi, e nulla più. Sicché i fedeli, che piamente le ritengono, possono acquistare le sole Indulgenze descritte nella *Rac-*

Facta huiusce rei SSiïio D. N. Leoni Papae XIII relatione per subscriptam Cardinalem Praefectum in audientia habita die 6 Septembris proxime elapsi, idem SSmus Pater Fideles opportune moneri iussit, atque haec iisdem sedulo declarari : Sacras Terrae Sanctae Indulgentias cuique granulo (recitata ibi supradicta Oratione vel Salutatione) adnexas nequaquam dici posse.

Si vero aliquot huiusmodi Coronulis speciali benedictione Sacrae Hierosolymorum Indulgentiae reapse adnexae fuerunt, id ita intelligendum (uti revera est), hisce Coronulis eadem privilegia concessa fuisse, ac illis, quae Loca Sancta contigerunt, et nihil amplius.

Itaque Fideles, qui eas pie gestant, eas solas Indulgentias

colta di orazioni e pie opere per le quali sono state concesse dai Sommi Pontefici le Sante Indulgenze, pubblicata con approvazione pontificia, come ivi si leggono sotto il titolo CORONE E ROSARII DI TERRA SANTA : avvertendo però, che per lucrare una qualunque delle Indulgenze Plenarie o parziali, sotto il detto titolo enumerate, è assolutamente necessario di adempire le pie opere e le condizioni rispettivamente prescritte, così come sono espresse nella *Raccolta* medesima.

Queste dichiarazioni pubblichiamo per norma dei fedeli in esecuzione dell' espresso mandato avutone dal SSmo Nostro Padre e Signore.

Dato in Roma dalla Segreteria della S. Congregazione delle Indulgenze e SS. Reliquie il 6 Settembre 1898.

lucrari posse, quae continentur in *Collectione precum et piorum operum, quibus a Romanis Pontificibus concessae fuerunt,* anno 1898, Romae SSmo D. N. Leone XIII. approbante, typis edita; quaeque ibi perlegi possunt sub titulis seu vocabulis : CORONE E ROSARII DI TERRA SANTA.

Animadvertendum tamen est, ad quamlibet ex Indulgentiis sive plenariis (quas vocant), sive partialibus, quae sub iis titulis recensentur, omnino oportere, ut pia opera ibi praescripta, et omnes conditiones quae in ipsa collectione proponuntur, adamussim adimpleantur.

Haec monita Fideles dirigendi gratia, SSîîii Patris et Domini nostri mandatis obtemperantes, edimus.

Dat. Romae ex Scribarum Curia S. Congregationis Indulgentiis Ecclesiae et Sanctorum Reliquiis curandis praepositae, Die 6 Septembris Anno J898.

Fr. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. £9 S. Loco Antist. A. ARCHIEP. ANTINOEN., *Secretarii.*

IOSEPHUS M. Can. COSELLI *Substitutus.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

ANDEGAVEN. Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei ioannae Delanoue institutricis sororum s. Annae a providentia nuncupatarum.

Inter praeclaras feminas quae saeculo decimo septimo et octavo christianae pietatis laude simulque misericordiae in proximos operibus florebant, haud ultimum locum sibi vindicat

Ioanna Delanoue Sororum S. Annae a Providentia nuncupatarum institutrix ac mater. Haec Iansenistarum insidiis expetita et, Deo adiuvante, a laqueo venantium erepta, singularem divinae misericordiae praegustavit dulcedinem. Salmurii in Gallia a Petro et Francisca Hureau piis honestisque coniugibus, die 18 Iunii anno 1666 in lucem prodiit duodecima inter filios, eodemque die lustralibus aquis abluta est. Adhuc infantala e gravi periculo vitae illaesa mirifice apparuit. Succrescente aetate, ingenii indole praestans, quandam animi elationem et gloriolam dominandi quam sentiebat comprimere studuit. Scrupulis tentata quietem invenit dum monitis iussisque confessarii sui obtemperabat. Post obitum parentum cum nepte vivens nimiae parsimoniae studio aliquantulum indulsit. Verum hortatu piae cuiusdam viduae Franciscae Souchat, quam Ioanna in hospitium receperat, sub festo Pentecostes anno 1694, caducis rebus contemptis, in divinae providentiae sinum se confugit. Haud amplius de se sollicita, tota in egenos überaus et misericors, veluti mater, extitit. Ad huiusmodi charitatis officia famula Dei se destinari cognoverat ; quod etiam eidem ipsa Francisca praedixerat. In suburbio S. Florentii, Caesaroduni et Salmurii praeclarum huius charitatis specimen dedit: atque illud praecipue memorandum. Instituti Sororum S. Annae a Providentia exordium quo puella a suis derelicta et a Serva Dei assumpta in ipsius domunculam hospitalem deducta fuit. Anno 1702 puellae in hospitium receptae iam duodecim erant, atque aucto earum numero, opitulante pia matrona commodiores habitationes obtentae sunt: donec permagna domus Salmurii constituta fuit quae sexcentis pauperibus hospitium praeberet. Ioanna, licet a nepte adiuta, quum nihilominus tantae pauperum multitudini regendae curandaeque impar esset, nonnullae Virgines, Deo inspirante, se illi in partem laboris obtulerunt. Quas adiutrices ipsa admisit, proposita iisdem quadam religiosae vitae regula cum habitu communi, quem susceperunt die sacro S. Annae Matri B. M. V. et novae Congregationis Patronae ac Titulari. Vertente autem anno 1709, eaedem prima nuncuparunt vota; et anno insequente earum regula ab Episcopo Andegavensi approbata est. Famula Dei se suamque religiosam familiam ad amorem Dei et proximi et ad despicientiam mundi excitabat, atque severiori quadam disciplina secum agebat, accedentibus saepe saepius non modo impiorum et improborum irrisionibus

et conviciis, sed etiam ipsius suae conscientiae moderatoris acrioribus reprehensiones, quibus virtus Servae Dei, velut aurum in igne tribulationis purgata, splendidior enituit. Ceterum Deus totius consolationis Servae Suae opem imploranti frequenter adstitit supernam largiens suavitatem. Neque ei defuerunt memoratae Franciscae Souchat consilia ac verba consolatoria, quibus fidelis Dei minister Ludovicus G-rignon, nuper Beatorum albo adscriptus, adiunxit de Ioannae vita, instituto et regula laudem et approbationem. Interim opus suum divina Providentia ita ampliavit, ut novem hospitiis extantibus vivente Ioanna, post eius obitum usque ad haec tempora plus quam centum domus pauperibus, pueris ac infirmis sub sororum S. Annae regimine pateant. Tandem Dei Famula septuagenaria, animi corporisque aerumnis fere per integrum annum tentata, sed coelesti pabulo bis in hebdomada, Ordinario dioecesano annuente recreata, iam moribunda, sermone ad sorores habito de amore Dei et proximi deque regula sancte servanda, et extremis Ecclesiae precibus recitatis die 17 Augusti anno 1736 pretiosam obiit mortem. Fama sanctitatis quam Ioanna Delanoue acquisierat vivens, et post eius obitum confirmata ita constanter ad haec usque tempora increbuit, ut Ordinaria inquisitio super ea in Curia Andegavensi adornata et Romam transmissa in Actis S. R. C. pro Causae Introductione exhibita fuerit. Quare instantibus Causae Postulatoribus, primo quidem Rmo P. Vincentio Ligiez Ord. Praed. et hoc defuncto, Rmo P. Mauro Maria Kaiser eiusdem Ordinis sacerdote professo, nomine etiam Rmi Episcopi Andegavensis et Congregationis Sororum S. Annae a Providentia *de Saumur,* atque attentis litteris postulatoriis nonnullorum Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum, nec non Abbatum et Superiorum Ordinum vel Congregationum regularium, quum iam edita fuerint decreta sive de non reperitione scriptorum Servae Dei, ad effectum procedendi ad ulteriora, sive de proponenda Signatura Commissionis ad Causam introducendam in S. Congregatione Ordinaria ante lapsum decennii absque interventu et voto Consultorum, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Caietanus Aloisi-Masella, huiusce Causae Relator, in Ordinario eiusdem Sacrae Congregationis Conventu, subsignata die ad Vaticanum habito, sequens dubium discutiendum proposuit: « *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in*

casu et ad effectum de quo agitur ». Atque Emi et Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Cardinalis Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari, sanctae Fidei promotore, omnibusque diligenter expensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem si Sanctissimo placuerit.* Die 10 Decembris 1898.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae eiusdem Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Venerabilis Servae Dei Ioannae Delanoue, die duodecima, iisdem mense et anno.

C. CARD. MAZZELLA 5. *R. C. Praef.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI *S. R. C. Secr.*

EX S. CONGR. EPISC. ET REGULARIUM

DUBIUM; exquiritur an expelli possint absque processu regulari, ab institutis votorum simplicium, alumni nondum ad sacros Ordines promoti.

Beatissime Pater,

N. N. ad S. V. pedes provolutus, ea qua par est reverentia exponit: sunt infauste in hac Congregatione aliqui alumni Ordinibus Maioribus non insigniti, qui post repetitas admonitiones etiam in notabiles Regularum infractiones et gravia peccata contra vota religiosa relapsi sunt, non sine scandalo et seductione aliorum confratrum, murmurantes et calumnias spargentes contra Superiores, Institutum et vocationem religiosam. Istorum aliqui veniam petierunt cum promissione seu proposito non amplius delinquendi, nihilominus ad eumdem vomitum redierunt. Venia saepe relapsis concessa confirmat abs dubio sequaces in praepostera agendi ratione cum relaxationis periculo; et dubitatur de intelligentia recentis Decreti « *Auctis admodum* » super facultate expellendi alumnos votorum simplicium perpetuorum non ordinatos in sacris sine processus formatione, ad quod Constitutiones nostrae Superiori Generali auctoritatem conferunt. Hinc, ut tanto damno opportune occurrere possit, Ora-

tor, sequentis dubii solutionem humiliter postulat, scilicet : - An Superior Generalis suos alumnos inobservantes, ut in casu proposito, ab Instituto expeliere queat. Et in casu affirmativo : An eadem potestate gaudeat Superior Provincialis respectu suorum alumnorum ?

Sacra Congregatio Emorum et Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, super dubiis propositis respondendum censuit uti sequitur : — *Ad 1um* Prout proponitur, *negative;* sed Sacra Congregatio facultatem Superiori Generali, una cum suo Consilio Generalitia benigne tribuit procedendi ad dimissionem Alumnorum de quibus agitur, quatenus enuntiati Alumni in Ordinibus Sacris constituti non fuerint, summario modo, constito de eorum incorrigibilitate, seu processu camerali cum descriptione criminum et aliqua probatione nec non constituto aliquo viro Religioso pro Defensore, firmo remanente perpetuo voto castitatis ab eisdem in dicto Instituto emisso. — *Ad 2um Negative.*

Romae 4 Iulii 1898.

S. CARD. VANNUTELLI, *Praefectus.*

L. © S.

A. TROMBETTA, *Secretarius.*

EX S. CONGR. J ^ R J J . INQUISITIONIS

LITTERAE R. P. D. Assessoris ad D. Seorefarium S. C. Conc. quoad delegationem etc.

Die 17 Decembris 1898.

In ossequio agli ordini ricevuti dagli Emi Sigg. Cardinali Inquisitori generali il sottoscritto Assessore del S. Uffìzio si reca a premura di significare a V. S. Illiìia per norma di codesto s. Dicastero quanto segue:

Nella Cong. di fer. IV 14 corr. discusso il dubbio « An possit Episcopus Dioecesanus subdelegare, absque speciali concessione, suis Vicariis generalibus, aut aliis Ecclesiasticis viris, generali modo, vel saltem pro casu particulari, facultates ab Apostolica Sede sibi ad tempus delegatas ? » i sullodati Emi Padri hanno emanata la seguente risposta, approvata nella successiva udienza da Sua Santità : *Affirmative* dummodo id in facultatibus non prohibeatur, neque subdelegandi ius pro aliquibus tantum coarctetur : in hoc enim casu servanda erit adamussim forma rescripti ».

Con sensi della più distinta stima lo scrivente si ripete

Devmo Servitore
CASIMIRO Arciv. di Lepanto *Assessore.*

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

NEAPOLITANA

PRAECEDENTIAE

Die 16 Iulii 1898.

Sess. 25, cap. 12, De reform.

COMPENDIUM FACTI. In Civitate Neapolitana iam a remotissima aetate constitutum est Collegium Sacerdotum in re theologica Doctorum, quorum fuit sacras docere disciplinas et iuribus et privilegiis seu gradibus academicis honestare eos qui suae doctrinae dignum coram ipsis fecissent experimentum. — Regni Neapolitani Principes qui hoc Collegium constituerunt, Magistros huic adscriptos habuerunt quasi *consiliarios regios* et *regios carelianos* eosdemque deputarunt ad exercendam censuram in libros reprobandae lectionis, et ad curandum, nomine regiae auctoritatis, Catholicae Religionis tutamen et incrementum.

Contendunt vero magnis animis Theologi ut probent suum Collegium, ab auctoritate regia constitutum, nunquam discedisse a Romani Pontificis obsequio et reverentia, imo ipsum collegium fuisse, rogatu Ferdinandi de Aragonia Regis, instauratum et innovatum a Paulo II et hodie gloriari titulo collegii Pontificii, uti colligere est ex apposito Brevi *In suprema.*

In suis fastis Collegium recenset, e suo gremio viros prodiisse omni laude et dignitate praestantes, et ex his ferme quatuor Romanos Pontifices fuisse renunciatos, quos inter Benedictus XIII, qui Collegii Magister Decanus extiterat. Hic Theologos insignibus honestavit concessis Brevi *E suprema Apostolicae dignitatis specula.*

In alio Brevi idem Pontifex usum horum insignium determinavit et aliud concessit insigne.

Theologi suum munus iuxta veteres constitutiones prosecuti sunt usque ad a. 1860 quo ob rerum publicarum ever-

siones perditissimi homines eo audaciae pervenerunt, ut nedum totam studiorum rationem in catholicis Italiae universitatibus susdeque verterint, bene vero ipsas theologicas facultates ex iis studiorum domiciliis, impio ausu, depulerint, uti dolet Pius IX in Brevi - *Inter gravissimas* - dato a. 1874 ad instaurandum Studium Collegii Theologici in civitate Neapolitana.

Vetus Theologorum Collegium novis ^temporibus sapientissime obsecundans nihil amisit veteris dignitatis, adeo ut viri doctissimi et praestantissimi et purpurati Patres in albo huius Collegii, honoris causa, adscripti sint, Ipseque Leo XIII fel. reg. Collegio nomen dare non sit dedignatus.

Interim Theologi consilium coeperunt sibi vindicandi certum locum honoris et praecedentiae in publicis functionibus et supplicationibus, quibus adsunt alia religiosa corpora; eo quod eorum Collegium nunc factum sit pontificium, a S. Congregatione Studiorum dependentiam habeat, et immediatum superiorem Archiepiscopum Neapolitanum. Quaerunt ideo an praecedere valeant canonici Collegiatarum aut saltem parochi.

Disceptatio Synoptica

DEDUCTIONES THEOLOGORUM. EX Pontificia constitutione fortius Theologi vindicant suo collegio titulum et iura *Collegii* Pontificii, unde Archiepiscopus Neapolitanus pro tempore munere fungitur Cancellarii Collegii Theologalis, sed *nomine et delegatione S. Sedis;* quocirca, Sede Neapolitana vacante, Collegium directe subest S. Congregationi Studiis regundis praepositae.

Instant vero theologi vehementer in sibi vindicando titulo Collegii Pontificii , ut a se abiudicent notam Collegii mere *saecularis* et *regii;* et inde facilius persuadeant sibi partem competere in publicis functionibus et supplicationibus, siquidem ipsi constituunt collegium non mere scientificum, sed *ecclesiasticum* et *liturgicum* seu ordinatum etiam ad nonnullas peragendas functiones publici cultus.

Referunt theologi controversiam, hac de re, excitatam fuisse a. 1730 inter suum Collegium et quatuor sodalitates ecclesiasticas et litem fuisse definitam a S. Rota Romana, quae Collegio Theologorum vindicavit partem in sacris functionibus et congruam praecedentiam.

Praeterea narrant Theologi se quotannis ab a. 1785 habuisse *locum proximum SS. Sacramento* in solemni supplicatione quae ducebatur ab Oratorio dicto a *Sancta Scala.*

Iamvero Collegii - *leges, statuta et privilegia* - edita *a. 1831, cap. 34,* iubent: « Ad processiones quascumque amplius Magistri non accedant, nisi in re admodum gravi et de Magni Cancellarii consensu; et tunc semper incedant habitu magistrali sicut et Porterius cum sceptro collegiali et vestes violacea talari. Nec particulares magistri sine sceptro exteris audeant deinceps Processionibus interesse, sub poena privationis emolumentorum per duos menses ».

Verum *a. 1854 et 1856* Curia Neapolitana suis decretis ius praecedentiae quoad Ecclesias Collegiatas et ipsos Parochos Collegio Theologorum abiudicavit. Res ita se habuit. Anno 1854 inter alias functiones in honorem S. Caietani Thienensis habendas, solemnis supplicatio indicta est, et ex regio edicto ordo praescriptus fuit quo Collegia Neapolitana in eadem partem haberent, *honoris loco assignato* Theologorum Collegio. At Curia Neapolitana hanc ordinationem ratam non habuit et praescripsit, parochos praecedentia locum habituros esse super Theologis, qui, protestatione edita, obtemperarunt. - Rex controversiam cognoscendam commisit - *alia Commissione della Giustizia o degli Affari Ecclesiastici nella Consulta di Stato* - quae *a. 1856* sententiam tulit Theologorum intentioni secundam. At Archiepiscopus Neapolitanus sententiam reproba vit, neque executioni demandari permisit edicens - *come sempre e come di diritto* - praecedentiam canonicis parochis competere.

Acquieverunt Theologi, sed vulnus sub pectore servabant ; quare hodie formiter actionem vindicationis apud amplissimum Senatum EE. PP. instaurant et urgent, iis in-

nixi rationibus adductis quasque Theologi per libellum defensionis qui circumfertur, enucleatius explicant. - Sed defensionis capita sunt tum qualitas Collegii quod *ecclesiasticum* esse et *liturgicum satis superque* se probasse confidunt Theologi, tum nativa dignitas et praecellentia, quam aiunt inesse huic Collegio, quamque repetunt ex textibus S. Scripturae ob praestantiam S. Theologiae, uti confirmat Honorius III in cap. « *Super Specula* » in titulo - *De Magistris* - haec decernens : « *Volumus et mandamus, ut Statutum in Concilio Generali de Magistris Theologicis per singulas métropoles statuendis inviolabiliter observetur. Statuentes ut quia super hoc propter raritatem magistrorum se possent aliqui forsitan excusare, ab Ecclesiarum Praelatis et Capitulis ad Theologicae professionis studium aliqui destinentur, qui cum docti fuerint in Dei Ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti: ex quibus postmodum copia possit haberi doctorum, qui velut stellae in perpetuas aeternitates mansuri, ad iustitiam plurimos erudire: quibus si proprii proventus non sufficiunt, praedicti necessaria subministrent* ».

Unde concludunt Theologi, sibi partem competere in sacris functionibus uti significant sacra insignia, quibus sunt honestati et uti docet usus ; dedecere vere magnopere Theologos incedere post Canonicos Ecclesiarum Collegiatarum et praesertim post Parochos, non Collegium proprie constituentes, sed tantum *collegialiter* incedentes, uti dedeceret Magistros incedere post discipulos.

DEDUCTIONES CANONICORUM. EX adverso deduxerunt suas animadversiones et Canonici trium Collegiatarum et Parochi. - Isti conveniunt in admittenda pervetusta origine Collegii Theologorum, quamvis ad vertant non plane constare an ista repetenda sit a Rogerio Normanno, prouti contendunt Theologi. Sed contradictores negant Theologis expetitam praecedentiam ea potissimum de causa quia eorum collegium est *doctorale* et *academicum,* nullum habens locum in hierarchia iurisdictionis et ecclesiastici ministerii, unde ex iure communi repetitur gradus praecedentiae in publicis

sacris functionibus. Siquidem beneficia et officia ecclesiastica ordinata ad regimen populi fidelis sunt mensura praecedentiae in Ecclesia iuxta Congr. Rituum decisionem *die 22 Ian. 1678,* scilicet : « *Sacerdos provisus de beneficio etiam simplici et extra Collegiatam valet Sacerdotibus simplicibus antiquioribus in ordine praecedere in processionibus et functionibus simplicibus* ». Et quia contradicunt Theologi advertentes Vicario Generali et Episcopo Titulari praecedentiam competere super Canonicos, reponunt adversarii hoc ex *officio* repetendum esse suapte vi ordinato ad regimen publicum fidelium seu ex hierarchia iurisdictionis.

Praeterea notant, facta quae adducuntur a Theologis consuetudinis ius non evincere, quia non probant Theologos praecessisse *Canonicis* et *Parochis* - Quoad speciale factum processionis ductae a Sacello *Scalae Sanctae,* in quo Theologi occupabant - *locum proximum SSmo Sacramento* - referunt adversarii quod « *proximum scilicet SSiho Sacramento locum occuparent dummodo etiam intersint excellentissimae Urbis Nostrae Praefecti* » (seu civiles Magistratus). *Articolo XXXVI delle modifiche dell' antico Statuto.* - Aiunt vere huic functioni neque Canonicos, neque Parochos interfuisse ; et inde confirmari qualitatem Theologorum, qui a sua origine extiterunt *Capellani regii.*

Quam indolem Collegii omnino *civilis* et non proprie *liturgici* contendunt adversarii non fuisse abolitam in Collegio ex Brevi « *Inter gravissimas* » quia hoc instauravit *vetus collegium,* quod fuit amplissime *confirmatum.* Ratione disciplinae Theologicae, instant, potest appellari Pontificium collegium et subest Congregationi Studiorum ; uti etiam eius insignia significant antiquiorem originem huius Collegii fundati in media aetate quando Magistri specialibus vestibus utebantur, ut ab aliis et a discipulis secernerentur. In specie advertunt, vestes solemnes Theologorum ex colore albo et nigro distinctas referre habitum, sed breviorem Patrum Dominicianorum ; quippe primitus plures e Magistris in Collegio Theologorum erant ex ista familia, et in Conventu

horum Fratrum Theologiam tradi coeptum est. Crux pectoralis vulgo *Encolpio* est, inquiunt, signum Theologiae seu Sapientiae Crucis.

In animadversionibus exhibitis a Canonicis trium Collegiatarum, plura disseruntur, ut quaeque ostendat suam antiquiorem originem aut institutionem prae Collegio Theologorum; sed quia haec neque inficiantur Theologi, neque satis probarent contradictorum intentionem, nisi alia suppeteret iuris argumenta, hinc praetermittentes historicas disquisitiones, referuntur quae magis ad rem facere videntur.

Canonici Ecclesiae Collegiatae Insignis S. Ioannis Maioris ita argumentantur *in iure.*

« Tutto il corpo del dritto ci dimostra che nella Gerarchia di giurisdizione e di onore, le persone vanno catalogate così: Sommo Pontefice, Cardinali di S. R. C, Legati Pontificii, Patriarchi, Primati ed Esarchi, Metropolitani ed Arcivescovi, Vescovi, Prelati, Canonici, Parrochi ».

Quamplures veri scriptores in iuridica scientia tribuunt canonicis locum honoris, ceu sunt, Florentis, *Opera Iuridica;* Matteucci, *Officialis curiae ecclesiasticae;* Selvaggio, *Institutiones;* Gravina, *Ius Canonicum;* Talletta, *Partitiones Iuris Canonici;* Lancellotti, *in Corpus Iuris;* Soglia, *Institutiones Iuris publici ecclesiastici ;* Alteserra, *in Libros Clementinarum Commentarii.*

Brevitatis amore, sufficiat inter innumeras citationes Trident. (Sess. XXIV, *Decretum, de Reformatione,* c. XII): « Hortatur etiam Sancta Synodus ut in Provinciis, ubi id commode fieri potest, Dignitates omnes, et saltem dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus Ecclesiis et Collegiatis Insignibus conferantur tantum Magistris vel Doctoribus, aut etiam licentiatis in Theologia vel Iure Canonico ».

Ergo magisterium, doctoratus etc. elevari possunt ad canonicatum; neque dici potest canonicum promotum fuisse ad s. Theologiae doctoratum.

Fagnanus *Commentaria in Libros Decretalium* a. 1661 *de Postulat. Praelat, cap. Bonae memoriae in primam*

partem I. Libri Decretalium... N. 9: «Ut si Papa det Rescriptum contra Titium Clericum et quosdam alios, sub illa clausula generali non includantur Canonici; quia sunt digniores simplicibus Clericis. Unde cum Canonicus habeat qualitatem Canonicatus, ultra alios Clericos, in materia stricta non debet venire appellatione Clericorum ».

Si ad praxim procedatur reperitur, Canonicos praemissus esse parochis et ceteris de clero.

« Canonici Ecclesiae Collegiatae in publicis Processionibus, Functionibus et Synodis *(S. C. R. in Faventina Brisighellae,* 12 Martii 1616) praeferuntur omnibus Curatis et Presbyteris Ecclesiarum parochialium et aliarum Ecclesiarum simplicium. *S. C. R. Decr. 11 Decem. 1613 ».*

« N. 1079 - Canonicis Collegiatae in funeribus semper competit Praecedentia super Parochos *S. C. R. Decr. 13 Septemb. 1646.* In *Sutrina 20 Augusti 1602,* et *2 Augusti 1603,* et in *Meliten. 18 Novemb. 1606,* et in *Ostien. Terrae Cori, 9 Maii 1617,* et in *Praenestina Cavar um 16 Augusti 1618 ».*

« Sacerdotibus alicui Ecclesiae inservientibus, Insignitis ex Apostolica concessione et collegialiter convenientibus Praecedentia debetur, post Capitula Collegiata et post Parochos. *S. C. R. 27 Iunii 1161 ».*

Ferraris, *Bibliotheca - loc. cit. tom. I, Titulo - Crux,* idem demonstrat Decreto S. C. R. diei 21 Iulii 1645 in Fossan., et ait: « quod Decretum confirmavit postea eadem Congregatio in Aretina, an. 1664, inter Monachos Cassinenses et Capitulum Cathedralium et denuo inter easdem partes, 22 Dec. 1697 in respons. ad primum. Ubi, vides, stante supradicto Decreto, non solum cum intervenit Capitulum Cathedralis, sed etiam cum intervenit Capitulum Collegiatae, omnes ad Funus invitati incedere debent sub unica illius Cruce. Quod et decrevit S. C. Episcoporum et Regularium, ***m****-Nullius Almae, Iuris sepeliendi,* die 2 Augusti 1709, in Responsione ad secundum ex Dubiis pro Reformatis S. P. Francisci et Capitulo Ecclesiae Collegiatae eiusdem loci ». Et idem Seri-

ptor, *tom. VII et VIII - verbo - Praecedentia,* adiicit: «praecedentia debetur Canonicis Ecclesiae Collegiatae supra Collegium Parochorum et aliorum Presbyterorum etiam ipsius Civitatis, dum occasione Synodi vel alterius similis causae simul conveniunt. *S. C. R.* in *Faventina Brisighellae, 12 Martii 1616* - attestante Sellio, *d. Cap. 47 n. 8,* et Barbosa, */. c. n. 7.*

Pius Papa IX Constit. 29 Augusti 1872 super Privilegiis Protonotariorum Apostolicorum ad Instar nuncupatorum tribuit canonicis collegialiter unitis praecedentiam super Praelatis honoris.

« Protonotarii Apostolici ad Instar Participantium a Summo Pontifice ad hunc honorem evecti inter Praelatos Domesticos eo ipso accensentur.

« V. Habitu Praelatitio induti quoscumque Clericos, Presbyteros, Canonicos singillatim sumptos, necnon Praelatos superiores Ordinum Regularium, quibus Pontificalium Privilegium non competat, praecedunt. Minime vero Vicarios Generales vel Capitulares, Canonicos collegialiter unitos et Abbates.

« VII. Si forte Canonicatu aut Dignitate in aliqua Ecclesia potiantur. . . . eo consideant et incedant loco qui ipsis ratione beneficii competit. Quod si habitu praelatitio uti nihilominus velint sedem occupent ipsis superius assignatam ».

Castaldo - « Praxis coeremoniarum seu Sacrorum R. E. Rituum accurata Tractatio *an. 1625, lib. II, sect. X, c. 11* de Processione Sacramenti in Collegiatis celebranda. Per Magistrum Coeremoniarum ordinatur Processio, ut supra, in qua ultimo loco procedit Clerus Ecclesiae Collegiatae, quem praecedit Subdiaconus paratus deferens Crucem medius inter Ceroferarios cum candelabris et cereis accensis ». Loquendo de Processione SS. Sacramenti Corporis Christi ab Episcopo celebranda *(cap. III):* « Clerus saecularis subsequitur - ordine - primo deferens Crucem Ecclesiae Cathedralis, medius inter duos Ceroferarios cum cereis accensis. Clerici Seminarii, si aderunt, superpelliceis induti ; post eos Cu-

rati Ecclesiarum parochialium cum Cottis. Tum Ecclesiae Collegiatae, cum eorum Insignibus, si alia deferre solent. Ultimo loco procedit Clerus Ecclesiae Cathedralis etc.

» Si adsint Praelati procèdent immediate post Episcopum, cum Mantelletto supra Rochettum ».

Concordat Gavanto, *Thesaurus SS. Rituum (1740) - tom. I, part. IV, Tit. XIII, § III de Processione solemni SS. Corporis Christi.* - « Post eos autem praecedere debent Ecclesiarum parochialium Curati cum cottis et eorum Insignibus, si illa deferre soleant ; tum Ecclesiae Collegiatae, item cum eorum Insignibus - et deinde Clerus Ecclesiae Cathedralis.

» Si adsint Praelati in hac Processione et Nobiles Laici incedant post Celebrantem ».

Coeremoniale Episcoporum iussu PP. Clementis VIII reformatum (1600) - de festo SS. Corporis Christi et Processione *(cap. XXXIII):* « Deinde Clerus h. e. primo Minister portans Crucem Ecclesiae Cathedralis medius inter duos Clericos portantes duo candelabra cum candelis accensis ; deinde si aderunt, Clerici Seminarii et post eos Curati Ecclesiarum Parochialium cum cottis - tum Ecclesiae Collegiatae cum eorum Insignibus, si alias illa deferre solent, et ultimo loco Clerus Ecclesiae Cathedralis ».

Demum Canonici negant Theologis quamcumque consuetudinem et possessionem praecedentiae quam isti obtinuerint in sacris processionibus, eisdem recognoscentes dumtaxat *Capellanorum aulicorum* qualitatem quoad functiones regias in quibus integer clerus Neapolitanus partes habere non fuit solitus. Item subtiliter plura disserunt de insignibus; sed quum exinde privilegium praecedentiae neque una, neque altera pars evincere valeat, proinde haec praetermittuntur.

PAROCHORUM DEDUCTIONES. Parochialis potestas est participatio pastoralis officii, quod de iure divino proprium est Episcopi. - *Santi Tit. XXIX, Lib. III Praelectiones Iuris Canonici;* Pignatelli *Consult. 12, Tom. V, n. 19* loquendo de praecedentia ponit parochos post Episcopos.

« Parochus, ait Barbosa, indutus superpelliceo in processionibus praecedit omnibus Presbyteris et Rectoribus ».

Decreto autem S. Congr. Concilii (27 Giugno 1868) decernitur :

« Sacerdotibus alicui Ecclesiae inservientibus, insignitis ex Apostolica concessione et collegialiter convenientibus, praecedentia debetur post capitula collegiata et post Parochos ».

Praeterea referunt hanc decisionem redditam a S. Congr. Rituum *die Martii 1615* in Montis Regalis ; nempe « *Doctoratus ratione non datur praeeminentia inter Canonicos et Presbyteros, sed tantum ratione ordinis et antiquitatis* ». Quum vero theologi parochis succenseant stolae delationem in processionibus, quippe ista deferenda est tantum in sacramentorum administratione, reponunt parochi sibi legitimam suffragari consuetudinem iuxta declarationem S. Cong. Rituum in una Syracusana *diei 3 Decembr. 1881 ;* scilicet « Exposuit Amplitudo Tua S. R. C. in concredita sibi dioecesi perveterem vigere consuetudinem, qua Parochi in cunctis functionibus stola utuntur. Quum hoc a liturgicis legibus minime sit comprobatum quaesivit Amplit. Tua num eiusmodi usus tolerandus sit ? Sacra vero eadem Congregatio omnibus mature perpensis rescribendum censuit : « *Praefatam consuetudinem posse tollerari* ».

Hisce aliisque adductis, propositum fuit diluendum

Dubium

An et quomodo almo Theologorum Collegio in processionibus et quibusvis sacris functionibus ius praecedentiae competat, tum quoad Canonicos Ecclesiarum Collegiatarum Archidioecesis, tum quaad Parochos Civitatis Neapolitanae in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii re disceptata sub die 16 Iulii 1898, censuit respondere: *Negative in omnibus.*

EX S. CONGREG. EPISC. ET REG.

MONTIS PESSULANI

DIMISSIONIS

Die 1 Iulii 1898.

COMPENDIUM FACTI. EX rescripto S. Congreg. Episcop. et Regul. sub die 23 Novembris 1891 Soror Maria a Calvario (in saeculo Martha Renard) monialis Congregationis ab Assumptione facultatem obtinuit manendi *extra claustra ad nutum S. Sedis et sub dependentia Cardinalis Profecturis* memorati Instituti, assignatis libellis menstruis quinquaginta pro substentatione, ab Instituto eidem Moniali persolvendis. Causa huius resolutionis, ceu refert Emus Protector, fuit quaedam infirmitas mentis seu monomania pro vita solitaria vi cuius sorori Mariae a Calvario impossibilis evadebat convictus in religione : in hac vitae ratione Romae commorans mansit usque ad initium mensis Iulii 1894.

Verum Moniales ab Assumptione interim observantes quod vitae tenor suae consororis non respondebat regulae et spiritui instituti, eam invitarunt vel ad Congregationem definitive relinquendam, vel ad eamdem iterum ingrediendam. Hanc secundam partem amplexa Soror Maria a Calvario ceu ex eius epistola sub die 9 Iunii 1894, illico monasterium Montispessulanae civitatis adivit. At non multo post suscepti consilii poenitens, apud Superiorissam Generalem institit pro licentia iterum redeundi ad vitam privatam. Superiorissa Generalis expetitam licentiam concessit, sed sub conditione ut definitive religionem relinqueret.

At Soror Maria a Calvario egressa e Monasterio et ad Urbem reversa contendit a Congregatione ab Assumptione ut rursus sibi pensio menstrua libellarum 50 persolveretur quae solutio interrupta manserat ob eius regressum in monasterium mense Iunii 1894. Renuit superiorissa utpote quia Soror Maria a Calvario amplius spectari non poterat ceu

religiosa, nihilo tamen secius declaravit se non abhorrere a praefata solutione *titulo charitatis,* dummodo tamen dimisso Congregationis habitu, in aliquo Conservatorio moraretur; quae conditio, quamvis imposita ab ipso Cardinali Protectore Instituti, omnino reiecta fuit. Postea relate ad summas insolutas a Ianuario 1895 usque ad mensem Aug. 1897 sorores Assumptionis de mandato S. Cong. EE. et Regul. transactionem inierunt tradendi libellas 1017 sorori Mariae a Calvario, salvis tamen Monialium iuribus quoad pensionem in futurum.

Itaque Superiorissa sororum ab Assumptione exoptans ut omnis controversia solveretur praefixit quindecim dies Marthae Renard ad redeundum in Monasterium, quibus inutiliter elapsis ceu dimissa haberetur a Congregatione, et insimul expetivit ut hac resolutione approbata a S. Auditorio Congreg. Epis, et Reg. lis circa pensionem impositam per supra relatum Decretum diei 25 Novembris 1891 adamussim dirimeretur.

Disceptatio Synoptica

FAVORE SORORUM AB ASSUMPTIONE. Moniales in primis contendunt, Martham Renard non amplius ceu religiosam suae Congregationis spectari posse : I° quia decreto emanato a Consilio sororum sub die 11 Decembris 1894 ipsa, iuxta suum placitum, dimissa fuit a Congregatione : 2° quia ex specialibus circumstantiis iterum invitata ad redeundum ad Monasterium, sub conditione definitivae dimissionis si non paruisset, ipsa detrectare maluit.

Verum quidem est dominam Renard adhuc vota retinere, sed Moniales observant, hoc pendere exclusive ab ipsius voluntate, cum eorum solutionem per Pontificiam dispensationem obtinere valeat. Domina Renard vult quidem religiosa haberi quando agitur de pensione consequenda, sed longe alia res est quando invocatur observantia regularum Instituti, extra cuius claustra per varios annos degit, quin ullam eum superiorissa Congregationis relationem haberet.

Sed secundo, posito etiam quod Martha Renard adhuc uti religiosa considerari valeat, Moniales sustinent ipsam in saeculo manere debere integre et omnino separatam a Congregatione ab Assumptione. Siquidem per epistolam diei 2 Decembris 1894 domina Renard facultatem expetivit *à quitter définitivement la Congrégation de V Assomption,* et Superiorissa Generalis, audito prius sororum consilio, per litteras diei 18 Ianuarii 1895, votis eius annuit; ex eo proinde tempore ceu a Congregatione dimissa censeri oportet. Quod si in posterum iterum invitata fuit ad redeundum in Monasterium cum termino perentorio, id factum fuisse Moniales respondent ad omnem aequivocationem tollendam et in obsequium dispositionis S. Congr. Episcoporum et Regul.

Ex superius autem discussis, Moniales pergunt, facile tertio evincitur ipsarum Institutum retineri debere uti exoneratum a solutione pensionis menstruae libell. 50 favore praefatae dominae Renard impositae per rescriptum supra relatum diei 25 Novembris 1891. Domina enim Renard nullam amplius cum Instituto Sororum ab Assumptione quod sponte dimisit, relationem habet ; ergo etiam aequum est ut Congregatio declaretur soluta a quocumque vinculo erga personam, quae ad eius corpus amplius non spectat.

ANIMADVERSIONES EX OFFICIO. Rmus Summista hanc thesim probandam assumit. Religiosus dimissus ab Ordine, inspecto iure canonico, quoadusque non accedat dispensatio votorum pontificia, spectari debet ceu aliquo modo Ordini ligatus. Re quidem vera vel agitur de religioso professo cum votis solemnibus, vel de professo cum votis simplicibus. In primo casu, etiamsi professus indultum saecularizationis obtinuerit , adhuc uti religiosus haberi debet. Vel enim breve est temporaneum, vel est perpetuum. Si est temporaneum, non desinit esse religiosus qui illud obtinuit, uti docet *Santi Praelect. Iur. can. lib. 3, tit. 35:* « Religiosus qui ad tempus ex concessione S. Sedis degit extra claustra, remanet verus religiosus ». Idque obtinet etiamsi licentiam habuerit habitum deponendi, cum sub vestibus saecularibus aliquam

partem religiosi habitus gestare debeat. Si vero saecularizationis indultum est perpetuum, eadem pariter conclusio videtur esse deducenda. Siquidem praefato Indulto haec clausula, teste Santi l.c, addi solet « retento interius aliquo sui regularis habitus signo____ita tamen ut substantialia votorum suae professionis cum statu compatibilia observet et sub obedientia ordinarii, etiam in vim voti religiosi, vivat ». Unde quamvis religiosus perpetuo saecularizationis indulto donatus non amplius adstringatur ad observantiam regulae sui Ordinis, non ita tamen censeri potest de substantialibus suorum votorum.

Si vero agatur de professis cum votis simplicibus idem pariter videtur sentiendum iuxta Rmum Summistam, I° quia solemnitas in votis est aliquid extrinsecum ; 2° quia teste *Bouix in tractatu de Iure Regul. p. 6. cajo. 3. quaes. 4.* in constitutionibus Institutorum cum votis simplicibus aliquando solet caveri ut « religiosus eiectus dimissusque censeatur a votis ipso facto solutus. Et tunc revera prorsus liber a votorum vinculo religiosus ille remanet *fitque a religioso* non religiosus ».

Proinde cum necessaria sit votorum solutio, praesertim paupertatis et obedientiae, ut quis de religioso fiat *non religiosus* et cum haec solutio in casu non intercesserit, neque ex parte S. Sedis, neque ex parte Congregationis ab Assumptione, cuius Constitutiones de hac solutione non cavent in religiosa dimissa, profecto videtur retinendum, quod soror Maria a Calvario, in saeculo Martha Renard, etiamsi ab Instituto sororum ab Assumptione dimissa adhuc uti religiosa spectari debeat.

Quoad vero alia duo quaestionis puncta, utrum nempe expediat praefatam sororem in saeculo manere vel uti religiosam extra claustra, vel in puro statu laico, et tertio an sorores ab Assumptione adhuc teneantur ad solutionem pensionis statutae per rescriptum diei 25 Novembris 1891, Rmus Summista, paucis in facto delibatis, rem totam defert iudicio et prudentiae S. Auditorii.

Quibus praenotatis supposita fuere enodationi sequentia

Dubia

I. *An soror Maria a Calvario adhuc pertinere dicenda sit ad Congregationem ab Assumptione.*

Et quatenus affirmative

II. *An et quomodo expediat ipsam manere in saeculo.*

Et quatenus affirmative

III. *An et quomodo ei debeatur pensio libellar. 50 imposita decreto S. Congregationis Episcop. et Reg. an. 1891.*

RESOLUTIO. Die 1 Iulii 1898 Sacra Cong. Episc, et Regul. reformatis dubiis: I. *An soror Maria a Calvario adhuc spectet ad Institutum ab Assumptione.* II. *An ipsi debeatur pensio libellar. menstruarum quinquaginta, decreta rescripto diei 25 Novembris 1891,* rescribere censuit : Ad I^m^. *S. Congregationem approbare dimissionem ab Instituto ex mutuo partium consensu peractam mense Decemb. 1894.* Ad II^m^. *Onus impositum Instituto sororum ab Assumptione solvendi pensionem menstruam libellarum quinquaginta cessare a die reditus eiusdem sororis in Institutum, idest in domum Montis Pessulani et ad mentem: mens est quod nihilominus praefata soror ope E~ii Cardinalis Protectoris commendetur charitati Superiorissarum Instituti sub conditionibus et reservationibus, quas idem E~nus Protector magis utiles et salutares in Domino censuerit.*

EX 3. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

DUBIUM ; utrum sint vitandi nominatim excommunicati; aut sic declarati a Papa vel ab Episcopo; et utrum incurratur excommunicatio minor.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N., pressus a Clero suae Dioecesis, qui in collationibus casuum conscientiae difficultates plures movent circa interpretationem Bullae Pii IX *Apostolicae Sedis,* datae IV idus

Octobris 1869, ad istas explanandas fidenter ad sacram et supremam Congregationem Universalis Inquisitionis recurrit authenticam responsionem efflagitando.

Nam in commentariis ad censuras contentas Articulis XVI et XVII inter excommunicationes latae sententiae R. Pontifici simpliciter reservatas occurrit sermo de excommunicatis vitandis, ac proinde de vigore Constitutionis Martini V *Ad vitanda scandala,* utrum nec ne hodie sint tantum vitandi qui nominatim excommunicantur a Papa, vel etiam tales habendi sint clericorum notorii percussores. Iterum utrum vitandi sint qui nominatim excommunicantur, vel nominatim excommunicati declarantur ab Episcopo. Demum utrum qui communicat cum excommunicato vitando, praeter casus in Bulla *Apostolicae Sedis* expressos, incurrat nec ne excommunicationem minorem.

Doctores vero alii tum ex effato « legislator quod voluit expressit, quod noluit tacuit»; tum ex altero «odia sunt restringenda », pro negativa sententia ratiocinantur : alii vero contradicunt, ductis rationum momentis tum a favorabili privilegio canonis, tum a iuridica legislatoris voluntate. Ut in re tanti momenti anxietates tollantur, Episcopus orator humillime expostulat responsionem Pontificiam ad insequentia quatuor dubia :

I. Suntne vitandi qui nominatim excommunicantur sive a Papa, sive ab Episcopo?

II. Suntne vitandi qui nominatim declarantur excommunicati sive a Papa, sive ab Episcopo?

III. Suntne hodie excommunicati vitandi notorii Clericorum percussores ?

IV. Qui communicat cum excommunicato vitando, praeter peccatum, incurritne hodie excommunicationem minorem?

Feria IV, die 9 Ianuarii 1884.

In Congregatione Generali coram Emis ac Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I. et II. *Affirmative ad normam Constit. Martini V, quae incipit* Ad evitanda: *hoc excepto quod communicantes cum excommunicatis vitandis hodie non incurrunt excommu-*

nieationem maiorem, praeter casus comprehensos in Const. Apostolicae Sedis *IV idus Octobris 1869.*

Ad III. *Affirmative, ut supra, iuxta laudatam Bullam* Ad evitanda.

Ad IV. *Detur Decretum fer. IV 5 Decembris 1883 in Petr oeor en. quod ita se habet:*

« I°. Fere omnes Constitutionis *Apostolicae Sedis* s. m. Pii PP. IX commentatores docent, excommunicationem minorem, vi huius Constitutionis, abolitam esse. Utrum haec sententia tuto doceri possit in suo Seminario? — Ad l.um EE. DD. respondendum decreverunt: *Affirmative, facto verbo cum SSmo».*

Eadem vero die, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adsessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM; utrum si cesset excommunicatio minor, cesset obligatio non communicandi cum excommunicatis vitandis.

Feria IV, die 2 Augusti 1893.

Huic S. R. et U. Inquisitionis Congregationi propositum fuit sequens dubium enodandum:

Utrum, ablata excommunicatione minori contra eos qui communicant cum excommunicatis nominatim a Summo Pontifice, censeatur etiam ablata prohibitio?

Porro in Congregatione Generali habita coram Emis ac Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Negative.

Sequenti vero Feria V, die 3 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adsessori impertita, SSiïius D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM; utrum reservata Papae absolvi queant, absque onere scribendi ad S. Poenitentiariam, quando nec confessor, nec poenitens mittere valent expetitas litteras.

Beatissime Pater,

Sacerdos N. N. ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, sequentium dubiorum solutionem humiliter efflagitat:

I. Utrum decretum S. R. et U. Inquisitionis datum sub die 23 iunii 1886 intelligendum sit tantum de iis, qui *eorporaliter* S. Sedem adire nequeunt; vel etiam de iis, qui *ne per litteras quidem per se, neque per confessarium,* ad S. Sedem recurrere valent?

II. Et quatenus decretum praedictum extendi debeat etiam ad eos, qui ne per litteras quidem ad S. Sedem recurrere valent, quomodo se gerere debeat Confessarius?

Et Deus etc.

Feria IV, die 9 Novembris 1898.

In Congregatione Generali coram Emis ac Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt :

Ad I. et II. *Quando neque confessarius, neque poenitens epistolam ad S. Poenitentiariam mittere possunt, et durum sit poenitenti adire alium confessarium, in hoc casu liceat confessario poenitentem absolvere etiam a casibus S. Sedi reservatis absque onere mittendi epistolam, facto verbo cum SSmo.*

Sequenti vero sabbato, die 12 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adsessori impertita, SSiîius D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM; utrum pro matrimonio satis sit habere domicilium in Dioecesi, minime in Paroecia; et an Episcopus valeat generatim delegare ad matrimonium parochos non proprios.

Infrascriptus Archiepiscopus N. N. Supremae S. R. et Univ. Inquisitionis Congregationi sequentia dubia proponit, ut securius in administranda Dioecesi officium suum adimpleat.

I. In hac magna Civitate N., quo undique concurrunt homines variae conditionis, frequenter a multis domicilium mutatur. Reperiuntur praesertim famuli qui nunc apud unam familiam degunt, nunc apud alteram, ita ut in nulla parochia domicilium vel quasi domicilium acquirant. Venerunt quidem in dictam civitatem N. ut ibidem commorarentur ad sustentationem quaerendam, et revera in Dioecesi N. habitant per maiorem anni partem, vel etiam per plures annos, ita ut si non acquirant domicilium aut quasi domicilium in hac vel illa parochia, ob frequentem mutationem habitationis, dici possunt habere domicilium in Dioecesi, quo venerunt ad habitandum in perpetuum vel saltem ad longum tempus.

Quum autem agatur de matrimonio contrahendo ab illis, hactenus Archiepiscopus existimavit suos esse subiectos et posse delegare, ad matrimonium celebrandum, Rectorem parochiae, ubi de facto habitant, dummodo in Dioecesi versati fuerint per tempus sufficiens ad constituendum domicilium vel quasi domicilium, sive nullum aliud domicilium extra Dioecesim N. habeat, sive adhuc conservent alibi aliquod domicilium, v. g. paternum vel fraternum in loco, unde oriundi.

His ultimis temporibus, nonnulli Canonistae dubitarunt utrum commoratio in Dioecesi sufficeret ad matrimonium, quando non acquiritur domicilium vel quasi domicilium in aliqua parochia determinata.

Quaerit igitur Archiepiscopus utrum recte se gerat in delegandis parochis suae Dioecesis, ad matrimonium eorum qui reperiuntur in circumstantiis supra expositis.

II. Frequenter evenit in hac Civitate N. ut quis, nuptiis iam paratis in Parochia ubi domicilium vel quasi domicilium habet aliquot dies ante matrimonium, transit ad aliam parochiam, sive habitando apud amicum, vel in aliquo diversorio usque ad nuptias; sive in domo ubi proponit habitare post matrimonium.

Res ita se habent frequenter pro famulis et famulabus; attamen bona fide celebrant suum matrimonium in parochia prioris domicilii, parocho inscio discessus eorum.

Ad praecavendam nullitatem matrimoniorum quae fiunt hoc modo, Archiepiscopus generali statuto edixit liberum esse suis Dioecesanis matrimonium contrahere sive coram parocho actualis domicilii, sive coram parocho domicilii anterioris per tres menses a die discessus eorum; declarando se delegationem

necessariam utrique parocho concedere. Sedulo autem voluit parochos monitos, hoc statutum tantum valere pro iis qui in Dioecesi N. commorare non desierint, non vero pro iis qui e Dioecesi N. egressi in Dioeceses vicinas sese contulerant ante matrimonium.

Feria IV, die 9 Novembris Î898.

In Congregatione Generali coram Emis ac Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, iisque maturrime discussis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I. *Reformato dubio : An Ordinarius parochis licentiam concedere possit assistendi matrimoniis eorum, qui diu in dioecesi versati sunt, sed in nulla paroecia domicilium, vel quasi-domicilium acquisierunt ?*

Resp. Negative; nisi diligenti inquisitione facta, constet eos, de quibus est quaestio, neque in civitate N, neque alibi, in nulla paroecia verum vel quasi domicilium canonicum habere; sed esse vagos.

Ad II. *Reformato dubio : An licentiam generaliter Ordinarius concedere possit, tum parocho actualis domicilii contrahentium, tum parocho anterioris, per tres menses a die discessus eorum?*

Resp. Archiepiscopus utatur iure suo, prae oculis habita responsione S. C. Concilii in causa Coloniensi de die 18 Martii 1893. (1).

Sequenti vero sabbato die 12 novembris eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit et confirmavit.

I. CAN. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM; utrum pro domicilio necessario ob matrimonium satis sit mora materialis sex mensium in quadam paroecia, absque animo ibi manendi tanto temporis spatio.

Officialis Dioecesis N., ad quietem conscientiae suae, et ad normam habendam in casibus similibus, dubium sequens proponit Supremae Congregationi:

(i) Colonien, adest Vol. XXV, 641.

Anno proxime elapso, vir acatholicus et puella catholica, uterque oriundus ex Roumania, ubi domicilium habent, postquam per duos vel tres annos varia itinera susceperint, quin domum reversi sint, in civitatem N. venerunt.

Proposuerant ibi commorari per tres menses, et domum ad habitandum per spatium trimestre pretio locaverant.

Elapso autem trimestre, cogitaverunt de matrimonio inter se contrahendo. Vir erat liber ad matrimonium contrahendum, puella stabat cum matre vidua et erat pariter libera. Quum vero lex civilis praescribat ut quis per sex menses commoretur in loco ubi vult matrimonium contrahere, habitationem in civitate praedicta prorogarunt iterum ad tres menses, et, mense novembri, quum iam per sex menses ibi commorati fuerint, Officialem adierunt, dispensationem super impedimento mixtae religionis et licentiam matrimonii celebrandi petierunt.

Praedictus Officialis haesit, quaerendo utrum praefati sponsi acquisiverint quasi domicilium sufficiens ad matrimonium. Equidem per sex menses in dicta civitate commorati fuerant; sed quando illam ingressi erant non sibi proposuerant habitare per maiorem partem anni. Elapsis tribus mensibus, cogitaverant de matrimonio ineundo et iterum proposuerant habitare per tres alios menses tantum ut compleretur spatium semestre requisitum ad matrimonium a lege civili.

Deficiente intentione habitandi per maiorem anni partem, Officialis, ex consulto peritorum Canonistarum existimavit sponsos non acquisivisse quasi domicilium in illa civitate, ac proinde se non habere facultatem dispensandi, nec licentiam concedendi ad matrimonium contrahendum. Sponsi vero, cum omnia paraverint ad nuptias, contractum civilem iniverunt et ad aliam regionem profecti sunt.

Petit igitur Officialis an non severius egerit in deneganda dispensatione et licentia matrimonii contrahendi, et, grato animi sensu accipiet responsum, quo in futurum ut norma pro casibus similibus uti possit.

Feria IV, die 9 Novembris 1898.

In Congregatione Generali coram Emis ac Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, proposito suprascripto casu, praehabitoque RR. DD. Con-

sultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt.

Orator acquiesçât; et addatur: Se confer entes in civitatem N ex alio loco vel paroecia, dummodo ibi commorati fuerint in aliqua paroecia per sex menses, eejisendos esse ibidem habere quasi domicilium in ordine ad matrimonium, quin inquisitio facienda sit de animo ibi permanendi per maiorem anni partem, facto verbo eum SSmo.

Sequenti vero Fer. IV, die 11 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita, SSiîius D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM; utrum in novis paroeciis haereticorum, positis in Dioecesibus, in quibus publicatum fuit Tridentinum, intelligi debeat publicatum esse decretum «Tametsi » pro matrimoniis.

Beatissime Pater,

Episcopus de Costa Rica in America Centrali sequentia dubia enodanda proponit:

I. Licet nulla extet memoria publicatum fuisse Concilium Tridentinum in dioecesi de Nicaragua et Costa Rica, tamen nunquam in dubio positum est quin eiusdem leges in tota America Latino-Hispanica vigerent (etiam Cap. I, Sess. 24 ***de Ref. Matr.)*** **: nihilominus dubium occurrit utrum haec lex Tridentina publicanda sit in novis parochiis quae eriguntur, speciatim in locis, ubi maior pars habitantium est haeretica.**

Casus concretus hic est: Portus de Limon anno 1870 regio erat inculta et silvis consita. Primi incolae fuerunt Nigritae haeretici et nonnulli catholici costarricenses. Anno 1893 erecta fuit parochia in eodem portu, ubi degunt 1000 catholici et 4000 haeretici. I. Vigetne ibidem lex Tridentina quoad celebrationem matrimoniorum propter solam rationem ¡quod terra illa pertineat ad dioecesim ubi publicata censetur lex, an vero denuo publicanda est?

Validane sunt matrimonia ab haereticis celebrata coram ministro acatholico vel coram Gubernio in Portu de Limon ?

III. Anno 1897, 27 haeretici suos errores abiurarunt et in Ecclesiam reversi sunt. Quaerit parochus quid cum iis faciendum qui matrimonium inierunt n. II. exposito. Post baptismum conditionatam etc. consensus matrimonialis renovandus est necne?

IV. Utrum conveniat, ad tollenda dubia, Concilium Tridentinum publicare?

V. Utrum conveniat dispensationem petere a S. Sede relate ad matrimonia haereticorum, sicut concessa fuit a Bened. XIV die 4 Nov. 1741 pro provinciis foederatis Belgii et Hollandiae?

Feria IV, die 23 Novembris 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab Emis et Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. Dominorum Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I. *Decretum* TAMETSI *Conc. Tridentini tamquam promulgatum censeri debet in tota dioecesi de Costa Rica; neque proinde necessaria est eiusdem decreti promulgatio in nova paroecia Portus de Limon.*

Ad II. *Provisum in praecedenti; scilicet Negative.*

Ad III. *Affirmative; et detur Decretum S. O. 20 Novembris 1876.*

Ad IV. *Publicationem necessariam non esse.*

Ad V. *Negative.*

Feria vero VI, die 25 eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSirms resolutionem Emorum Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. *et* U. Inquis. *Notarius.*

Quoad iuramentum suppletorium pro status libertate illorum, qui cum vere vagi non sint, nequeunt aliter probare libertatem propriam.

Beatissimo Padre,

Il Vescovo N. N. spesso incontra difficoltà per completare la prova dello stato libero per il matrimonio, poiché avviene che alcuni senza essere nè vaghi, nè soldati, pure sono assenti

dai loro paesi, nè possono ottenere il relativo certificato di stato libero per quel tempo di assenza. E perciò è che implora la facoltà di poter ammettere anche costoro al giuramento suppletorio, come si fa con i vaghi e militari. Dimanda tale facoltà pure nei casi, nei quali non si può ottenere il certificato della Cresima ricevuta. Che ecc.

Feria IV, die 30 Novembris 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab Eîîiis Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt :

Quoad documentum libertatis, transmittatur Instructio in Adrien, diei 1 Febr. 1865. — Quoad documentum Confirmationis Episcopus utatur iure suo.

Feria vero VI, die 2 Decembris eiusdem anni in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSirius resolutionem Emorum Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

Instructio vero in Adrien, diei 1 Februarii 1865 est prout sequitur :

I. Se il Vescovo sia obbligato di accertare la libertà degli sposi, che contraggono matrimonio nella sua diocesi prima delle pubblicazioni col processo dei testimoni, ancorché essi abbiano sempre avuto domicilio nella diocesi stessa?

Resp. Generatim loquendo, affirmative.

II. Qual maggiore ampiezza di significato si possa dare alla denominazione di vaghi, e. se sia lecito al Vescovo ammettere al giuramento, in luogo delle testimoniali delle curie e del processo sui testimoni pei matrimonii da celebrarsi nella propria diocesi, quelle persone che non essendo veramente vaghi furono contuttociò in parecchi luoghi diversi, e dichiarano di non poter somministrare testimoni alle curie per le fedi di stato libero; ed in generale se si possano trattare come i vaghi in quanto non se ne possono ottenere le richieste testimoniali di

libertà, ammettendoli al giuramento in riguardo a quei luoghi, dai quali non si possono le testimoniali ottenere?

Resp. Affirmative, durante indulto admittendi ad iuramentum suppletorium, et servatis omnibus clausulis in eodem indulto contentis, et dummodo mora in unoquoque vagationis loco non excesserit annum.

III. Se la testimoniale dello stato libero deve sempre esser fatta, oltreché sull'esame de'testimoni, anche sulle pubblicazioni?

Resp. Regulariter loquendo, affirmative, quando mora contrahentium non fuit continua per plures annos in loco in quo contrahitur matrimonium.

IV. Se la parte dell'istruzione *Si contrahentes sint vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doeeant per fidem Ordinariorum suorum esse liberos etc.,* rimanga senza vigore per la facoltà che la S. Sede concede per ammettere al giuramento suppletorio i vaghi ed i militi, e se per gli uni e per gli altri tuttavia oltre il giuramento suppletorio si esigano le pubblicazioni nei luoghi, in cui vagarono od esercitarono la milizia?

Resp. Indultum admittendi ad iuramentum suppletorium locum dumtaxat habere quando libertas status aliter legitime probari non potest.

V. Se, quando mancano i testimoni, o essendo quelli difettosi nella conoscenza delle persone, cosicché non valgano a rispondere alle interrogazioni prescritte dal sopracitato decreto, ed in particolare a quelle che sono espresse sotto i nn. 9 e 13, come accade ordinariamente, possa il Vescovo permettere il matrimonio contentandosi delle pubblicazioni in quei luoghi, nei quali si possono far eseguire, ed in mancanza anche di queste o totali o parziali, se possa ammettersi al giuramento ed assumer questo come prova totale di libertà, o come parziale per riguardo ai paesi, in cui non si possono fare le pubblicazioni, nè il processo dei testimoni?

Resp. Urgendum observantiam instructionis s. m. Clementis X sub feria V 21 augusti 1670 cum adnexis declarationibus datis fer. IV 24 febr. 1847 et instandum ut parochi diligenter inquirant a contrahentibus testes fide dignos in respectivis locis examinandos. Si tamen id difficulter admodum fieri possit, admitti poterunt in curia loci ubi contrahitur matrimonium testes

fide digni, qui status libertatem tempore vagationis concludenter probent; et si Ordinario opportunum videatur admitti etiam potest sponsus ad iuramentum suppletorium, constito tamen ipsum esse fide dignum. In casibus vero particularibus et difficilioribus r. p. d. Episcopus recurrat ad S. Congregationem. Quod si matrimonium adeo urgeat, ut tempus recurrendi non adsit, Episcopus curet concludentes probationes super status libertate prout expediens iudicaverit aliter colligere.

Romae, die 11 Ianuarii 1865.

EX S. CONGREGATIONE. RITUUM

BRIXIEN. Beatificationis et canonizationis vener. Servae Dei Mariae Magdalenae Martinengo a Barco monialis professae capuccinae in Asceterio Brixiensi s. Mariae ad Nives.

SUPER DUBIO

An stante approbatione duorum miraculorum TUTO proeedi possit ad solemnem ven. Servae Dei Beatificationem ?

Praeclara semper Ecclesiae vis haec fuit, ut omnis aetatis ac conditionis fideles non solum posset intra communes officii fines continere, sed ad fortissima quaeque ac perardua disponere. Id, praeter cetera, declarat ingens mulierum acies, quae praesertim primis christianae reipublicae temporibus caelestis Sponsi vestigiis inhaerentes, nullum supplicii genus, nullam mortis acerbitatem extimuerunt. Quae quidem si magna sunt animosque percellunt acrius, quod in aperto et illustri loco posita sunt, haud tamen minorem habet admirationem umbratilis vitae laus per arduum quodque virtutis iter constantissime actae. Hoc laudis genere, spectandae apprime fulgent earum virginum cohortes, quae posthabita rerum mortalium *cu.m*, spretisque illecebris ac deliciis sese totas Deo manciparunt. Hae abditae in Christo solitariam vitam agentes, pauperes, omnibus abstinentes, supra quam credibile est contra naturae infirmitatem fortes, caelestis Agni nuptias inhiarunt, immortalia ab Ipso praemia praestolantes.

Inter has emicuit eximia virtute Virgo, Magdalena e nobili genere Martinengo, orta in oppido *Borgo* Brixiensi ditionis anno MDCLXXXVII. Ipsa vel a teneris, contemptu saeculi fastu, neglectisque familiae commodis inter capulatas moniales Christum quaesivit, in eoque domicilio virtutum omnium se praebuit exemplar. Disciplinae sui Instituti retinentissima divinique amoris igne maxime flagrans nullis pepercit laboribus, nec abiectissima quaeque munia detrectavit. Diuturnis morbis patientissime toleratis, plura tamen atque acerbiora pati avebat, quo facilius iter sibi sterneretur ad virtutum omnium fastigium; donec meritis cumulata divinisque decorata donis ex humanis sanctissime excessit vi Kal. Aug. anni MDCCXXXVII.

Eius fama sanctitatis non est imminuta post obitum, quin etiam increbuit latius. Itaque de Beatificationis causa agi coeptum, ceteris absolutis quae ex Summorum Pontificum decretis praemittenda exhibentur, bina fuerunt proposita prodigia quae Summi Pontificis auctoritate rata habita sunt.

Quum igitur de virtutibus ac de duplici miraculo iam esset prolatum iudicium, illud supererai ut Beatorum honores decernendos inquireretur, utrum post ipsa confirmata miracula TUTO procedi posset ad Mariae Magdalenae solemnem Beatificationem. Quod praestitit Rmus Cardinalis Caietanus Aloisi Masella, Causae Relator iri generali conventu coram Sanctissimo Domino Nostro Leone XIII tertio calendas Décembres superioris anni ad Vaticanum coacto. Omnes qui interfuerunt tum Rmi Patres Cardinales tum huius Sacrorum Rituum Congregationis PP. Consultores suffragia singuli tulere. Sanctitas vero Sua pro rei gravitate, decretorium iudicium Suum ad aliud tempus protendere statuit.

Hodierno autem die, Dominica in septuagésima, Sanctissimus Dominus Noster rei sacrae pientissime operatus, hanc Vaticanae Aedis Aulam adiit, et Rmos Cardinales accersiri iussit Camillum Mazzella Episcopum Praenestinum S. Rituum Congregationi Praefectum et Caietanum Aloisi Masella causae Relatorem, una cum R. P. Io. Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore, meque infrascripto Secretario, iisque adstantibus solemniter pronunciavit : TUTO *procedi posse ad solemnem Venerabilis Servae Dei Mariae Magdalenae Martinengo a Barco Beatificationem.*

Quod Decretum in vulgus edi, et in SS. Rituum Congre-

gationis acta referri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis, de Beatificationis solemniis in Patriarchali Basilica Vaticana quandocumque celebrandis expediri praecepit quarto calendas februarias anno MDCCCXCIX.

CAMILLUS CARD. MAZZELLA, *Ep. Praenestinus,*
S. R. C. Praefectus.

L. * S.

DIOMBDES PANICI, .S. *R. C. Secretarius.*

DECRETUM super Oratoriis semipublicis.

A Sacra Rituum Congregatione saepe postulatum est, quaenam Oratoria ceu semipublica habenda sint. Constat porro Oratoria publica ea esse, quae auctoritate Ordinarii ad publicum Dei cultum perpetuo dedicata, benedicta, vel etiam solemniter consecrata, ianuam habent in via, vel liberum a publica via Fidelibus universim pandunt ingressum. Privata e contra stricto sensu dicuntur Oratoria, quae in privatis aedibus in commodum alicuius personae, vel familiae ex Indulto Sanctae Sedis erecta sunt. Quae medium inter haec duo locum tenent, ut nomen ipsum indicat, Oratoria semipublica sunt et vocantur. Ut autem quaelibet ambiguitas circa haec Oratoria amoveatur, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, statuit et declaravit: Oratoria semipublica ea esse, quae etsi in loco quodammodo privato, vel non absolute publico, auctoritate Ordinarii erecta sunt; commodo tamen, non Fidelium omnium nec privatae tantum personae aut familiae, sed alicuius communitatis vel personarum coetus inserviunt. In his omnes qui sacrosancto Missae Sacrificio intersunt, praecepto audiendi Sacrum satisfacere valent. Huius generis Oratoria sunt quae pertinent ad Seminaria et Collegia ecclesiastica; ad pia Instituta et Societates votorum simplicium, aliasque Communitates sub regula sive statutis saltem ab Ordinario approbatis: ad Domus spiritualibus exercitiis addictas; ad Convictus et Hospitia iuventuti litteris, scientiis, aut artibus instituendae destinata; ad Nosocomia, Orphanotrophia, nec non ad Arces et Carceres; atque similia Oratoria, in quibus ex instituto aliquis Christifidelium coetus convenire solet ad audiendam Missam. Quibus adiungi debent Capellae, in Coemeterio rite erectae, dummodo in Missae celebratione, non iis tantum ad

quos pertinent, sed aliis etiam Fidelibus aditus pateat. Voluit autem Sanctitas Sua sarta et tecta iura ac privilegia Oratoriorum, quibus fruuntur Emi S. R. E. Cardinales, Rmi Sacrorum Antistites, atque Ordines Congregationesque Regulares. Ac praeterea confirmare dignata est Decretum in una Nivernen. diei 8 Martii 1879 (1). Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 23 Ianuarii 1899.

C. CARD. MAZZELLA EP. PRABNESTIN. *S. R. C Praef.*

L. * S.

D. PANICI *S. R. C. Secret.*

NIVERNEN. dubia quoad licentiam celebrandi Missas in oratoriis publicis etc.

Rmus D. Stephanus Antonius Lelong Episcopus Nivernen. quae sequuntur Sacrae Rituum Congregationi exposuit, opportunam declarationem seu resolutionem humillime expostulans, videlicet :

I. Potestne Episcopus iure ordinario concedere licentiam etiam plures Missas qualibet die celebrandi I° in Capellis seu Oratoriis publicis piarum Communitatum, etiam earum quae clausuram non habent; 2° in Capellis seu Oratoriis piarum Communitatum, quae licet non habeant ingressum in via publica, inserviunt tamen quotidianis exercitiis totius Communitatis; 3° in Capellis seu Oratoriis ad personas quidem privatas pertinentibus, sed quae sunt publica vel semipublica in eo sensu quod habeant ingressum in via publica vel prope viam publicam, ut semper cuilibet volenti intrare permittatur?

IL Potestne Episcopus alia Oratoria praeter Capellani seu principale Oratorium erigere in piis Communitatibus, sive ob numerum Sacerdotum ibi degentium ut ab omnibus Missa dici possit, sive in gratiam infirmorum qui nequeunt adire Capellani seu Oratorium principale?

III. Potestne Episcopus iure proprio concedere facultatem asservandi SSmum Sacramentum I° in Ecclesiis seu Capellis publicis quae tamen titulo parochiali non gaudent, etsi utilitatibus Paroeciae inserviant; 2° in Capellis piarum Communitatum publicis, id est quarum porta pateat in via publica vel in area cum via publica communicante, et quae habitantibus omnibus aperiuntur; 3° in Capellis seu Oratoriis interioribus piarum Corn-

il) Habes Vol. XXI, 507.

munitatum, quando non habent Capellani seu Oratorium publicum in sensu exposito, ut evenit ex. gr. in Seminariis.

IV. Potestne Episcopus iure proprio licentiam concedere uni Sacerdoti secundam Missam diebus Dominicis aut festivis de praecepto celebrandi I° in Oratoriis seu Capellis quae a S. Sede vel vi Indulti ab ea concessi fuerunt approbata, quando propter distantiam a Parochiali Ecclesia ista secunda Missa proficere potest voto Parochianorum, qui aliter Missam non audirent vel saltem difficillime; 2° in duabus Ecclesiis in eadem Parochia existentibus, quando pro utraque deservienda unicus adest Sacerdos, et tamen non sine detrimento religionis Missa in una tantum celebraretur ; 3° in eadem Ecclesia quando aliter pars sat notabilis Parochianorum Missam non audiret; 4° quando valde utilis est, sin autem necessaria ista secunda Missa ut communicari a Fidelibus cum maiori facilitate et aedificatione frequentius possit?

Sacra itaque Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, hisce postulatis sic respondit:

Ad I. Episcopus utatur iure suo in omnibus casibus expositis.

Ad II. Si porro ex piarum Communitatum conditione necessaria sit erectio alterius Oratorii, pro eius erectione facultas erit a Sancta Sede obtinenda.

Ad III. Implorandum est Indultum a Sancta Sede quoad omnia postulata.

Ad IV. Posito quod Episcopus iam facultatem obtinuerit a S. Sede concedere Sacerdotibus suae Dioecesis indultum bis in die festo sacrum litandi, erit suae prudentiae hac speciali facultate in casu necessitatis pro populi bono uti, si vero eiusmodi facultate ipse non sit instructus, eam impetrare poterit. Atque ita respondit ac declaravit. Die 8 Martii 1879.

Ita reperitur in Actis et Regestis S. R. Congregationis. Die 23 Ianuarii 1899.

D. PANICI S. *R. C. Secretarius.*

LUCANA; dubium quoad clausulam appositam in facultate concessa Canonicis Cathedralis Lucanae.

Ex indulto Apostolicae Sedis confirmato per Bullam s. m. Benedicti Papae XIII, XV Kalendas Martii anno 1725, Rifio Ca-

pitulo et Canonicis Ecclesiae Cathedralis Lucanae facultas celebrandi ad Missam et ad Vesperas in Pontificalibus concessa fuit sub hac clausula et conditione : « quoties- processionaliter aut capitulariter aut ad aliquas Ecclesias civitatis Lucanae in quibusdam Ecclesiarum ipsarum solemniis, prout moris est, accedant». Hinc a Sacra Rituum Congregatione expostulatum est : An eiusmodi facultas extendatur ad supradictas functiones in Pontificalibus, etiam absente Capitulo iuxta antiquissimam consuetudinem?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque mature perpensis, rescribendum censuit: *Standum decreto* Ex Romanorum Pontificum indulgentia *d. d. 27 Augusti Í822 et Constitutioni sa. me. Pii Papae VII.* Decet Romanos Pontifices *IV Nonas Iulias anno 1823.* Atque ita rescripsit die 27 Tan. 1899.

C. CARD. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. S S.

DIOMEDES PANICI *S. R,. C. Secr.*

DUBIUM quoad organorum pulsationem quando canitur Praefatio aut Oratio dominicalis.

Proposito dubio : An in cantu Praefationis et Orationis Dominicalis quoties Missae decantantur, organa pulsari queant? Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, et audito voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit: *Obstat Caeremoniale Episcoporum lib. f cap. 28, n. 9, quod servandum est.* Atque ita rescripsit. Die 27 Ianuarii 1899.

C. CARD. MAZZELLA *S. R. C. Praefectus*

L . © S .

DIOMEDES PANICI S. *R. C. Seeret.*

AGINNEN. exposcitur facultas transferendi in Dominicam sequentem benedictionem candelarum.

Rmus Episcopus Aginnensis in Gallus Sacrae Rituum Congregationi humiliter exposuit quod in sua Dioecesi praesertim ruricolae degunt, et difficile ad Cereorum Benedictionem die II Februarii ecclesiam frequentant ob festi Purificationis sup-

pressionem. Quapropter expostulavit ut in eadem Dioecesi benedictio solemnis Candelarum, quae fit iuxta Ritum die 2ª Februarii, in Dominicam sequentem transferretur. Sacra porro Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit: « Servetur Decretum in una *Rhemen.* 7 Februarii 1874 » (1). Atque ita rescripsit. Die 27 Ianuarii 1899.

CAMILLUS CARD. MAZZELLA S. *R. C. Praefectus.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI *S. R. C. Secretarius.*

MARIANOPOLITANA dubia diversa.

Rmus Dnus Paulus Bruchesi Archiepiscopus Marianopolitanus, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione humiliter subiecit, nimirum :

I. Utrum preces quae flexis genibus, ad omnes horas in feriis poenitentialibus dicuntur, pariter in fine Matutini, quando separatur a Laudibus, sunt addendae?

IL Utrum antiphonae « Ne reminiscaris » et « Trium puerorum » quae privatim a Sacerdote recitantur ante et post Missam, duplicandae sunt vel non, iuxta ritum Missae quam celebrat?

III. An satisfacit obligationi suae clericus in ordinibus sacris constitutus, qui sponte vel invitatus se adiungit clero, officium ab officio ipsius clerici diversum canenti vel recitanti?

Et Sacra eadem Congregatio referente subscripto Secretario, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, re mature perpensa, rescribendum censuit :

Ad I. Negative.

Ad II. Ad libitum in casu iuxta ritum officii vel Missae.

Ad III. Negative, secluso privilegio.

Atque ita rescripsit. Die 27 Ianuarii 1899.

C. CARD. MAZZELLA, *S. R. C. Praef.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI, *Secretarius.*

(i) Habes Vol. XII, 469.

ANDEGAVEN. Beatificationis et canonizationis Servae Dei Ioannae Delanoue Institutricis sororum a s. Anna nuncupatarum (I).

CAPUT I.

Vitae synopsis Servae Dei.

Ioanna Delanoue Salmurii in Gallia nata est die XVIII Iunii anno christiano MDCLXVI, parentibus piis honestisque. Pater eius Petrus mercaturam faciebat. Hic uxorem duxerat Franciscam Bureau, summa charitate feminam ; ex qua filios ad duodecim suscepit, postremam Ioannam, de qua scribere instituimus. Haec a prima aetatula statim apparuit quam singulari Dei providentis cura regeretur. Nam cum plenus lixivia alveus in infantem casu esset prolapsus, nutrix consternata, quae iam obtritam Ioannam mortuamque deplorabat, illaesam omnino reperit; quod maximae ei admirationi fuit.

Ubi primum Ioanna coepit ratione uti, coepit simul infinitam Dei maiestatem revereri et odisse ex animo peccatum. Timor divinae offensionis eam tenebat continenter anxiam et sollicitam; quare quum falso existimaret se in pluribus quotidie graviter delinquere, placare sibi Numen studebat, iam tum corpusculum doloribus molestiisque exercens. Ad haec assidue precari Deum; libentissime in sacris morari aedibus ; sacramentalis poenitentiae lavacrum identidem adhibere.

In ludi exercitationibus, ingenii indole praestans, facile superabat aequales condiscipulis, quibus nihilo secius propter humanitatem comitatemque cara erat. Nisi quod, cum quidpiam intelligeret minus recte honesteve ab eis factum, acerbius redarguebat sontem, quam par esse videretur, ut hanc admissi poeniteret. Itaque non tam eius pravitatis detestatione, quam gloriola quadam dominandi moveri ad reprehendendum videbatur. Illud autem minus etiam probandum est, quod si in ipsa matre aliquid deprehenderet vitii, ipsi non dubitabat id exprobrare matri licentius, quam obsequentem filiam deceret. Idcirco miserentis Dei iudicio factum est, ut vehementissimis tentationum fluctibus, praesertim adversus castimoniam, diu multumque sit agitata. Nam etiamsi illa quidem nihil magis exsecrabatur, quam impuras huiusmodi illecebras, neque plu-

(I) Decretum introductionis causae iam relatum fuit Vol. XXXI, 380.

rium annorum spatio, quibus sic est exercita, unquam ab angeHcae virtutis amore studioque discessit, tamen, ut ab eius generis pugna victrix evaderet, certe debuit imbecillitatem suam imprimis agnoscere, divinamque opem perquam humiliter implorare ; quare sensim eam contumaciam elationemque animi, cui natura nonnihil indulgebat, comprimi necesse erat.

Ad tentationum sollicitudines molestissimi accesserunt conscientiae scrupuli, qui misere eam torquebant. Ut, quibus obruta erat mentis tenebris lumen consilii quaereret, ad Confessarios confugere consueverat; at unde solatium iure expectabat, inde nihilo quietior redibat. Confessionis enim causa cum ad sodales Oratorii una cum matre ventitaret, ex his et ipsa quempiam sibi Confessarium elegerat, neque alio audebat, ne displiceret matri, divertere. Sed Oratorium Salmuriense his temporibus Iansenistarum veneno imbutum, haud magno poterat esse usui fidelibus, ut quam expetiissent, animi pacem recuperarent.

Interea moritur mater. Ipsa cum iam posset suo arbitratu vitam exigere, (pater enim iampridem decesserat) nihil tam discupiens quam tranquilla conscientia frui, relictis Oratorii sodalibus, ad quemdam sanctis moribus sacerdotem, Grennettau cognomine, adiit eumque obsecravit, vellet spiritus sui moderationem suscipere. Annuit ille, modo tamen Ioanna, uti facere consueverat, commercio na vacaret diebus festis. Erat ea quidem admodum molesta conditio : cum enim minuta plebs reliquo tempore agriculturae aut opificiis addicta, Dominicis festisque oppidum celebraret frequentior, spemque faceret maioris quaestus, mos erat etiam proborum ut his quoque diebus negotiarentur. Attamen Dei Famula haud aegre sacerdoti obtemperavit ; maluitque non exiguam rei familiaris iacturam pati, quam impedimentum aliquod divinae gratiae obiicere. Tum vitae totius noxas cum abluisset sacramento, veniam obtinuit tres in hebdomada dies esuriali ritu transigendi ac alios poenitentiae voluntarios cruciatus assumendi.

Itaque novi Confessarii monitis iussisque religiose obsecuta, brevi residentibus animi procellis mitigatisque angoribus conscientiae primitus post diuturnam luctam conquiescere visa est. At vero quietem huiusmodi iam novum excipit pugnae genus, novisque tentationibus Ioanna exercetur : ita Deo permittente ut suis aliquando expurgata vitiis admirabilem sanctimoniae candorem indueret. Nam praeter eam, quam diximus, inanis gloriolae appetitionem, naturale erat in **D.** S. quoddam parsimoniae studium, quod non multum ab

avaritiae sorde distare videbatur. Hac via institit maius daemon tentare, ut, aucta vel pecuniae aviditate, vel inopiae formidine, restrictiorem eam faceret in christianae misericordiae officia. Neque negandum est, rem quadamtenus ex sollicitatoris sententia successisse. Maxime ex quo, defuncta matre, simul cum nepte vivere Ioanna coepit, et per se tabernam habere, plus aequo et parcebat sumptibus, et pauperculorum solatio deerat: adeo ut anno MJDCXCIII quo summa urgebat annonae caritas, tantum sibi panis compararet quod in singulos dies esset satis, haud amplius; idque faciebat ea mente, ut sine mendacio posset egenos, si qui, rogassent, inanes dimittere.

Sed non post multo (ait Maria L aigle, quae fuit ex primis D. S. sodalibus), ignem avaritiae extinctum supplevit charitatis ardor, mirabilisque est in Ioanna vitae facta conversio. Eo quo diximus anno, paupercula quaedam vidua Rhedonensis, nomine Francisca Souchet, in Epiphania Domini venit Salmurium peregre, ut solebat pietatis causa, ut cultam magna religione imaginem Beatae Virginis veneraretur. Haec cum vellet apud Ioannam divertere quippe inops et egena non impetravit hospitium: at cum rediisset sub festum Pentecostes, idemque a D. S. postulasset, tandem recepta <est. Quod charitatis officium hospitae saluti fuit. Nam ut erat pia vidua Dei plena spiritu et promovendae sanctimoniae studiosa, ubi primum sensit Ioannam rebus caducis tenacius adhaerescere, impulsu plane divino coepit mundi contemptum in eam et paupertatis caritatisque amorem hortando monendoque instillare. Huius illa sermonibus incensa, statim vitae institutum mutavit, et quae adhuc nimio inopiae metu tenebatur quominus egentibus benigne faceret, iam tum in maternum divinae providentiae sinum omni sua ipsius abiecta cura, splendidum libéralitatis et misericordiae fuit exemplum.

Itaque relicta nepti procuratione tabernulae, ipsa ad afflictos omne genus solandos se contulit; quibus tam effuse de suo elargiebatur, ut cuidam Christi nomine petenti, a quo sciebat egestatem simulari, opem non denegaverit. Sanctae admonitu viduae cum accepisset in suburbano S. Florentii esse certas familias omni humana destitutas ope, mox, ni subventum esset, fame perituras, magno animo libentique ad squalida mapalia accurrit auxilio. Tres menses quotidie cum illuc rediret, nudos de suis etiam vestibus operuit, famélicos abunde recreavit, ipsorum lintea etsi tam foeda ut vermibus scaterent, per se lavit ; omni denique misericordiae modo

illis opitulata est. Francisca postquam hospitae, tam alacriter virtutis viam iam insistenti, stimulos admovisset, dixissetque se divinitus accepisse " destinari Ioannam sublevandis pauperibus et fore ut mater pauperum vulgo appellaretur „ discessit.

Postridie eius diei Ioanna extra se rapta triduum mirabiliter mansit. In ea visione clare se perspexisse postea edixit, genus vitae ad quod divinitus vocaretur, Congregationem a se condendam primas Instituti sodales et alia idipsum spectantia. Quo caelesti visu mirum quantum animi sumpserit Dei Famula ad sanctum urgendum propositum. Quin etiam ut experiendo diligentior promptiorque fieret ad levandas proximi calamitates, Caesarodunum cum piis quibusdam feminis proficiscitur pedibus ; quo in itinere, pecuniam, quam secum asportaverat, mendicis tribuendo, ipsa emendicato vivens non semel persensit quam sit amara repulsa postulatae stipis vel diversorii. Post haec domus eius indigentibus, quibus a die initae sanctioris vitae numquam non patuit, magis magisque frequentari coepit. His autem neutiquam contenta Dei Serva, circumibat conquisitum alios, quibus subveniret. Vix attinet dicere, tam prolixae charitati impares fuisse-domesticas Ioannae copias, quae propterea studiose corrogare pro mendicis opem, mutuam accipere pecuniam, maxime fidere providenti Deo. Deus autem gratam se habere operam spemque suae famulae, non semel vel in eius manibus nummos multiplicando, vel ei praeter hominum expectationem alio quopiam modo auxiliando ostendit. Interea non parum molestiae patiebatur Dei Serva primum a nepte, quae tantam eius munificentiam aequo ferre animo non poterat, quod rem familiarem quotidie attenuari cerneret, tum a civibus suis quibusdam, qui cum ipsi plus haberent in bonis aegerrime tolerabant se ab illa in sublevandis proximis superari. Sed nihil querimoniae aut calumniae valuerunt ut eam ab incepto moverent : neptem tandem ad sua prosequenda instituta convertit ; ceteros, nova semper charitatis opera moliendo, in admirationem sui rapuit.

Nam ubi ex Caesarodunensi itinere redierat, nacta puellam summa egestate afflictam derelictamque a suis, ad se assumpsit, domique suae educere coepit. Hoc initium fuit ***Instituti a Providentia,*** quod, secundum piae Franciscae praedicta, Dei Famula conditura erat. Anno MDCCII pupillae ad alendum receptae numero ad duodecim erant. Quo tempore mirifice apparuit patientia et fortitudo S. D. Nam cum ingens saxum, quod domunculae hos-

pitali imminebat, subito casu decidisset, unamque e bissenis oppressisset puellam, salvis ceteris, tum qui invidebant charitati Ioannae gaudere ruina et sibi plaudere. At illa, venerata altissimum Dei consilium, nihil a proposito deterrita, supplex ad Sodales Oratorii venit, flagitatque velint sibi aliquam aedium partem locare, in quam superstites orphanas ad habitandum adducat. Superbe illi quidem Dei Servam excipiunt, nec nisi pluribus exorati tandem ei equilia concedunt maximo pretio. Tum illa praenuntiavit fore ut, quae nunc in equilibus stare cogebantur, praecipua earum aedium conclavia incolerent. Id quod eventu probatum est quinto post anno quum, opitulante liberalius quadam pia matrona, commodior habitatio Dei Famulae hospitibusque eius quaesita est. Augescente autem in dies pauperum numero (cum D. S. omnes, quotcumque novisset indigas opis suae, perlibenter amplecteretur) alias subinde aedes mutavit, donec, mirum in modum divina adiuvante bonitate talem constituit domum, quae suos iam ad sexcentum auctos pauperes capere posset. Ita quod curatores municipii Calmuriensis facere statuerant nec potuerunt, effecit inopis mulieris charitas, ut nempe pergamena hospitalis domus plurimis omne genus indigentibus Salmurii pateret.

Iamvero tantae excolendae segeti par esse non poterat solius D. S. opera, quamvis iam adiuvante nepte. Quamobrem plures, Deo inspirante, virgines ad eam se contulerunt, postulantes ut se in partem laboris admitteret. Libens eas accepit D. S. gaudens illud evenire, quod Francisca Souchet futurum esse praedixerat. Accidit id anno MDCCIV ; hisque operae suae adiutricibus aliquas religiosae vitae normas et communem habitum dedit die sacro S. Annae; ex qua nova Congregatio nomen accepit. Quo maior autem fiebat egenorum numerus vel in domo hospitali vel extra, ad quos sese porrigebat D. S. charitas, eo plures illi sese adiungebant generosi, pectoris feminae, subsidiariam operam offerentes. Quae tamen nonnisi anno MDCCIX prima nuncuparunt vota, et postero anno confirmatam Andegavensis Episcopi auctoritate regulam habuerunt.

Quam suis Sororibus D. S. proposuit, regularis vitae forma erat ea quidem austera, sed mire accommodata ad charitatem proximi, ad mundi despicientiam, ad poenitentiam cordis potius quam corporis fovendam. Multo autem illa secum agebat severius. Lectum sibi interdixerat; brevem somnum in duro sedili carpebat nec depositis vestibus; plures 'dies ieiunio continuare consuevit, cibum autem semel in die parcissimum capiebat. Ceterum avide captabat

occasionem naturae cupiditatibus repugnandi et semet humiliandi; quare tum maxime laetari videbatur, cum aliquid adversi ab hominibus ferebat. Ubi primum eius Sorores religioso habitu prodierunt, tunc quotquot eius sanctimoniae invidebant, irridere et conviciari ; alii vestium insolentiam reprehenderé, alii arrogantiam arguere Servae Dei, quae religiosam familiam instituere esset ausa. Quin etiam non defuerunt, qui ad D. S. contumeliosas sane litteras scripserint.

Id vero praecipue tenebat eam sollicitam, quod cum de dubiis rebus quae pertinerent ad suae vitae genus vel ad instituta sua Confessarium consilii causa adiret, iste, uti haerebat anceps in quacumque re difficiliore, nullo unquam eam solaretur consilii lumine ; ubi vero vidisset aliquid ab D. S. gestum minus successisse e sententia, tum promptus esset ad accusandam eam temeritatis. Itaque mirum in modum excruciábatur animo D. S. etsi semper a Patre luminum opportunam consolationem imploravit. Nec frustra; nam praeter immissas subinde menti divinitus illustrationes, identidem aderat Francisca Souchet, quae tenebras discuteret viamque tenendam monstraret; atque etiam relatus nuper in Beatorum album Ludovicus Grignon, cum diligenter per se rem expendisset, genus vitae a D. S. susceptum, eius instituta regulamque Sororibus praescriptam amplissime probavit, Deoque placere affirmavit. Itaque hospitium quotidianis divinae providentiae subsidiis amplificabatur, simulque numerus augescebat Sororum, quae egenos infirmosque curarent: iamque non solis Salmurii finibus contineri poterat harum opera, sed plures circum civitates rogabant D. S. vellet suas Sorores in solatium pauperum illuc quoque mittere. Et quidem dum D. S. viveret Congregatio Sororum a Providentia late diffusa novem domos obtinuit. At multo magis, post mortem optimae Fundatricis, propagata est ; ita ut hodie domos plus centum numeret, Sorores ad sexcentum ; neque ullis temporum conversionibus est interrupta, ne saeculi quidem superioris fine, cum tanta rerum omnium perturbatio in Gallus facta est.

In septuagesimo aetatis anno D. F. tam praeclaris iuncta charitatis operibus, multis etiam mirisque Spiritus Sancti charismatis ornata, pretiosam in Domino mortem obiit die **17** Augusti **1736** cum vulgatissima sanctimoniae fama. Huius porro virtutes, quae quantae fuerint licet vel ex his paucis coniicere, ceteraque eius sanctitatis signa fusius iam distinctis articulis de more prosequantur.

CAPUT n.

De virtutibus iii genere.

Ex iis, quae hactenus de S. D. vita moribusque diximus quaeque postea suis locis dicemus, duae videntur eminere virtutes, veluti eius nota'e quaedam et characteres, nimirum eximia charitas proximi et poenitentiae incredibile studium. Optime testis LXIV ait, Rev. Dominum Macè (in libro, quem de S. D. scripsit) hanc cum S. Vincentio a Paulo propter charitatem comparasse, et S. Petro de Alcantara propter poenitentias. " J'oserai dire (scribit) que selon ma conviction, la Servante de Dieu Jeanne Delanoue ***peut être, en toute justice, comparée à S. Vincent de Paul pour la charité, et à S.Pierre d'Alcantara pour la pénitence „.***

Porro cum ea sit inter christianas virtutes coniunctio et necessitudo ut una nequeat sine ceterarum comitatu in cuiuspiam animo esse; idcirco simul cum illis duabus in D. P. ceterae virtutes tum theologicae, tum morales enituisse dicendae sunt. Revera unice vivens ex ***fide*** omnibus creatis rebus abdicatis summa ***spe*** semper ad Deum respiciebat, cuius ***charitate*** tam operosas curas suscepit, ut proximis bene faceret; ut certe per totam continenter vitam nemo melius ea impleverit mandatum Ecclesiastici: " Qui timetis Dominum, credite illi, sperate in illo, diligite illum „. Excelluit praeterea et ***prudentia,*** rectissime se suaque instituta gubernans secundum Deum; et ***iustitia*** omnibus satisfaciens perfecte legibus, nullius unquam iura violans; et praeter ***temperantiam*** qua prorsus in exemplum inclaruit, ut dictum est, ***fortitudine*** nullis vel aerumnis vel difficultatibus animo concidens aut a sancto proposito deficiens. Sed instituti ratio exigit ut singula enacleatius expediamus.

CAPUT III.

De Fide.

Cum fides christianarum virtutum prima sit et initium totius iustificationis, nec sine ea placere Deo quis possit " fides erat fundamentalis petra, qua nitebatur omnino Dei Famulae vita „, atque adeo " Ioanna Delanoue potissimum ex fide vixit „. " Fides

enim non modo eius intellectum illustrabat, sed etiam voluntatem incendebat, non modo pura, sana, integra in credendo, sed etiam viva, ardens, actuosa „.

Vidimus supra, D. S. ab ineunte adolescentia maximi consuevisse facere, quae ad divina et supernaturalia pertinerent. Pie diligenterque paterna in domo catholicae .Religionis praeceptis innutrita, habere in deliciis mature coepit orationem, mortificationem, divinis officiis, Missae praesertim adesse, Sacramenta suscipere, omnia denique adhibere sanctificationis adiumenta, quae D. N. Iesus Christus Ecclesiae suae commendavit. Itaque fides in Ioanna adeo erat, ut ita loquar, naturalis ut numquam de veritatibus fide credendis sollicitata animo sit. Postquam autem ipsa insigni divinae gratiae munere ad perfectioris vitae genus sese convertit, tum certe fidei habitus, quem baptismali regeneratione acceperat, mirifice auctus in vitam, in verba, in opera .j3. ***D.*** splendidum evangelicae perfectionis decus abunde diffudit. Posthac enim " ad supernaturales veritates, ad consilia et praecepta evangelica, veluti ad praecipuam normam, vitam exegit omnem; hoc principium et fons fuit eius et charitatis et mortificationis et humilitatis et fortitudinis, quas eam virtutes heroico gradu exercuisse constat „.

Conservandae autem augendaeque in se fidei causa simplicitatem cordis humilitatemque sedulo coluit. " Ubi cognovisset quodpiam doctrinae caput communi Christianorum fide teneri et ab Ecclesia esse propositum, hoc satis erat ut eidem firmissime adhaeresceret „. Qua in re nihil tam ei displicebat, quam insolens quorumdam curiositas, qui magisterio Ecclesiae vel praeceptionibus non acquiescunt nisi cum cuiusque rei vel credendae vel faciendae causas perspexerint. Nam " via inquisitionis privatae et ratiocinationis periculosa Dei Servae videbatur, maxime feminis prae via humilis submissionis erga legitimorum Pastorum vocem „.

Ut magis magisque proficeret in scientia sanctarum rerum, piam lectionem adamabat. ***Novo Testamento et Imitatione Christi*** praecipue delectabatur, quibus incorruptos doctrinae latices hauriebat, studiosissime cavens a quibusvis dubiae auctoritatis libris quibus aliquam fidei iacturam faceret. Legebat autem nequaquam, leviter aut perfunctorie sed perquam experrecto attentoque animo, non ut theologiae peritiam inde peteret, verum ut regulam sumeret bene sancteque vivendi. " Omnes Evangelii veritates penitus addiscere studebat, ut eas sibi in succum, ut aiunt, et sanguinem converteret eisque vitam dirigeret; nequaquam ut perpenderet aut

in dubium ea vocaret, quae perfectissimum a nobis obsequium desiderant. Series autem totius eius vitae luculenter demonstrat Dei Servam Iiis fidei luminibus semper usam esse supernaque sapientia, quam Pater luminum tanta liberalitate, humilibus parvulisque participat dum denegat prudentibus, qui sibi sapiunt „.

At fides S. D. non solum simplex velut infantis erat, sed matura ut viri, qui facto ostendat intimam mentis persuasionem; atque etiam D. S. non modo christianam, sed fortem militem se Christi probavit, depositum fidei sartum tectumque ab acerrimis impugnationibus conservans. Nam adversus Iansenianos, qui tum, ut diximus, misere infestas habebant G-allias, incredibili astu insidiantes vigilantia haud minore Ioanna puritatem suae fidei tutata est. " Sacerdos quidam quum omni ope niteretur in domo Providentiae assequi locum moderatoris Sororum spiritualis, ob idque suam operam in omnibus polliceretur Servae Dei, atque etiam diceret ei domui velle se bona sua omnia attribuere in qua reliquam aetatem acturus esset, Ioanna quia illum agnoverat Ianseniana scabie infectum, postulanti semper obstitit. Quem porro ne aspicere quidem se aequo posse animo testabatur Dei Famula; quae arcano quodam instictu ab eius generis hominibus abhorrebat „. — Neque vero persuaderi poterat ut crederet certas quasdam religiosas Salmurii, quae lansenistarum commenta sequerentur, vera cordis tranquillitate frui. — " Cum inter quosdam Clericos incidisset, Dei Serva praesente, de Religione sermo, unus ex eis ait, se neque a Iansenistis neque a Catholicis dissentire, omnibus se facile morem gesturum, dum pacate viveret. Haec audiens D. S. ob reverentiam quidem sacri characteris hiscere non est ausa, at clare indicans vultu quantam animi aegritudinem ea verba sibi attulissent, effecit ut ille rectius loqui inceperit et professus sit se in summa obsequi velle definitionibus Ecclesiae non disputare „. — In alio tamen presbytero, lansenianae sectae eam fefellit opinio. Rata, ut erat hominis facies ad pietatem composita, nihil sub ea specie subesse fraudis, auctoritate praesertim Andegavensis Episcopi permota, spiritualem Sororis cuiusdam curam presbytero permittit. At vero postquam accepit eum nec Pontificiae Constitutioni ***Unigenitus*** parere, nec indictae formulae subscribere voluisse, illico cognitum haereticum ab se repulit extrusitque foras. — " Item alius suspectae fidei sacerdos pretiosis muneribus in usum Sacelli ***Domum Providentiae*** ornarat. Recepit ea Soror Delanoue, utpote quae non respiceret unde obvenirent sibi dona, modo et legitime essent facta

et in gloriam Dei pauperumve utilitatem verterent. At conatus quasi remunerationis gratia, Dei Servam in suam sententiam pertrahere, quoties id tentavit, toties vehementer repugnantem invenit; ita ut tandem dixerit, quoniam nec Presbyter Sororem nec Soror Presbyterum movere de sententia posset, satius iam fore nullum de similibus rebus verbum addere „.

Ceterum, pluries aggressi sunt Iansenistae labefaetare eius in catholica fide constantiam, minis, conviciis, pollicitationibus: Dei Famula autem, quamquam ita se suae res habebant, ut omnium ope indigeret, maluit multorum hominum amicitia subsidiisque carere, quam debitum Ecclesiae docenti obsequium mentis detrectare. " Nulla unquam fortasse religiosa familia magis fuit deceptionis errorisque periculis exposita quam ***Providentiae Domus;*** talis autem Antistitae opera, nulla fuit, in qua catholicae fidei puritas sit sanctius conservata „. Merito igitur Scriptor eius vitae singularibus laudibus effert D. S. fidem, quam tamquam perfectum exemplar proponit.

Huius autem vivae fidei studium praeclare indicabant sermones illi, quos Dei Famula ad Sorores de rebus ad Religionem spectantibus identidem habebat. Quo enim callidius instabant errorum satores, propiusque aberant, eo vigilantius excubabat prudens Moderatrix ut inimicas fidei machinationés perderet et in Apostolicae Sedis obedientia magis magisque suas Sorores consolidaret.

Quid porro dicamus de instituta a S. D. Congregatione, quae vere appellari possit perpetuum quoddam eius admirabilis fidei monumentum? Quippe fides in Eum, qui ait : " ***Nolite solliciti esse dicentes: quid manducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur*** t ***Haec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis. Quaerite primunt regnum Dei, et iustitiam eius; et haec omnia adicientur vobis „*** haec, inquimus, fides fuit velut anima Instituti, eaque sublata ipsum tollebatur Institutum. Recte Testis LXIV: " Congregationem, non secus ac vitam suam, in fide fundavit „. Testis autem VII: " Ab omnibus derelicta, saepius contemptui habita, ipsis adversantibus praesulibus, arctius Christo Deo adhaerebat, ad eumque clamabat: ***confirma et tuer e hoc, Domine, quod operatus es!„.*** Igitur usque ad exitum vitae continuavit opus, sola fide subnixa. Finis D. S. hic erat, ***servire Christo in persona pauperum.*** Haec formula usurpari a Sororibus adhuc solet.

Praeterea cum * maximae fidei signum sit maxima et non ces-

sans oratio „ ut ait Card. de Lauraea, hoc etiam ex capite splendidissime eminet fides S. D. Nam " Oratio assidua, ardens, humilis sancte familiaris erat animae S. D. velut alitus; eiusque vita nihil fere fuit nisi quoddam continuum cum Domino Nostro colloquium „. Legimus autem in Vita D. S. a coaevo edita: " Ioanna in continuo fuit actu divinae praesentiae": in rebus dubiis, in angustis, in inceptis ad Deum confugiebat, auxilium implorans. Vere affirmare possumus, Spiritum Sanctum eius praeceptorem et veluti paedagogum subinde quid facere oporteret inspirasse Famulae suae per orationem constantem sibi coniunctae.... Multiplicia, quibus distinebatur, negotia, cum tam multas deberet curare Religiosas Filias, alere pauperes, nedum ei impedimento erant quominus Deo attenderet, in causa erant, cur instantius ad Eum supplex se converteret.... et plures continenter horas diebus singulis in sacra aede orationi tribueret „,

Huic orandi studio par erat devotionis spiritus. Erga Sanctissimam Eucharistiam, quae singularem in modum fidei mysterium est, singularem pietatem gerebat. Dominicum Corpus libare quotidie, ante Sanctum Ciborium frequenter diuque precari, Divini Sacramenti amorem cultumque propagare. " Devotissime erat affecta erga Sanctissimam Eucharistiam, quam quotidie consuevit summo cum pietatis ardore suscipere. Postquam autem, quod vehementissime optarat, est assecuta, ut apud se posset Sacramentum habere, ante Ipsum noctis etiam partem adorando consumebat„. Sacratissimae Eucharistiae amore cavit in Regula ut nullum esset diei tempus, quo non una aut plures ex Sororibus ante Sacramentum adstarent supplices. Hanc divinam escam cum tantopere esaurire videretur, illi praeter lacrimabilem eiusdem aetatis desuetudinem facultas quotidianae Communionis facta est: dum autem extremum aegrotavit Dei Serva, Episcopus Andegavensis relaxans dioecesana statuta, divini Viatici solatium ter in hebdomada ei concessit. Patientem autem pro hominum redemptione Christum non minus quam sub mysticis speciebus latentem praecipua devotione Ioanna coluit; eiusque cultum Sororibus diligenter inspiravit.

Non minus idoneum eius fidei argumentum suppetit ex pietate filiali, qua Beatissimam Virginem appellatam a Clemente Alexandrino " sceptrum hortodoxae fidei „ perpetuo prosequuta est. Eam post Christum Deum maximam patronam et caelestium munerum conciliatricem adhibebat. Clementissima porro Dei Mater miris do-

nis locupletavit suam clientulam, cui etiam nou semel se conficiendam dedit. Praeterea aliorum sibi Sanctorum Caelitum patrocinium conciliare studuit, praesertim S. Annae et S. Martini, quos sibi multiplici obsequii genere demerebat. Atqui honor hic Sanctis tributus cum certissimum sit fidei christianae indicium, dicente S. Laurentio Iustiniano: " Deo credit qui Sanctis suis credit,,, iure ab Auditoribus S. Rotae ad adstruendam fidem Servorum Dei, plurimi fieri consuevit.

Confirmant locupletissime nostram conclusionem ea quae de donis supernis S. D., praesertim de dono contemplationis et miraculorum infra sunt dicenda. Etenim huiusmodi gratiae gratis datae cum virtutem fidei supponant et perficiant, merito infertur Dei Famulam, quae hisce supernis charismatibus affatim ornata erat, fidei virtute excelluisse. — Non est igitur, ait Testis LXIV dubitandum quin Dei Famula fidem theologicam heroico gradu exercuerit.

CAPUT IV.

De Spe.

Posita intima necessitudine, qua continentur inter se fides et spes christiana, quum illa quidem virtus ab Apostolo dicatur: " *sperandarum substantia rerum* „, de hac autem scripserit Clemens Alexandrinus: " *sanguis fidei est spes, in qua continetur, quemadmodum corpus ab anima,,,* iam ex dictis supra de fide S. D. coniicere possumus quam excellens fuerit eiusdem spes. Hanc certe virtutem non procul a vero abludet qui affirmaverit singulari quodam modo duxisse in vita Ioannae Delanoue.

Nam ex quo diligentius Deum et caelestia colere coepit et misericordiis pauperum se devovit, statim fiuxis et caducis rebus studere desiit et tabernae cura deposita, unde necessaria ad victum adhuc hauserat, paternae Dei providentiae sese omnino commisit. " Quod attinet ad eius opera, inquit Testis XL VIII, heroica apparet spes S. D. Uti quondam sanctus Franciscus Assisiensis, ipsa commercio nuntium remisit, nihil uti proprium habere in posterum voluit, unice Deo freta „. Et vere in Ioanna luculentissime evenit quod S. Bernardus asseruit: " Deus omnipotens facit qui in se sperant „ ; cui adiungi potest S. Cyprianus: " Qui non discernunt inter facile et difficile, cogitantes id quod sibi est difficile Deo esse

facile, ideoque confidunt divinae omnipotentiae, bonitati et promissioni, qua promisit omnia quae certa fide et fiducia ab eo petimus nos impetraturos; quare suam mentem et spem erigunt supra suam infirmitatem, eamque collocant in Deo.... Iii impetrant quaecumque et quantuncumque ab eo postulant „.

Itaque alacris libensque se contulit, ut vidimus, ad multiplicis misericordiae officia, quibus si tam praeclare satisfecit, id potissimum tribuendum est singulari illi immobilique spei, qua auxilium divinum sibi conciliabat. Calamitosos omne genus inopesque, qui ad eam quotidie confluebant, vel ad quos ipsa opitulatum veniebat, famélicos saturare, nudos operire, aegros curare, omni denique ratione reficere et recreare, haec et similia Dei Famula, quum tantis impensis propter suorum redituum tenuitatem par esse non posset neque aggredi potuit sine heroica in Deum spe, neque perficere sine praesentissimo Dei subsidio. Quodsi ingressus in aliquam religiosam familiam, eoque magis alicuius religiosi Instituti fundatio habita semper est indicium certum heroicae spei, ut Benedictus XIV aperte docet, et Eotae Auditores in pluribus causis confirmant, id praecipuo quodam iure valet in causa Ioannae Delanoue, quae tale condidit Institutum, cuius sustentandi tota ratio et firmamentum esset in fiducia Divinae Providentiae.

Quod ut evidentius appareret contra omnem humanae prudentiae regulam, sed certe Spiritus Sancti impulsu, quaecumque homines in simili casu solent accurate quaerere et comparare omnia Dei Famula in suae Religionis fundatione et administratione contempsit, Christi promissionibus unice fidens. Suas enim Sorores e paupercularum et infirmarum numero libentius excipiebat; oblatos in sustentationem sui Instituti perpetuos census refutabat; nihil de crastino sollicita erat, in diem vivere ipsa cum suis volebat Si quis autem ei obiecisset maximas istiusmodi vitae difficultates, respondebat: " *La Providence n'est elle pas un assez bon revenu nous n'en voulons point d'autres* „. — Ad haec quo maioribus cingebatur angustiis minorque suppetebat ad victum facultas, eo fidentius D. F. divinam opem implorabat, quidquid in praesens argenti apud se haberet, animose in pios usus elargiens. Haec enim legimus in eius Vita: " Saepe quum maxime, aere gravabatur alieno egebatque maxime, tum ad Deum in aede Dominae Nostrae cordis sollicitudines effundebat; ibi quasi divinitus instincta in argumentum spei suae residuam omnem pecuniam in arculam eleemosynarum inferebat.... exclamans: " *Seigneur, je vous donne cent sols,*

mais je compte que vous me jefez trouver pour vos pauvres cent livres, cent écus, deux cents écus. Inde alacriore animo discedebat, quasi Deum audisset pollicentem opportuna definito tempore subsidia; neque expectatione unquam decepta est „. Et infra: " Annonae caritas, quae divites facit parciores erga pauperes, Dei Famulam faciebat liberaborem. Quamvis per se ne haberet quidem, unde domesticos aleret egenos, tamen vetuit vacuos dimitti externos etiam qui ad ianuam turmatim affluebant. Quam gratam Dominus haberet tantam largitatem et spem, pluries probavit „.

Eosdem fidentis animi sensus in Sororibus excitare non destitit non solum exemplo vitae suae, sed crebris etiam hortationibus. " ***N'avez vous qu'un morceau de pain,*** dicebat illis, ***partagez-le avec les pauvres de la porte, Dieu vous fera trouver'de quoi nourrir vos enfants „.*** At vero si quam forte e Sororibus vidisset aliquatenus ab hac nullis terminis definita spe in Deum deficere, vehementer eam reprehendebat Dei Serva. " ***Vous eussiez du attendre que le Seigneur vous laissât manquer, puis vous auriez dit: Seigneur, nous n'avons plus rien, nous ne pouvons secourir vos enfants que si Vous nous secourez nous-mêmes*** „. Monita, quae hac de re Ioanna Sororibus impertiebat, ita earum corda subibant, animisque tam alte haerebant ut neutiquam possent oblivioni mandari. Itaque optimae Antistitae opera persuasum illae habebant nihil esse aptius ad multam a Deo impetrandam opem, quam dare in eleemosynam multum, et quod hominibus mundanis videatur dantis fortunam extenuare, id contra, Dei benignitate, maxime augere.

Quod autem mirifice commendat et illustrat Ioannae spem, non semel Deus prodigiis succurrit necessitatibus suae Famulae. Quamquam ratio, qua Institutum in summa rerum omnium inopia sustentabatur tantusque egenorum numerus quotidie alebatur, non vacat miraculo. Neque enim aliter intelligitur, quomodo in • difficillimis, quibus assidua vice versabatur, rerum adiunctis, opportuna semper posset subsidia accipere, etiam ab ignotis personis aut ab iis hominibus, qui nescirent praesentes D. F. difficultates.

Sed quod attinet ad praecipua spei christianae obiecta, quae sunt gratiae supernaturalis auxilia et caelestis beatitudo post mortalem hanc vitam obtinenda, non minus apparet heroica Dei Famulae spes. Neque enim putandum est, ait Auctor eius vitae, Ioannam nostram communi christifidelium spe ornatam fuisse, sed omnino sublimi spe perfectorum, quae a charitate seiungi non potest neque ob adversitates deficit sed roboratur, de qua loquitur

Apostolus : " Grloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio vero spem: spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis „. De eius vehementissimo studio, quo ad caelestia unice contendebat, satis aestimare possumus ex eo quod nihili faciebat, ut vidimus terrena et humana omnia. Quin etiam ista prorsus abiecit et reliquit, ut illa facibus et expeditius consequeretur. Amore compulsa beatitatis aeternae, curis miseriisque plenum vitae genus libenter assumpsit; quippe voluntarie susceptae pro Deo tot aerumnae, non solum fiebant ea cogitatione tolerabiliores atque adeo suaves, sed etiam spem certam faciebant amplioris in caelo coronae.

At dum toto pectore ad aeterna anhelabat praemia et in hac dulci expectatione conquiescebat, tantis identidem tentationibus impetebatur, ut alius quispiam minore virtute praeditus saepius concidisset animo, ipsa autem fortior et validior quotidie evaserit. Incredibiles enim sunt contradictiones, iniuriae, contumeliae, quas alacri semper animo serenoque tulit. Moderatores conscientiae, quos habuit, viri ceteroquin doctrina et pietate non spernendi, sed non satis ad discretionem spirituum illuminati, suspectam sibi esse dicebant eius rationem vitae; ii autem quibus molesta erat fama sanctimoniae D. F. quidquid illa boni ageret, inanis gloriae amore compulsam dictitabant, aut eam non Dei, sed diaboli spiritu animatam. Tum Ioanna nequaquam vel obiurgantibus irasci vel Respondere animum, sed propriam indignitatem et miseriam agnoscere, et enixius rogare Deum ut sibi lumen ad intelligendam voluntatem Eius, vires ad perficiendam tribueret. Sed quam bene esset fundata in spe luculentius etiam visum est, cum ad eam venit Beatus Ludovicus G-rignon, anno 1706. Ille, etsi postmodum D. S. divino spiritu ductam cognovisset, tamen ut experimentum caperet de eius virtute " ***Ma Soeur,*** inquit, ***vous vous perdez. Je vois clairement comme le jour, que vous vous damnez „.*** Sanctitatis opinio, qua apud omnes valebat Ludovicus, profecto facere debuit, ut haec verba gravissima Ioannam, si minus firmae esset spei, ad desperationem adducerent. Quae tamen ad Dominum, prout consueverat, suppliciter cum fiducia perfugit. " ***Faites lui connaître, o mon Dieu, si je me trompe, ou si c'est le diable; toutes mes intentions sont pourtant de Vous plaire à Vous seul, o mon Dieu f „***

Ceterum, ad hanc summam in Deo fiduciam adstruendam optime facit diuturna illa, continua, numquam intermissa oratio, cui

supra agentes de Fide, deditam vidimus Dei Famulam. Ait enim Apostolus: " Spe gaudentes, orationi instantes „. " Nemo quippe orat, scribit S. Bernardus, nisi quod credit et sperat. Vult autem a se requiri Deus etiam quod pollicetur, et ideo forte multa quae dare disposuit prius pollicetur, ut ex promissione devotio excitetur, sicque quod gratis daturus erat devota oratio promereatur „. Quare dum graviores urgebant angustiae, ferventior erat Ioanna in supplicando Deo, auxilium opportunum petens: uti quum ab aedibus Patrum Oratorii periculum erat ne D. F. cum Communitate, extruderetur " elle souffrit (inquit Testis LXIV), mais ne s'appuyant point sur l'humain, elle se contenta de redoubler ses ferventes prières „. Preces maxime tum ingeminabat, cum spiritus ariditate laboraret, aut videretur sibi relicta a Deo esse, qua quidem tentatione nihil gravius et acerbius animae solum caelestia expetenti solet contingere.

Itaque non suis confisa meritis, cum indignissimam et nequissimam omnium hominum sese proclamaret, sed Christi Domini virtute et benignitate, numquam dubitavit sempiterna se gloria potituram. Ad rem Testis VII: " Elle ne se laissa jamais ébranler, malgré les plus horribles tentations. Mais ***toujours humblement, mais fermement, elle crut quelle serait sauvée par les mérites de N. S. J. C.*** „. Eadem habet Rev. D. Céver, in eius Vita. Id quod, auctore S. Bonaventura, heroicam spem indicat; ait enim " In altissimo gradu est, qui expectat eam (beatitudinem caelestem) ex mera bonitate et misericordia Dei „.

Quum autem spes sit, docente S. Antonino, poenitentiae directiva et incitativa, non minus excellit ex hac etiam parte Dei Famula. Quin etiam afflictationes corporis fuerunt in ea tam asperae et fere immanes, ut nisi peculiari Dei revelatione accepisset per Franciscam Souchet, ex acerbitate poenitentiae nullum valetudinis se accepturam detrimentum, non sine causa quis reprehenderé posset tantam in castigando corpore severitatem quantam Dei Famula usurpavit. Ceterum hac de re suo loco data opera tractandum est.

Progrediente aetate, crescente tentationum molestia, quibus Deus suae spem Famulae probandam censuit, praesertim postremis vitae annis, crevit magis magisque confirmata fiducia eius. Atquein extremo morbo, dum in similitudinem Christi morientis, querebatur quod se Deus dereliquisset (tantis premebatur angoribus!) ad Presbyterum quemdam, qui suam propriam sortem lamentabatur. " ***Monsieur,*** inquit, ***il est bon que Dieu nous tienne un peu***

sous sa presse f „ Quae certe verba testantur optime, quam libenti animo in spem futurae gloriae eos morbi dolores pateretur. Liceat igitur ad clausulam afferre sententiam, eiusdem testis LXIV: ***"Jeanne Delanoue, en un mot, eut une confiance en Dieu, extraordinaire et inébranlable „.***

CAPUT V.

De charitate in Deum.

Dicendum nunc est de nobilissima omnium virtute, pro cuius ratione debet sanctitatis cuiuspiam iudicari. " ***Charitas*** enim inquit Augustinus, ***quam duabus istis, idest fide ac spe, maiorem dicit Apostolus, quanto in quocumque maior est, tanto melior est in quo est. Cum enim quaeritur utrum quisque sit homo bonus non quaeritur quid credat aut sperei, sed quid amet „.*** Et recte : nam hominis perfectio tota quanta est in charitate consistit. " ***Unaquaeque res est perfecta quando fini suo coniungitur. Homo autem suo fini, idest Deo, per charitatem coniungitur „*** uti docet S. Thomas; qui propterea alibi affirmat: ***"Perfectio spiritualis vitae ex charitate pensanda est „.***

Porro haec vita adeo perfecta fuit in D. F. ut testes divinam charitatem mirifice in ea enituisse, cunctasque eius actiones informasse confirment. Itaque dicunt, charitatem quodammodo animam fuisse eius vitae. " ***L'amour de Dieu fut V ame de sa vie „*** — Ioannam divino amori se totam vovisse: " ***Ce que j'ai lu et entendu de la Servante de Dieu, me Va toujours fait regarder comme dévorée de Vamour de Dieu*** „; charitatem eius ad gradum heroicum attigisse: " ***Elle a vraiment pratiqué la charité jusqu'à l'héroïsme „.***

Etenim quum amor mundi et charitas simul consistere nequeant, dicente Ioanne : " Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt; si quis diligit mundum non est charitas Patris in eo „ ante omnia Dei Famula, ubi primum superna illustratione et Franciscae piae feminae monitis mundanas vanitates agnovit, statim fluxarum rerum curas omnes abiecit et caelestibus dumtaxat bonis acquirendis studere coepit. Ita vacuo a mundanis cupiditatibus studiisque corde divinum amorem quotidie magis anhelare, et modis omnibus sibi conciliare charitatem Patris, perpetua usque ad ultimum spiritum contentione visa est. Iam illud certe quod primum

est charitatis perfectae indicium, exacta nimirum divinorum mandatorum custodia, de qua Christus Dominus loquitur: " *qui habet mandata mea et servat ea, ille est qui diligit me*,,, quum " observatio mandatorum vere sine charitate fieri non possit „, illud profecto signum illustre admodum apparuit in Dei Famula. Hinc Testis VII habet: " La première marque de l'amour c'est d'accompHr les préceptes. Elle mit tout ses soins à n'en omettre aucun, se reprochant amèrement ses moindres négligences „. —Quin etiam non satis habebat se communium praeceptorum vinculis esse Deo obligatam, sed ut arctius praeterea se Deo coniungeret, evangelicis consiliis magno libentique animo obsecuta, sanctis se votis obstrinxit. Atque antequam tria religiosa nuncuparet vota, alia etiam tria voverat, quae luculentissimo sunt testimonio charitatis eius, scilicet votum Iesu Domino serviendi in persona pauperum, votum semet poenitentia exercendi, votum ter in hebdomada ieiunandi.

At Ioanna praeterea talem se exhibuit continenter ut intime cum Deo coniuncta videretur. Diximus supra, Dei Famulam in continuo actu fuisse divinae praesentiae; ad Deum semper confugisse in dubiis, in angustis rebus, ut consilium, et lumen peteret; neque negotia, quibus distinebatur, quamvis implexa, quamvis multiplicia, unquam facere potuisse ut Ioannae mentem aliquantisper a Dilecto avocarent. Quin etiam addit Scriptor eius Vitae, quaecumque solent hominem a rerum caelestium consideratione abstrahere illa eonsuevisse Ioannam nostram magis magisque ad Deum adstringere. Id quod Auditores Rotae in plurimis Servorum Dei Causis habuerunt tamquam insigne argumentum charitatis; quippe docet S. Bonaventura: " Haec est hominis in hac vita sublimior perfectio ita uniri, ut tota anima cum omnibus potentiis suis et viribus in Deum collecta, unus spiritus fiat cum Deo, ut nihil meminerit nisi Deum, et omnes affectus in amoris gaudio uniti in sola Conditoris fruitione suaviter quiescant „ .

Haec autem unio mentis animique cum Deo praesertim ex frequenti cum eo consuetudine orando perspicitur. Etenim " ubi quem conspexero adhaerentem vultui divino, ait Chrysostomus, idque in summis damnis numerantem, si non continenter oraverit, coniecto talem omnis virtutis esse mediatorem ac Dei templum „. Iamvero orationem D. F. prolixam fuisse, diu noctuque protractam, atque adeo continuam, iugi meditatione- piaque lectione enutritam vidimus. Fructus autem praemiumque tam intimae cum Deo coniunctionis per humilium precum assiduitatem erant crebra divinitus

immissa menti D. F. lumina, cordique inspirationes, ex quibus fiebat ut quidquid ipsa moliretur, divino faceret consilio et impulsu. Itaque non dubitat eius Scriptor vitae affirmare: " On peut dire que le S. Esprit étoit son maitre, la conduisait à chaque pas, et comme par la main, et lui inspirait tout ce qu'elle avait à faire, *par Vunion et le saint commerce, qu'elle avait avec lui dans la prière».*

Sacramentum praeterea *maximae charitatis,* quod est Sanctissima Eucharistia, quotidie magis ad divinam unionem Ioannam inflammabat. Nihil enim arctius coniungit Deo amantem animam, nihil cordis ardorem vehementius fovet, quam id Sacramentum, in quo Christus ipse dilectus continetur et sumitur et divinae charitatis eius reserantur divitiae. Hunc certe caelestem panem tantopere esuriebat D. F. ut non ante conquieverit, quam ei venia data est quotidianae Communionis. Id autem eo magis charitatem arguit Ioannae, quod late tum grassante Ianseniana lue, longe plurimi etiam e piis hominibus propter nimium quemdam reverentiae metum ab hac supernaturalis vitae alimonia se continentes, misere tabescebant. At Dei Famula quum excuperet incensum explere desiderium Christi Domini, sub ynysticis velis ideo latentis ut inter homines esset et cum hominibus quodammodo conversan pergeret, divelli omnino a sacris Ciboriis non poterat. Quare et frequenter per diem Sanctissimum Sacramentum veneratum veniebat; quantum temporis per occupationes poterat, tantum piis hisce visitationibus dabat; quum a sacris altaribus alio abstrahebatur multiplicis charitatis procuratione, tum ne solum relinqueret Dilectum, curabat vehementer hortando, ut aliae Sorores sui vicem susciperent. Postea vero quam, quod ardenter expetiverat, consecuta est ut in Congregationis Sacello sacra Synaxis asservari posset, providit ut nulla diei hora adoratio deesset divini Sacramenti. Quod igitur asserit Scacchus: "necesse est... ut sanctissimum hoc Eucharistiae Sacramentum, cum sit Sacramentorum omnium ex Christi praesentia sanctissimum, sanctitatem quoque impertiatur ei qui devote illud... sumit „, splendide usuvenit in D. F. quae, uti ait Maria Laigle, pientissima femina e primis eius Sororibus : " dans sa S. Communion elle trouva tout ce que l'amour peut posséder „.

Augetur etiam huius argumenti vis ex tenero amore, quo medullitus erat erga Dominicam Passionem affecta ; quippe " tota anima Deum diligit, qui dulciter Christo passo compatitur „. Nam et meditando studiose recolere et colloquendo in aliorum mentes re-

vocare identidem mysteria Christi patientis gratum habuit: atque quinquies in anno sextas ferias certas solemniores maiore devotionis affectu, severiore poenitentiae exercitatione tum ipsa celebrabat, tum a Sororibus in perpetuum celebrari constituit.

Sed ut testatus esset quantopere Crucifixo condoleret, nihil ab eo saepius et vehementius petebat quam dolores, quam aerumnas, quam acerbitates. Quodsi aliquando, licet raro, sentiebat agi secum a Deo mollius, quam ut ardentem hanc patiendi sitim posset explere, tum voluntaras se poenitentiis acrius vexabat; eisque cruciatibus sponte acceptis modum ponebat, quem flagrantissima charitas vix ullum patiebatur. " ***C était pour Notre Seigneur et pour participer à ses douleurs qu'elle faisait de pénitences si excessives „*** ait Maria Laigle. Quum vero doloribus molestiisque, Deo permittente, gravissime tentabatur, nihil illa alacrius laetiusque erat; si qua tamen aegritudinis causa remanebat, id erat, quod non satis exerceretur; quippe cum passionibus charitas crescebat ardorque patiendi. Addit enim Maria Laigle: "N. S. inspira à Jeanne un si grand amour des souffrances, ***qu'elle priait avec ardeur pour obtenir la grâce de souffrir encore plus.*** Son désir de la perfection allait en augmentant de plus en plus. ***Elle avait un désir violent de pouvoir souffrir pour son Seigneur et époux, elle le demanda avec tant d'instance... „.***

Tarn instantes Famulae preces audiit tandem Christus, sivitque eam tribus asperrimis afflictari morbis, quibus ad extremos vitae terminos fere redacta est. Atque ut gratiore etiam esca pasceret amantem, in partem dolorum, quos Ipsemet in flagellatione, in corona spinea, in crucifixione persensit, benigne assumpsit Ioannam, quum spiritualibus exercitationibus in recessu vacaret anno **1711.** Quae dum incredibili dolorum vi premebatur, haec similiaque ex incenso pectore verba fundebat ad Deum : " ***Mon Dieu, contentez mon désir, désaltérez ma soif „.*** — Atque etiam pro suae charitatis merito digna facta est, cui Christus Dominus semet aut Beatissima Virgo divinum Filium conspiciendum daret affixum cruci, ut intelligeret Ioanna gratam acceptamque haberi suam erga Christum passum charitatem.

Hic autem, quo Dei Serva calebat, amor jideo etiam perfectus dicendus est, quia maximis tentationibus obiectus, quin sit aliquatenus imminutus, auctior semper evasit et purior. A nulla enim re alia tam abhorrebat, quam a peccato; propterea cum tentatio urgebat et periculum aderat divinae offensae, humi procumbens mul-

tis cum lacrimis obsecrabat Dominum, ne permitteret a se eam separari. Quidquid autem contra divinam legem commiserat in vita a primo rationis usu, errata etiam levissima atque ipsi defectus ex naturae imbecillitate provenientes in causa erant, cur perpetuum quemdam moerorem animo et acribus castigationibus corpore poenas sumeret.

Quoniam vero, uti Maria Laigle testatur, Christus Dominus ei inspiravit " la disposition ***de ne pas travaUler seulement pour son salut „*** , eaque est nota amantium vere Deum, ut enixe studeant plures alios ei amatores comparare, idcirco quantum hortando, monendo, suadendo poterat, homines a peccatorum coeno retrahere et ad Deum amandum convertere enitebatur. Dicere propterea solebat: " Quand je n'empêcherais le péché qu'une semaine, pendant ce temps, du moins, mon Dieu ne serait pas offensé „. — Hac eadem de causa gravissimos labores exantlavit in salutem tum spiritualem tum corporalem proximorum, praesertim pauperum, in quibus Christum pauperem agnoscebat et diligebat. Sed peculiares eius curae erant, ut par est, conversae ad Sorores, in quibus divinae charitatis ignem excitare, fovere non destitit. Itaque in constituta eis Regula nihil praetermisit studii et diligentiae " pour assurer ***l'amour des Soeurs pour leur Divin Epoux „.*** — Id ipsum exemplis sermonibusque satagebat. Omnino digna memoratu sunt ea quae leguntur in Summario de quadam extasi S. D. Quae quum praesentibus quibusdam e Sororibus ad caelestis Sponsi contemplationem rapta esset, ubi ex ea visione se recepit, ut erat amoris flammis succensa, cupiens cum Sororibus communicare eumdem animi ardorem, ad eas de dulcedine charitatis divinae tam mirabilem sermonem habuit, ut vere ex abundantia cordis loqui videretur.

Merito igitur confirmare possumus quod testis VII, adstipulantibus ceteris, asseruit: " ***La Charité de Jeanne Delanoue fut héroïque comme son espérance et sa foi „.***

CAPUT VI.

De charitate in proximum.

" Amor Dei amorem proximi generat: amorem proximi calefacit amor Dei. Tunc enim ad summam perfectionem charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se mirabiliter attrahit et

quo benignius descendit ad ima, perfectius recurrit ad summa „. Porro quum tam excellentem se praestiterit in charitate Dei Ioanna Delanoue, quemadmodum supra demonstratum est, omnino consentaneum est inferre eam in charitate proximi ..pariter excelluisse. Id. certe uno ore proclamant testes, qui praesertim fidem perhibent de vigente communiter fama huius' virtutis S. D. Sic ex. gr. testis VII: " C'est par toutes les bouches et par des gens de toute condition que j'ai entendu célébrer ***sa charité vraiment merveilleuse pour le prochain „.*** — Testis XIV: " Les gens du peuple au milieu des quels je vivais dans ma première enfance, redisaient avec admiration les actes charitables de Jeanne .Delanoue, et répétaient ***qu'on ne verrait jamais une autre Jeanne Delanoue„.***

Ut autem constet vulgatam hanc famam veritati congruere, inspiciamus de more breviter et virtutis huius naturam et quomodo multiplices eiusdem partes D. S. impleverit. At quae sit intima natura charitatis, praesertim quatenus proximum complectitur, non aliunde melius putamus apparere posse quam ex accuratissima eius descriptione tradita ab Apostolo gentium: " Charitas patiens est, benigna est. Charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur. Non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum; non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati; omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet „. Superest ut videamus utrum has charitatis notas prae se Dei Famula tulerit. Atqui prae se tubit splendidissime. Nam ***Charitas patiens est, benigna est,*** idest facit charitas ut aequo animo toleremus quidquid molesti potest nobis in hoc mundo contingere. Porro de omni molestiarum genere, quo modo nempe eas Ioanna sit perpessa, aptior est sermo in titulo de Fortitudine : nunc de iis molestiis agendum, quas ut proximo benigne faceret, magno animo subiit.

Ubi primum D. S. invitationibus piae Franciscae parens a mundanis curis se convertit ad charitatis opera, nullis laboribus, parcendum esse duxit ut calamitosos egentesque levaret. Satis habebat audire quempiam gravi aliqua necessitate premi ut statim auxiliatum accurreret. Hinc illae excursiones, de quibus diximus, in suburbium, ubi familiae quaedam in stabulis iacebant miserrimam Ad eas quotidie ventitabat, lintea, panes, nummos in sarcina afferens; itaque nudos vestiebat, moerentes consolabatur, ut vere missus misericordia Dei Angelus videretur. Quominus haec omnia faceret, nec itineris difficultate, nec caeli inclementia, nec neptis

querimoniis et conviciis contineri poterat. Quum autem domum vespere revertebatur labore fessa aut etiam febri aestuans, non somno recreare membra, sed antequam cubitum iret vigilare in oratione diu solebat et crastinam eleemosynam praeparare. "La ville et la campagne étaient comblées de ses prodigalités. Ses courses se prolongent bien avant dans la nuit: ni le froid, ni la chaleur ne l'arrêtent, elle s'en va chargée de son lourd bissac, en quête de toutes les infortunes, et quand elle rentre harassée et épuisée, accablée par la fièvre, au lieu de prendre du repos, elle passe la nuit **à** prier Dieu et à préparer les aumônes du lendemain „. Nepti autem, quae tantam charitatis largitatem animadvertens aegre ferebat, respondit D. F: " Je vous avertis que je suis dans la résolution de donner tout jusqu'à la dernière chemise „. Et vere non superflua tantum pauperibus erogabat, sed etiam quae sibi necessaria essent. In peregrinatione illa Tornacensi, quam pietatis causa iniit, quum incidisset in feminam propter extremam inopiam fere nudam, ei dimidiam partem dedit de suis vestibus; item ut sae viente hieme alteri mulieri indueret, ipsa subuculam, calceamenta, tunicam unam exuit, tantumque vestimenti sibi reliquit, quod satis esset ad verecundiam christianam tuendam, non ad frigoris tolerandam asperitatem.

Huius autem charitatis ***patientis*** et ***benignae*** aliud egregium specimen exhibuit quum experiendo cognoscens quam durum sit pauperibus carere tecto, domum suam orphanis puellis hospitium esse voluit: deinceps vero nullam e pauperculis feminis, quae ad implorantes opem venissent, repellendam censuit. " Elle commença alors son hospice, recueillant d'abord des orphelins, puis se faisant une loi de ne refuser aucune des femmes et filles pauvres qui se présenteraient „. Qua in re profitebatur moveri se cogitatione extremi iudicii, in quo Christus edicet factum sibi esse id quod egenis sit factum. Hisce orphanis derelictisque feminis ne deesset, omnem perpetiebatur acerbitatem et aerumnam; itaque quum ingentis saxi ruina oppressit hospitium non cecidit animo D. F. sed aliam puellis domum conquirens, aiebat: " Eien ne pourra me séparer d'elles quand je devrais mendier leur pain, aller habiter avec elles dans un pré; je vivrai avec elles, et je mourrai avec elles „.

Ceterum benignitas et charitas S. D. omnem quemvis de proximo attingebat, quamquam ad pauperes studiosiore affectu se porrigebat. " Rendons (dicebat consororibus) service à tout le monde mais s'il faut choisir, préférons les pauvres „. Nullum certe cala-

mitosorum genus alienum a suis curis iudicabat. Erga afflictos moerentesque misericordiae viscera gerebat, quos verbis rebusque consolari nitebatur: aegrotantibus solatio frequens aderat: eos autem qui in vinculis publicis tenerentur, sollicitudine vere materna invisebat non modo ut ad patientiam subeundae poenae, sed etiam et praesertim ad poenitentiam admissorum criminum adduceret.

Nam si corporum necessitatibus diligenter occurrebat Dei Serva, multo magis curare studebat animorum morbos. Quare non semel peccatores quammaxime aversos a Deo, in divinam gratiam amicitiamque reduxit. In bis admirabilis fuit conversio cuiusdam, qui multis foedisque criminibus patratis, ad extremum illatae per insidiane caedis reus in carcere detinebatur, damnatus ad supplicium capitis. Hic ita vitiorum coeno defixus haerebat, ut neque de Deo sermonem coram se institui neque sacerdotis aspectum pateretur: praeterea innumerabilium peccatorum recordatione actus in desperationem divinae veniae, velut obsessus maligno spiritu esse videbatur. Huiusmodi hominem ad frugem revocare aggressa Dei Famula, tantum institit hortando et monendo, ut tandem, non sine miraculo, ad deplorandam ante actam vitam, novamque in Dei amore et timore instituendam feliciter perduxerit. Cuius et extremo supplicio confortans adstitit et parvulam filiam omni cura alendam suscepit.

Peculiarem quemdam zelum impendebat, ut puellas impúdicas, quae infamem corpore quaestum faciunt, a pessimo vitae genere retraheret. Ab illis porro, qui hos eius conatus reprehendebant, dicebat D. S. non satis haberi cognitum, quantum sit malum offensa Dei. Propterea aiebat: " *Quand je ne les retiendrais qu'une semaine, j'empêcherais toujours que la Grandeur de Dieu ne soit offensée par le dérèglement de ces malheureuses* „. Quapropter studiose miseras has feminas conquirebat, inventasque adducebat in suam domum, ubi foeditatem peccati et praesens aeternae damnationis periculum aperiens, ad instaurandam recte vitam perducere conabatur. Officia charitatis erga extraneos impensa non impediebant quominus Dei Famula emolumentum domesticorum summa contentione quaereret. Itaque erga consorores materni amoris solertiam vere praestitit. " Ses Soeurs ou mieux ses filles Elle les aima d'un spécial amour... Désireuse sortout du salut de leur âme, les traitant quelque fois un peu durement, mais toujours pour leur plus grand bien et toujours sous l'inspiration du S. Esprit. *Aussi,* dit Marie Laigle, *ses Soeurs l'aimaient et la vénéraient* „.

Inter cognatas autem personas, neptis peculiares charitatis partes Dei Famulae obtinuit. Ioannae enim hortamentis et diligentiae debuit quod mundi vanitates tandem agnoverit, et peracta sancte vita in religiosa eius familia obierit. Multi etiam ecclesiastici viri, Dei Servae monitis utpote ornatae divinitus singulari lumine, magnos ad perfectionem impulsus persenserunt ; quippe * le zèle de la Servante de Dieu pour la conversion et la sanctification des âmes était dévorant... Pour cela Dieu donnait des lumières extraordinaires à Jeanne et communiquait à sa parole une force pénétrante, qui changeait les coeurs et transformait la vie „.

Charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur ; idest non invidet proximo, non procaciter, non superbe se gerit adversus proximum. Revera proximorum bona, quae vel in caducis rebus vel in spiritualibus continerentur, nequaquam ad invidiam excitare poterant Dei Famulam, quae mundanis curis remisso nuncio, aliorum utilitati ita se devovit, ut et corporum necessitatibus pro facultate consuleret, et animorum profectum, quantum poterat, promoveret. Quapropter omnibus omnia sese faciens, non insolentem aut procacem animum, sed tenerum et mollem gerebat erga omnes, maxime erga obtrectatores suos et inimicos ; humilitatis autem fuit tantae, ut cum suprema esset Antistita Congregationis suae, tamen ultimum sibi locum tamquam proprium et debitum praeoptabat : " prenant pour elle ce qu'il y avait de plus pénible dans le travail, exerçant dans la maison les emplois les plus vils et le plus rebutants „.

Charitas non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum. Et quidem non ambitiosam fuisse in D. S. charitatem, id est nequaquam timuisse ne in adiuvandis quoquo modo proximis detrimentum dignitatis caperet, nullus dubitabit, qui vitam Ioannae Delanoue consideret. Nam " ce ministère de miséricorde devint toute la vie de Jeanne qui, abandonnant toute autre occupation, ne manqua pas de faire le sacrifice à Dieu de son bien, de sa personne, et de sa santé „. Nulla autem spe lucri, nulla utilitatis suae causa, sed dumtaxat proximorum dici debet Famulam Dei ductam fuisse, quae " commença par se dépouiller de tout intérêt, pour se rendre bonne et utile à tout le monde „ , atque omnes suas ponebat delicias in iuvandis egenis omni humana ope destitutis. — Adeo mitis semper extitit et humilis corde, ut quum iniuriis calumniisque impetebatur, numquam vel leviter irasci inimicis visa sit, quorum ini-

qua de se iudicia improbare non audebat, imo vero se ipsam condemnans " prenait le parti de ses accusateurs contre elle, avec autant d'avidité, que l'homme le plus vindicatif prendrait celui d'un tiers, qui dirait du mal de son ennemi „. •

Charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Hanc verae charitatis notam quam splendide prae se tulerit D. S. vidimus, quae nihil diligentius adlaboravit quam ut proximos ab iniquitate et peccatis ad iustitiam veritatemque traduceret. Item ceteri sanctae dilectionis characteres, quos Apostolus enumerat per ea verba ***omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet*** evidenter apparent ex supra dictis praesertim in capitibus de Fide et de Spe S. D.

Igitur perfectam undequaque charitatem enituisse in Joanna nemo non videt, maxime si animadvertat quod aiunt Testes: " Cette charité est d'autant plus admirable et héroïque, qu'elle n'était point par nature tendre et compatissante pour les malheureux „; ita ut illa Dei Servae benignitas in proximum merae virtutis fructus dicendus sit.

CAPUT VII.

De prudentia.

Moralium tractatio virtutum recte instituitur a prudentia, quae, docente Doctore Angelico, " morales virtutes dirigit in eligendis iis, quae sunt ad finem : unde quum finis cuiusqumque virtutis moralis sit attingere medium, illudque determinare iuxta rectam prudentiae rationem, hinc virtutibus aliis moralibus finem et media ab ipsis prosequenda proponit „. Dupliciter autem prudentia distinguitur, ***particularis*** scilicet, quae circa bonum proprium exercetur, ***communis,*** quae versatur circa aliorum bonum. De utraque dicendum est.

Iamvero omnia, quae hactenus de vita et virtutibus Ioannae Delanoue commemoravimus, praeclare probant particularem seu monasticam prudentiam in ea singulari modo eluxisse. Munus quippe particularis prudentiae est hominem dirigere ad finem ultimum supernaturalem, ad eumque assequendum faciliter, delectabiliter et superno eam auxilio et lumine opportuna media suggerere. Atqui ab ipsa D. S. adolescentia ubi ad negotium sempiternae curandae salutis ferventius alacriusque incumbere coepit, quid aliud fuit per-

petua eius vita nisi progressio per omnes virtutum actus ad finem supernaturalem, nempe Deum? Ad Deum spectavit semper, Deum in omnibus quaesivit, Deum habuit perpetuo praesentem. Probatur hoc praesertim ex mirabili illa charitate, ex qua fiebat ut vere Ioannae conversatio esset in caelis. Ut eum porro finem tutius assequeretur, quid non ex heroica egit prudentia?

Nam docilem et obsequentem sese praebens piae Eranciseae, quae Spiritus Sancti lumine ducta, eam ad omnem sanctitatem invitabat, pravis naturae inclinationibus mature bellum indixit, et " s'attacha aux moyens les plus propres à atteindre la perfection, et cela avec persévérance jusqu'à la mort „. Siquidem ad compescendam rerum caduc arum amorem sese applicans, qua potissimum causa procul a perfectione tenebatur, pauperes de suo alere coepit; itaque in proximorum egentium misericordia profecit, ut haec virtus, a qua Dei Famula maxime erat antea aliena, veluti propria et singularis eiusdem effecta sit. Id quod non exiguum est prudentiae eius indicium: nam semel compresso et superato, Dei gratia, dominanti vitio, secundum spiritualis vitae magistros, facilior planiorque erat ad ceteras virtutes progressio. Postquam autem in solatium pauperum omnia sua consumpserat bona, religiosum fundavit sororum Institutum, in quo et proximorum necessitatibus usque ad extremum vitae spiritum inserviretur, et perfectioni capessendae solertior daretur opera. Dignissima propterea est S. Gregorii Nazianzeni praeconio: " Habes prudentiam, cuius est fiere occidua et ea quae aeterna sunt quaerere: ii enim habendi sunt sapientiores, quam reliquum mortalium vulgus, qui seipsos a mundi segregant consortio, et vitam suam Deo consecrant „.

Ut autem ignem charitatis quotidianis alimentis foveret, aptissima quaeque adhibuit media et subsidia. Oratio eius, uti memoravimus, assidua erat et ardens; iugis de sanctissimis fidei mysteriis consideratio et commentatio, praesertim de sacratissima Passione Domini Nostri; tenera devotio erga Eucharistiam, pignus singulare divinae charitatis, erga Virginem Matrem, erga Sanctos caelites; frequentissimus et pietate plenus Sacramentorum usus. Adde severissimas poenitentias et voluntarias corporis macerationes, ne carnis contumacia ignem caelestis amoris obrueret, sed potius ut extenuatis carnis insolentis viribus, anima magis magisque de divino amore conciperet. Atque etiam ne propter nimiam poenitentiae acerbitatem in suspicionem quis adducatur prudentiae S. D., recolendum animo est quod supra diximus: nimirum Ioannam, Deo

Franciscain Souehet admonente, accepisse nullum a se valetudinis detrimentum ex voluntariis illis cruciàtibus contractum iri.

Arctam consiliorum viam religiosissime cum persequentur, pronum est Dei Famulam nec divinis nec ecclesiasticis legibus nec Instituti sui constitutionibus vel in minimis unquam defuisse. Dei quidem voluntatem et gloriam, suam proximorumque salutem unice habens propositam, nihil diligentius cavere consuevit quam ut ne devium quid, aut minus rectum in mente animoque suo obortum radices quodammodo ageret. Quippe ad Deum in omnibus respicere eiusque solo regi ductu videbatur: " Jeanne n'a íait que suivre en tout les mouvements du S. Esprit, et chaque détail de ses pénitences et de ses charités lui a été inspiré. Toutes les marques du bon esprit caractérisaient ses inspirations „. Et bene cadunt in Ioannam nostram verba Doctoris Angelici: " Prudentia, quae sola divina intuetur, est virtus purgati animi, propria beatorum et aliorum in hac vita perfectissimorum „. — Quare, quidquid ageret faceretve, Deum consulere eiusque placitum exquirere semper studuit, uti deponunt Testes. Itaque cum intelligeret divinam voluntatem non aliter solere dignosci melius, quam per sapientem quempiam spiritus moderatorem, Sacerdotem rectum doctumque delegit, cui gubernacula conscientiae concredidit suae, neque unquam opus alicuius momenti suscepit, nisi antea eo audito et consulto. Quo ex capite Testes collaudant eius " prudence pour elle-même, ne faisant rien sans le conseil de son Directeur et Confesseur „. Confessario huiusmodi, eo quod spiritum Dei videbatur habere et plus perfectionis quam ceteri postulabat, quamvis " ne faisait que la contredire, l'humilier, et même l'outrager de toutes façons „ fideliter Dei Famula obsecuta est ab anno 1691 ad annum 1716 : quo tempore ipse eam dimisit invitam. Ab eo autem quum saepe saepius opportunum consilii et luminis auxilium in rebus dubiis extundere non posset, tum ad Deum ipsum magnis gemitibus orando confugiebat, cuius tamen (id quod prudentiam Ioannae valde commendat) " ne suivait les inspirations que quand elle avait l'évidence „.

Sed totum sanctimoniae D. S. aedificium fundamento nitebatur ut par est, profundissimae humilitatis, qua fiebat ut de se demississime sentiret, et opis undequaque indigam se reputans, ad divitias divinae miserationis summa fiducia semper deprecando respiceret. De admirabili eius fide in Deum providentem supra dictum est, de humilitate dicemus suo loco ; praestat autem afferre pulcherrimum testimonium Rev. Dom. Mauritii Buchet : " La prudence de

Jeanne De Lanoue ne doit point s'estimer d'après les règles ordinaires; elle suppose un abandon total à la Providence de Dieu, à la manière des Abraham et des Moïse „. — Si quid difficultatis existeret vel pro suo vel pro aliorum profectu, vehementiore cum studio preces fundebat ad Deum aut saevioribus poenitentiis corpus affligebat. Sciens autem fierrnon posse ut quis inter mundanas varietates constanter teneat rectum propositum, quin aliquatenus sordescat de mundano pulvere ; ideo statis temporibus summa pietate sacris exercitationibus in recessu vacabat. — Quamvis porro consilii dono esset aucta, in arduis dubiisque rebus non solum a Deo exorare lumen solebat, sed quoniam sciebat secundum divinam providentiam homines per homines regi oportere, idcirco sapientiores identidem consulebat. Itaque praeter Confessarios, quos habuit, plures alios praestantes doctrina viros adiit in quibus Episcopum Andegavensem, Patrem Grégoire et quemdam Theologiae scientia clarum Doctorem, quem ut viseret, Limonum usque venit. Qui omnes agendi rationem Ioannae admodum probarunt, atque ut in incepto persisteret sunt cohortati; imprimis Ludovicus Grignon, nuper relatus inter beatos Caelites. Hic quum severius accepisset Dei Famulam, ut eius virtutis experimentum caperet, postquam cognovit egregie esse in humilitate fundatam, sic Dei instinctu allocutus fertur : " ***Ma fille, persévérez dans ce que vous avez commencé, c'est V Esprit Saint qui vous inspire „.***

Quod vero spectat ad prudentiam ***communem,*** haec splendidius etiam in Dei Serva apparuit: quippe omnem sui diffidentiam, fiduciam omnem in Deo, praesertim in regimine et procuratione Hospitii et Congregationis suae semper probavit. Quantum a principiis abhorreret mundanae prudentiae vel ex hoc testatissimum patet, quod in numerum Sororum eas adlegebat libentius, quae ineptiores viderentur, imbecilles nempe valetudine et pauperculas, dummodo voluntatem afferrent bonam proiiciendi in virtute et proximorum salutis provehendae. Unicum totius operis sui sustentaculum erat fides in Divinam Providentiam: " Elle employait pour ses oeuvres ce qui aurait dû les ruiner: abandon entier en Dieu et confiance héroïque „.

Ioannae prudentia enituit quam maxime in conformandis ad omnem virtutem Sororibus, quarum profectum aptissimis quibusque mediis iuvabat. Itaque eis praescripsit Regulas prudentiae plenas, quas per se exaravit; atque quotidianis sermonibus eas de suae professionis sanctitate admonebat. Regulae autem, quas postea An-

degavensis Episcopus comprobavit, tum ex aliis capitibus indicant Dei Famulae divinitus inditam prudentiam, tum ex eo, quod ad corporis afflictationes spectat. Has Dei Famula noluit esse ita magnas, quamquam ipsa secundum datam sibi gratiam maximas in se usurpabat; optime spiritus mortificationem anteferens mortificationi corporis, quae quando nimia sit, et valetudini detrimentum affert, et grave humilitati periculum creat.

Miram D. F. prudentiam eius prodebant crebri ad Sorores sermones, quibus ad religiosae vitae perfectionem illas provocabat. Licebat enim inde aestimare quam magna polieret et discretione spirituum et scientia vitae spiritualis. Qua in re silentio praetereundum non est regulas illas mirabiles quas in Exercitiorum libro S. Ignatius Loiolaeus proponit ad spiritus recte discernendos, easdem a Dei Serva et inventas esse et adamussim adhibitas, quin ipsa talem librum unquam perlegisset. Etsi propter amorem humilitatis et officii intimo erga omnes obsequio erat affecta, attamen si quando ex huiusmodi obsequio existeret periculum aliquod peccati, liberrime refragabatur hominibus ut Deo placeret. Itaque se subditasque personas a Ianseniana lue incorruptas praestitit; neque ulla ratione adduci potuit ut ecclesiasticis viris haeretica labe infectis se suaque committeret.

Supernaturalis prudentiae fama, qua late vigebat Dei Serva nonnullos ad eam accibat graves viros consilii petendi gratia; inter eos accensendus est ipse F. Grennetau, Ioannae nostrae Confessarius, qui non semel in causis alicuius momenti ad prudentiam confugit Servae Dei.

CAPUT VIII.

De iustitia.

" Iustus, ait S. Ioannes Chrysostomus, omnes virtutes complectitur; hoc enim nomen consuevimus dicere de iis, qui omnimodam exercent virtutem „. Hoc latissimo sensu si sumatur iustitiae vox, quatenus nimirum denotat adimpletionem omnium legum per aversionem cuiusvis moralis mali, per assequutionem boni, iam luculenter patet Dei Famulam iustitia singularem in modum enituisse. Quippe ex supra memoratis habemus compertum, et diligentissime eam praeceptis Dei Ecclesiaeque esse obsecutam, et culpam omnem vehementissime odisse et virtutem amantissime conquisisse. Sed de

iustitia nunc est agendum quatenus specialis est virtus, et definitur a Doctore Angelico : " habitus secundum quem aliquis constanti et perpetua voluntate ius suum unicuique tribuit „. — De subiectivis huius virtutis partibus, quae vocari solent commutativa et distributiva iustitia, tenendum est, quod Scacchus docet: " nequaquam in quibuscumque Dei servis iustitiae actus ad cuiuscumque iustitiae species requiri, sed attenta conditione et statu uniuscuiusque Dei Servi iustitiae actus ab unoquoque illorum requiruntur, qui statui et conditioni illius respondere poterunt „. Et de distributiva quidem iustitia, qua servatur aequalitas proportionum in attribuendis muneribus honoribusque nihil dicendum suppetit, nisi quod Dei Famula, quum insigni illa spirituum discretione esset praedita, munia Congregationis suae illis sororibus distribuebat, quae pro sua dignitate et solertia rectius illa gerere possent.

Quod autem attinet ad iustitiam commutativam, quae servat aequalitatem rei ad rem, maxime in contractibus, sine dubitatione est affirmandum Dei Famulam in hac virtute religiosissime esse versatam. Nam ut caveret pericula fraudandi aliqua in re proximi, mature commercio nuntium remisit, ut supra dictum est; atque statim coepit facultates suas omnes pauperibus erogare. Id quod merito habetur heroicae iustitiae signum; nam si quis liberaliter de suo iuvat egenos, praeclare indicat se longissime abesse ut de alieno per iniuriam velit accipere. Verum quidem est Ioannam, ut praesentibus Congregationis et Hospitii necessitatibus occurreret, multum subinde aes alienum contraxisse, et plura Missarum stipendia cumulasse. Attamen nec sine divinae voluntatis indicio id faciebat, nec iis, a quibus mutuam Recipiebat pecuniam, ignaris quanta rerum omnium inopiam premeretur Dei Serva. Certe Francisca Souchette eam hortabatur, ut sine cunctatione aes alienum assumeret, ipsumque dabat sponsorem Deum. * Agissez avec foi, inquiebat illa et Dieu lui même se chargera de vos dettes „. Et vere miris fere modis factum est ut D. S. debita omnia exsolverit.

Iustitiae autem potentiales partes plures recensentur a Theologis. Prima est *religio,* quippe quae, ut ait Divus Thomas " magis de propinquo accedit ad Deum, quam aliae virtutes „. Religionis duo ponuntur actus *devotio et oratio.* Iamvero devotio, nempe ea " prompta voluntas tradendi se penitus iis, quae ad Dei famulatum cultumque pertinent „, sollertiae et studii plena fuit in Ioanna, quae terrenis curis posthabitis, magno animo se mature mancipavit divinae gloriae provehendae per misericordiam pauperibus

exhibitam. In capitibus de Fide et de Charitate Ioannae in Deum, intelleximus quanto amore ferretur in mysteria religionis sacrosancta, praesertim in Sanctissimam Eucharistiam et Passionem Domini. Atque etiam sorores ita ad famulatum divinum incitabat: " Si vous ne vous sacrifiez à Dieu et à sa gloire, c'est en vain que vous avez quitté le monde „. — De oratione vero, seu de altero religionis actu, quemadmodum docet idem S. Doctor, satis superque in memoratis modo capitibus dictum putamus.

Sequitur ***pietas*** " quae, ex doctrina Tullii, erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conservare monet „. Hanc autem iustitiae partem perfecte a Ioanna fuisse impletam monent testes, qui aiunt illam exhibuisse " à ses parents selon la chair, à sa mère, le respect le plus filial „. Ad neptem certe quod attinet, vidimus quantopere Dei serva adlaboraverit ut ei studium rerum caelestium inspiraret, quantas ab ea molestias pertulerit, donec ad religiosam vitam operibusque charitatis debitam tandem eam perduxit.

Observantia, quae debitum Superioribus honorem reverentiamque defert, fuit in D. F. exactissima. " Aux Supérieurs le respect, l'honneur, l'obéissance entière „. — Praesertim tale obsequium exhibuit sui spiritus moderatoribus, assuefa nihil cuiusquam momenti moliri, nisi eis auditis consultisque, quorum vocem, tamquam divinam, sequebatur. Itaque habent testes : " Elle se soumettait à la volonté de Dieu, manifestée pas ses Ministres. Notre Soeur ne faisait rien sans l'avis de celui qui connaissait son intérieur „.

Vindicationem quae pertinet ad peccatorum emendationem, iustitiae conservationem, et Dei honorem, satis demonstravit Dei Serva, quum ad sarciendas allatas Deo iniurias ob suos defectus proximorumque peccata, acerbissimis ultro se poenis cruciabat. — ***Veritatem,*** qua homo vita et moribus talem se ostendit, qualis reapse est, iure in Dei Famula arguimus ex eius humilitate et despicientia respectus humani. — De ***amicitia et affabilitate,*** quae partes et ipsae sunt iustitiae potentiales, dubitari non potest quin praeclarae fuerint in Ioanna; cuius charitatem vere heroicam suo loco demirati sumus. Affabilitas porro et comitas non impediebant quominus, quum opus erat, severitatem salutarem adhiberet. Itaque consororibus, quas consilio et omni ope iuvare consuevit, si quando minus rectam in eis voluntatem perciperet; "Ne venez pas à moi, (dicebat) si vous n'êtes pas disposées à écouter ce qui pourrait vous humilier, car je ne connais que la justice et le bien de vos âmes „.'

Tandem de *liberalitate* S. D. nihil attinet dicere, post ea, quae in capite de charitate loquuti sumus: quum constet eam et paternis bonis in solatium egenorum semet exuisse, et vitam omnem impendisse in utilitatem proximorum.

CAPUT IX.

De fortitudine.

Nunc de ea virtute agendum, quae potissimum a vulgari hominum turba héroes secernit; quaeque labores et pericula propter supernaturalem finem suscipienda constanter monet. Haec autem virtus peculiarem habet commendationem in femina, propter imbecilliorem naturam; quare in Sacris Litteris habetur " Mulierem fortem quis inveniet? procul et de ultimis finibus pretium eius „. Videbimus autem hoc etiam nomine sanctimoniam Ioannae Delanoue inclaruisse, in eaque *magnanimitatem* et *fiduciam* in arduis aggrediendis, *patientiam* et *perseverantiam* in sustinendis miro modo enituisse, quae quatuor sunt fortitudinis, auctore S. Thoma, potentiales partes. Optime enim inquit testis LXIV : " *Quant à la force de Jeanne, c'est une vertu qui jette dans la stupeur* „.

Nam magno excelsoque animo oportet Dei Famulam usam fuisse, ut tam grandia et ardua aggrederetur, quanta aggressa est. Ubi primum divinae gratiae instinctu in sanctificationem suam et proximorum incubuit diligentius, statim mundanas omnes curas a se ablegavit et vitam instituit poenitentiae, charitatis et misericordiis pauperum omnino deditam. Austeritas et severitas, qua naturam subigere studuit in omnibus, cibus parcissimus et mortificationis causa multis modis asperatus; ieiunia diuturna et frequentia; habitus vilis et despectus; somnus brevis et incommodus; ad haec verberationes macerationesque, quibus assidue corpus exercebat, ut naturales defectus corrigeret, passiones edomaret, talia sunt ut magnanimitas Dei Servae egregie testata eluceat. Quamquam hac de re in sequenti capite aptius dicetur, tamen praestat iam ex testibus audire " Elle se dépouilla de tout ce qu'elle possédait, se livra aux exercices de la plus austère pénitence.... J'ai déjà eu à dire dans ma déposition que Jeanne Delanoue s'appliqua dans sa jeunesse à combattre ses défauts naturels, s'imposant les plus rudes pénitences lorsqu'elle croyait avoir commis quelques fautes.... On trouve partout dans sa vie l'effrayant régime que Jeanne s'était imposé „.

Quid porro magis arduum, quam exiguis prorsus reditibus innumerabilem egenorum turbam sustentandam assumere? Atqui id ipsum fecit Dei Famula, optimeque praestitit. Nam relicta, ut vidimus, nepti parvae procuratione mercaturae, unde satis parcum familiae alimentum petebatur, ipsa quotidianas illas excursiones in suburbana facere coepit ut inveniret, quorum inopiam calamitatemque levaret. Et magnam quidem invenit segetem ad misericordiam; ex quo fiebat ut in hos egenos totam absumere substantiam suam videretur. Dum tamen deficiebat in D. S. opitulandi copia, crescebat quotidie charitatis misericordiaeque ardor ; ut iam de accipiendis hospitio apud se puellis orphanis cogitaret. Hospitio ita constituto, non tamen ceteris egenis deesse poterat ^subsidio, atque non solum omnibus, qui ad se quotidie affiuebant, opem suppeditabat pro facultate, sed et alios atque alios ex egentissimis domum ad commorandum recipiebat. Sic illud, quod Salmuriense municipium iamdiu frustra perficere tentaverat, quod ditiores aggredi ausi non fuerant, ut hospitalem domum egenis aperirent, effecit, quamvis inops et obscura, Ioanna Delanoue. Hinc testes : " fonda son hospice, et accomplit à elle seule et avec rien, ce que les habitants de Saumur n'avaient jamais pu faire avec les deniers publics. Trois fois, ils avaient été sommés par une ordonnance de Louis XIV, de fonder un hospice, et jamais ils n'avaient pu s'entendre „. Porro opus huiusmodi tam grande et magnificum visum est, ut communem admirationem commoverit et studia conciliaverit piarum quarumdam feminarum, quae libenter et ultro sese adiungere coeperunt Dei Famulae, ut partem cum ea in adiuvandis pauperibus haberent. Ita Ioanna Delanoue Fundatrix extitit Congregationis Sororum a S. Anna; ex quo latius et amplius instituta opera provexit.

At vero ***fiducia,*** qua D. S. in Divina Providentia unice nitebatur, ratio erat quare summa cum alacritate res tam difficiles et salebrosas iniret. Haec autem Ioannae fiducia, quae, uti in capite spei vidimus, fuit singularis et insignis quaedam eius nota, clarissima in luce patuit quum subita ruina ingentis saxi Hospitiolum oppressit Servae Dei. Tunc enim omnibus praesidiis destituta, amissa omni supellectile, salvis solummodo orphanis quibus consulendum erat, inimicorum irrisionibus obiecta, qui adhuc virtutis eius inviderant, nullum ab amicis solatium habuit, quo tantopere egebat. Hi enim suadere conabantur Ioannae, ut cogitationem omnem deponeret instaurandi alterius Hospitii, domumque orphanas puellas

remitieret; atque etiam in ipsa illa calamitate et ruina iudicium se videre dicebant divinae voluntatis. Itaque " amis et ennemis, tout le monde s'entendait pour décourager la Servante de Dieu, et les ruines mêmes de la maison semblaient crier plus baut encore... Mais Jeanne avait une si grande foi, que tous le rebuts.... ne pouvaient . . . lui persuader que le Seigneur la pût abandonner, tant sa foi était grande. . . . que le Seigneur la rétablirait pour le soulagement des pauvres „.

Patientia autem in sustinendis omne genus aerumnis ita se probavit Dei Famula, ut exemplo et admirationi esset. Primum omnium contemptui habebatur, ab illis etiam, quorum utilitati et commodo sese dicaverat, charitatis amore compulsa: nam " même les pauvres à qui elle faisait le mieux, la calomniaient en toute rencontre „. Domus eius hospitalis per ludibrium dictitabatur Providentiae hospitium, quod perditissimis quibusque pateret. Quod Dei Serva spiritus fidei adacta, pauperibus, tamquam gratioribus Jesu Christi fratribus, maiore etiam diligentiae quam cetero proximo non egenti consulendum censebat et eifusa liberalitae consulebat, prodigalitatis arguebatur. Divites praesertim invidia et conviens eam prosequebantur, qui quum ipsi lautius possent miseriis proximorum subvenire, neque tamen pro facultate subveniebant, ferre nequaquam poterant Joannam, tanto minoribus copiis, tanto abundantius prae se id efficere. Non minus ab sua nepte molestiarum tulit, quacum habitabat. Nam D. S. quum caelestem vocem sequens, in adiuvandos egenos largior esset, et propterea rem familiarem negligere videretur, tum a nepte identidem reprehendebatur, tum invidorum obtrectationibus lacerabatur. " La nièce causa donc à sa tante bien de chagrin sur le sujet de la charité. Cela donna bien des peines d'esprit et de corps à notre Soeur,,. At illa firmiter constanterque tenens sanctum propositum benefaciendi quibuscumque posset, iudicia mundanorum hominum parvipendebat, solius Dei iudicio contenta.

Sed vehementius saeviusque erat id, quod D. S. propter ipsa sua opera in animo patiebatur. Inops ipsa et egens ut crescentem quotidie egenorum multitudinem aleret, fidebat quidem certissimeque fidebat Divinae Providentiae; sed tamen quotidianae tot hospitium necessitates saepe eam cogebant mutuam ex aliis aliisque pecuniam accipere. In quo crudelis obversabatur menti saepe suspicio et timor, ne creditoribus satisfacere non posset. Quid faceret D. S. ? Desisterei incoepto? at charitas vetabat. Debita multipli-

care pergeret? at iustitia videbatur obstare. Consilia a prudentibus peteret? at ex pluribus, quos adi erat, nullus ne confessarius quidem eius moerentem dubiamque recreabat. Scilicet Deus, qui solus est moerentium consolator, assiduis validisque precibus ab ea imploratus, pacem tranquillitatemque in animam suae servulae tandem retulit. Adde diras ex diabolo tentationes fere assiduas, horríficos etiam visus et minas. * Durant tout le cours de sa vie, le démon ne la laissa guère en repos; elle a avoué que bien des fois il s'était apparu à elle sous des formes horribles; et avait tenté de l'effrayer par ses menaces. Mais jamais il n'a pu la faire succomber „.

Demum non minus in tot adversis patientia, quam *perseverantia* S. D. admirabilis fuit. Quamvis enim omnibus, ut vidimus, destituta hominum praesidiis, externis internisque premeretur laboribus, vel despectui vel odio habita, calumniis conviciisque impetita, a Deo ipso per speciem derelicta, tamen Ioanna in institutis operibus charitatis et poenitentiae quadraginta annorum spatio usque ad vitae exitum constans et firma perstitit. In virtutum autem heroico exercitio nullus potuit in D. S. reprehendí defectus aut taedii umbra; sed crescente cum aetate perfectionis christianae amore, de virtute in virtutem continenter ivit usque ad ultimum habitum. Audiatur pro multis testis LXIV: " Jamais même on n'a vu en elle l'ombre d'une défaillance même passagère, ni surtout la moindre marque de tiédeur. Au contraire, jusqu'à sa mort, son désir pour la perfection n'allait pas en diminuant, mais bien en augmentant de plus en plus „.

CAPUT X.

De temperantia.

Post tractationem de Fortitudine, cuius obiectum sunt *terribilia*, commode subsequitur tractatio de Temperantia, quae circa *delectabilia* versatur. Haec quidem virtus generatim accepta significat " quamdam temperiem idest moderationem quam ratio ponit in humanis operibus, et passionibus, quod est commune in omni virtute morali „; at speciatim sumpta, auctore S. Augustino, est " affectio coercens et cohibens appetitum ab iis, quae turpiter appetuntur „. Iamvero D. S. Ioanna Delanoue cupiditatibus omnibus, quae ad peccatum inclinant, iniecto fraeno, temperantiae laude insignem se, per omnem continenter vitam, praestitit.

A primaevo aetatis flore mundanas illecebras fugere visa est, et maiorem annis prudentiam cautionemque in sui regimine ostendens, mundum aversata, libenter in iis, quae ad Dei cultum pertinerent, versabatur. Scilicet iam tum virginitatis lilium Domino consecrare parabat, id quod facere maturavit, quum religiosa constituta Sororum familia castitatis votum perpetuae nuncupavit; quod fidelissime usque ad mortem custodivit, uti postea videbimus. Atqui optime tradit Cornelius a Lapide " Yirginitas per se est pars temperantiae, eiusque actus heroicus elicitus a summa castitate, fortitudine et lucta, est perfecta refraenatio concupiscentiae „.

At nullum clarius heroicae temperantiae argumentum, quam spiritus poenitentiae, quae timore Domini et voluntariis poenis carnem crucifigens, sensibilis partis contumaciam assidue reprimit, ne quid contra Dei legem committat. Ioanna autem Delanoue ita poenitentiae studio excelluit, ut illa ex hoc capite vere, afiirmantibus uno ore testibus, admirabile exemplar potius quam imitabile extiterit. Itaque viget etiamnum apud Sorores a Providentia vivax memoria incredibilium cruciatuum, quibus benedicta Fundatrix ad scholam Crucis Dominicae sese exercere consuevit; proindeque illa non alio nomine apud eas appellatur quam *La pénitente.* Deditissimum hunc poenitentiae animum usque a teneris unguiculis praesetulit Dei Famula; quum vero, defuncta matre, vitam pro arbitratu suo instituere potuit, tum vehementem cruciandi sui cupiditatem nullo alio fraeno compescuit nisi quo conscientiae eius moderatores identidem iubebant.

Internam animi mortificationem magnifaciebat et pluris etiam quam externam corporis, uti aequum est. " Non moins étonnante et non moins admirable a été mortification intérieure. C'était à celle-ci qu'elle attachait le plus de prix „.'Splendidum huius interioris poenitentiae indicium illa sunt quae modo commemoravimus de aequanimitate et patientia, qua Dei Serva tulit calumnias, insectationes, maledicta, contumelias etiam eorum, quibus benignius faciebat. In quos tantum abfuit ut excitato naturaliter iracundiae igne inveheretur, ut etiam largiora charitatis beneficia effundere soleret. Etenim " non seulement elle pratiqua elle même le plus grand détachement d'elle-même et des créatures, mais encore elle fut douce et patiente envers ceux qui la faisaient souffrir, comblant de ses aumônes les pauvres, qui l'insultaient „.

At corpus Dei Famula ita per poenitentiam assidue exercuit, ut nihil supra. Viii despectoque vestitu utebatur. Quum videret

multos pauperum ne habere quidem unde membra contegerent, adduci non poterat ut ipsa bene ornata appareret; quare " elle prit la résolution de se revêtir des habits les plus vils qu'elle se pût imaginer „. — Ideo unicam eamdemque per omnes anni vices gestabat tunicam gravem rudemque; ex qua quoniam subuculam maioris mortificationis gratia non adhibebat, satis intelligitur quantam molestiam perciperet " car on peut dire qu'elle a souffert, l'espace de huit années, un martyre par les poux, qui la mangeaient „. Nam tunicam eiusmodi numquam deponere constituit, ne tum quidem quum brevem somnum capiebat, pulcium autem quotidie numero excrescentium, morsus patienter sustinere. — Lectulo etiam se privavit; et ubi gravibus operosae diei laboribus defessa, soporis necessitate urgebatur, tum pro lecto, cubabat in cophino, satis arcto, qui vix quinquennem puerum capere posset. " Notre Soeur avait son pauvre corps tout maché à force de le faire entrer dans ce petit coffre; de plus elle était bien puissante (grosse) à cause d'une enflure (hydropisie) dont (qu') elle a supportée avec souffrance et patience. Et comme elle ne pouvait pas faire entrer sa pauvre tête, à cause qu'il n'était pas assez long, elle fut obligée de mettre une pierre sous sa tête, pour lui servir d'oreiller „. Dei Serva, quae capite maxime laborare consuevit, quantos ex ea cubandi ratione dolores perferret, facile aestimari potest.

Abstinentia et sobrietate mirabili non modo gustum modis omnibus divexavit, sed naturalem etiam vescendi potandique necessitatem, quantum potuit, continuit. Nam " sa tempérance est héroïque. Comme celle des Saints, elle va dans ce degré d'héroïsme de s'abstenir non seulement des jouissances permises, mais de sacrifier tout ce que ne réclament impérieusement les nécessités de la vie „.

Ieiunia enim D. S. diuturna fuere et frequentia; ab anno 1691 veniam obtinuit a Confessario ieiunandi tres in hebdomada dies, quos nullo prorsus cibo transigebat; ceteris diebus praesertim ab anno 1693, inquit Maria Laigle, semel tantum alimenti capiebat, ut mirandum esset si vivere posset, idemque vilissimum; quare " nous pouvons dire très sûrement que l'on traitait les bêtes avec plus de douceur qu'elle n'en adonna à son corps „. — Frustula enim panis, quae mendicis superfuissent, quaeque nemo manducaret utpote sordida, Dei Famula conquirebat, atque ex eis addita tantum aqua sibi pulmentum faciebat. — Corruptos etiam cibos, quos alii repudiarent, ipsa pro se accipiebat. — Triticeum autem

panem numquam sibi indulsit, sed " elle faisait faire par une personne de la campagne une manière de pain, un peu de farine avec des balayures de moulin, qui n'étaient sûrement que du sable

Virtus huiusmodi, additis poenitentiis quas etiam pro animarum salute adhibebat, quum valetudini officere videretur, Ioanna Dominum in oratione consuluit, ut superno lumine cognovit, nullum se inde valetudinis detrimentum, Deo sic adiuvante, capturam esse. Itaque recte animadvertit Testis Rev. Franciscus Ory : " Notre Seigneur voulut bien faire comprendre que les austérités de Jeanne venaient de Lui, et qu'il soutenait par miracle la vie et les forces de cette pénitente extraordinaire „.

CAPUT XI.

De humilitate.

" Spiritus Sanctus, inquit Gregorius M., quo maiori luce virtutum electorum corda irradiât, eo et abundantiori dono humilitatis ditat „. Nobile enim christianae perfectionis aedificium fundamento naturaliter nititur humilitatis, quae cuiusvis virtutis radix prima est. Unde quum vera virtus sine humilitate dari non possit, quemadmodum sine radice planta non gignitur, ex magnitudine et decore virtutum aestimare possumus amplitudinem humilitatis. Atqui ex dictis «hactenus sufficienter constare arbitramur, omnium ornatu virtutum praeclare emicuisse Ioannam Delanoue. Non igitur dubitari licet, quin etiam profondissima humilitas eidem non defuerit. At praestat paucis edisserere quae proprie ad virtutem hanc pertinent.

Et primum quidem humilis " ut non tendat inordinate in magna, regulam habet in cognitione sui, ut non se existimet supra id esse quod est „. At difficulter inveniri potest qui demissiorem de se opinionem haberet, quam Joanna Delanoue. Ipsa enim " se regardait comme la dernière des créatures, et un pur néant devant Dieu „. Peccatricem se teterrimam agnoscebat, et divina misericordia indignissimam. " Aussi se croyait-elle digne de l'enfer, digne d'**être** foulée aux pieds des démons „. Quae autem ad curam proprii corporis spectabant, nihil faciebat. " Elle avait un si grand mépris d'elle même, qu'elle ne se souciait pas plus de son corps que d'un morceau de bois et de terre „ .

Quum itaque se ipsa despiceret, nulla in ea deprehendi potuit vanitatis aut gloriolae umbra. Quare Congregationis a se fundatae

quum esset Antistita, non aliter appellari volebat quam *première Servante de Pauvres.* Omnium moderatrix sororum tamquam postremam se gerebat; unamque ex eis delegit, cui tamquam Superiori obediret. Praeterea omnibus monialibus, vi sanctae obedientiae, imperavit, ut se ipsam diligenter observarent, si quid deliquisset admonerent et pro culpae ratione castigarent. Atque occasionem humiliandi sui accuratissime aucupans, quoties vel levissimum quempiam defectum commisisset, tum multis cum lacrimis coram communitate universa sese accusabat, et veniam datae offensionis implorabat.

Quidquid feliciter Instituto obvenire, totum Divinae Bonitati referebat acceptum, neque eius rei partem ullam suis laboribus sollertiaeque vindicabat, praedicans se ineptum in manu Domini instrumentum ; quidquid autem acciderat adversi, omne id pravitati et superbiae suae dolens tribuebat. Ad rem testes : " Jamais elle ne s'enorgueillit des grandes oeuvres qu'elle accomplit. C'était Dieu, Dieu seul qu'elle voyait, Dieu seul qui faisait tout, car elle n'était qu'un instrument chétif ; plus que cela elle se croyait un obstacle, et tremblait devant la justice de Dieu. Vous ne seriez que juste, Seigneur en me damnant. Elle disait à ses filles: ce sont mes mauvais exemples, qui donnent lieu à mes Soeurs de tomber dans les fautes que je leur reproche; il me sied mal de les reprendre de leur orgueil ; mes actions, bêlas ! en sont remplies ! „

Humilitas eam faciebat obsequentissimam omnibus, maxime suae conscientiae moderatori, cuius nedum iussa et praecepta, sed et nutus alacriter exequebatur. Qui ut virtutis D. S. experimentum caperet, omnibus eam modis humiliando exercebat, praesertim deneganda saepe venia Dominici Corporis assumendi. Illa autem, quamquam quotidie Caelestem Dapem esuriebat vehementer, tamen prohibitionem huiusmodi aequissimam agnoscebat, propriam indignitatem etiam etiamque accusäns. Demum mirifica, quibus Dei munere ornata erat, charismata nullam ei causam superbiendi aut sese extollendi afferebant, sed potius, ut ait eius vitae auctor: " avoient toujours cet effet sur elle, de la confondre et de l'humilier, et de lui inspirer en même temps une générosité, désintéressement parfait, et une avidité insatiable de souffrir et de s'humilier „.

Hisce humilis animi sensibus vitam omnem transegit; et monens Sorores exoravit collacrimans, sibi parcerent veniamque tribuerent, quod malo eis exemplo potius, quam aedificationi bonae fuisset.

CAPUT XII.

De votorum nuncupatorum custodia.

Virtutes omnes, quas hactenus in D. F. praeelaras fuisse vidimus, mirifice complet evangelicorum observantia consiliorum, in quibus ex Divinae Sapientiae magisterio, totius christianae perfectionis summam contineri accepimus. Voluntariam enim absolutamque paupertatem, castitatem et obedientiam vovens homo, bona sua omnia atque adeo semetipsum consecrat Deo in odorem suavitatis, quae perfectissimae charitatis operatio est. Constituta itaque religiosa familia, anno **1710** Dei Famula tria illa nuncupavit vota, quae usque ad extremum accuratissime servavit. Ait enim Test. I: " (Les trois voeux) elle les observa avec une fidélité admirable „. Testis XL VIII: " Ces voeux elle les garda avec une perfection rare „.

Etenim quod ad paupertatem attinet, in hac eo admirabilior fuit Dei Famula, quo magis ab huiusmodi virtute erat naturaliter aliena. Vidimus enim, si quid erat in Ioanna adolescenti sanctimoniae contrarium, hunc certe fuisse nimium amorem terrenarum rerum, aut certe nimium illum metum ne, si erga egenos largior fuisset, in paupertatem ipsa et egestatem incideret. At, ubi piae Franciscae monitis obsecuta, negotium salutis aeternae diligenter curare instituit, mirabilis illa vitae conversio contigit, ut nempe divitias timere coeperit, quae prius egestatem horruerat. Omnibus itaque paternis bonis in egentes brevi consumptis, unicam sibi reliquit Divinae Providentiae fiduciam, tamquam infinitum thesaurum unde illa pro suis et proximorum necessitatibus quotidiana subsidia peteret. Atque dum aliis praesertim pauperibus, non tanta cum parcitate consultum esse volebat, ipsa talem cibum, vestitum, cubandi rationem et modum pro se adhibebat, quae extremae paupertatis notam praeseferant, ceu supra memoratum suo loco est. Igitur iure optimo testis VII affirmavit: " Tout ce que j'ai déjà dit de la Servante de Dieu montre qu'elle fût la pauvre parfaite. Née avec une pente marquée à l'avarice, elle fit sa vertu favorite du détachement le plus complet des biens de ce monde, elle fut pauvre en tout et jusqu'à l'excès

Ad amorem sanctae paupertatis suas Sorores omni ope allicere studebat. Quare et nominari ***fámulas pauperum*** eas voluit;

paupere victu vestituque uti; nullas earum propriis gaudere reditibus ; quin etiam immobilia bona perpetuosque proventus ipsi Congregationi attribuì vetuit, tantum a Divina Providentia quotidianum panem sibi suisque expectans. Id Sororibus saepius inculcabat et " répetoit à ses Pilles qu'elles s'appellaient et qu'elles devaient rester les Filles de la Providence „.

Castitatem tota continenter vita illaesam illibatamque servavit. Incredibile dictu est quantis tentationum fluctibus iactata fuerit in prima adolescentia usque ad annum aetatis quintum et vigesimum, quantaque diligentia D. F. intactum praestiterit sanctae puritatis lilium. Hoc poenitentiae aculéis communiebat, lacrimarum fonte irrigabat, ab hoc multiplici industria omnium illecebrarum afflatus continebat. Nam vere heroicum attigere gradum voluntariae poenae, quibus sese macerabat, ieiunia quibus sese extenuabat, prudentiae moderamen, quo corporis sensu regebat ut sanguinis caliditatem temperaret, carnis contumaciam reprimeret. Ab eo, quo diximus, tempore ad mortem usque, nihil de poenitentiae austeritate remisit; et quamquam non ita acerbis iam esset tentationibus obnoxia, tamen recte putavit, dum incolumis esset hostis, haud esse a pugna cessandum. Itaque Dei benefìcio semper in hoc teterrimo certaminis genere victrix extitit, atque " elle disait.... qu'avec la grâce de Dieu, elle ne croyait pas avoir commis une seule faute sur ce point délicat „.

Quae de obedientiae virtute S. D. supra data occasione scripsimus, satis superque innuere videntur quam religiose Ioanna praestantissimum hoc votum custodierit. Perfectum enim praestitit obsequium Superioribus, quos etiamtum consulendos censebat antequam in actionem prodiret, cum peculiares divini luminis illustrationes acceperat. " Je puis me tromper, disait elle, en suivant mes inspirations; jamais en obéissant,,. Tum etiam omni submissione et alacritate obediebat, si quid Superiores praecepissent, quod suis consiliis aut instituto vitae generi adversaretur; parata etiam omnia opera deserere, quibus se devoverat ad maiorem Dei gloriam proximorumque salutem, si id Superioribus visum esset. Atque ut perpetuo perciperet sanctae obedientiae fructum et meritum cumularet, unam, uti vidimus, sibi e monialibus assumpsit, Confessarii venia, cuius nutibus sicuti Superiorissae suae pareret ; et haec fuit Maria Laigle " dont elle prenait toujours les ordres „.

Nihil autem diligentius in suis monialibus excolebat, quam obedientiae spiritum ; id quod non solis vitae exemplis sed crebris

etiam ad eas sermonibus cohortando curabat. Ex his sermonibus illa excerpimus verba, quae satis indicant quanti faceret obedientiam. Postquam enim salutaria quaedam monita impertiverat, subdidit: " A moins que l'obéissance ne vous en empêche, car il faut qu'elle vous possède en tout „. Iure igitur [affirmavit Testis VII: " Ioannam Delanoue perfectum monasticae disciplinae exemplar monialibus suis semper praebuisse „.

CAPUT XIII.

De supernis bonis.

Infusa divinitus charismata et gratiae gratis datae, uti vocantur, quamquam per se non sufficiunt ad cuiuspiam Servi Dei sanctitatem adstruendam, merito tamen habentur tamquam certum insigne sanctimoniae. Huiusmodi enim superna dona, quum talia sint quae in homine etiam minus recto inveniri possint, nihilo tamen minus secundum praesentis providentiae ordinem solet Deus eisdem Famulos suos cariores ornare. Itaque in Ioanna Delanoue ne hoc quidem sanctitatis honestamentum defuit; imo tantum fuit, ut magnam virtutes eius acciperent vulgo commendationem.

Nam septem Spiritus Sancti dona, ut ait Testis Pev. Franciscus Ory S. L, sublimi habuit gradu, atque etiam in Ioanna Delanoue omnia superna charismata, excepto linguarum dono, licuit agnoscere, quae enumerat Apostolus in I. ad Cor. XII. — Quippe admirabile prorsus in ea fuit donum divinae unionis, ex quo cetera sponte iluebant divinae benignitatis munera; id quod idem Testis innuit, dicens: " Je remarque sortout cette admirable sagesse de voir tout en Dieu et de rapporter tout à Dieu „. Haec unio cum Deo tam necessaria et intima erat, ut quidquid Ioanna faceret diceretque, supernae revelationis instinctu frueretur. Quare identidem dicebat, sine ulla simulationis umbra: " Dieu m'a fait connaître telle ou telle chose „. Neque dubitat Testis VII affirmare: " Tout ce que Jeanne entreprit dans l'ordre naturel ou surnaturel, ce fut par révélation „. Indicium huius cum Deo coniunctionis fuerunt ecstases, quibus in contemplationem supernae gloriae crebro rapiebatur. Semel abalienata a sensibus tres dies permansit, quo tempore clare pervidit quid de se Deus vellet fieri. " La Servante de Dieu eut de grands ravissements, dont Sœur Marie rapporte quelques uns, depuis celui de trois jours en 1693, jusqu'à l'extase des élance-

meiits d'amour „. — Quod autem attinet ad miram illam triduanam ecstasim " cette vision fonda en elle la conviction inébranlable que Dieu l'appelait à l'oeuvre de dévouement et de charité qu'elle entreprit et réalisa „. Ita Deus Famulae suae Ipse viam monstrabat, quae ad maiorem sui nominis gloriam perduceret.

Praeclarum autem orationis donum magis magisque quotidie Ioannam ad Deum vinciebat. Ex oratione, humili, perseveranti, fiduciae plena, de qua diximus, potiora hauriebat lumina, unde et seipsam dirigeret et commissas sibi Sorores in sancto proposito contineret. Itaque " l'oraison était son grand livre, c'est là qu'elle puisait avec les lumières pour sa conduite personelle, des lumières surnaturelles pour la conduite de ses Soeurs „.

Nec minorem scientiam habuit infus am. Regulae enim, quas Sororibus servandas praescripsit, sermones, quibus easdem crebro ad virtutem cohortabatur, totidem monumenta sunt huius superni charismatis ; quippe femina sine ullis ferme litteris et institutione nequaquam tanta cum caelesti sapientia scribere aut dicere poterat, nisi a scientiarum Domino mirabiliter didicerat. " C'est par 1'inspiration qu'elle rédigea sa Règle, et fit à ses Soeurs ses entretiens si beaux et si sublimes. Elle n'était qu'une ignorante: comment aurait-elle pu parler ainsi autrement que par inspiration divine? „

Insigni etiam dono ditata erat scrutationis cordium, quo opportune utebatur in suarum regimine monialium, quoque Confessarium ipsum in cura animarum mirifice iuvabat. Itaque aiunt Testes : " Elle eut sur l'état de conscience de plusieurs de ses Filles et des personnes du dehors des connaissances distinctes et positives, dont son Confesseur ne craignait pas de se servir dans la direction de ces âmes

Prophetico quoque spiritu excelluit. Multa enim eventura praedixit, quae postea adamussim evenerunt. Ita praedixit Patribus Oratorii, quin in equilia se suasque orphanas recipere recusabant, fore ut sibi postea meliorem partem aedium concédèrent ; item pestifera lue Salmurium affiictatum iri, suo excepto hospitio; item Mariam Laigle sibi in officium Antistitae successuram; item Sacerdoti Genneteau prius, quam sibi monendum; item se multis corporis et animae afiiictionibus extremo vitae tempore subiectum iri; quae omnia, uti praenunciata fuerant, effectu probata sunt.

Porro quum Ioanna tam arcte esset cum Deo coniuncta, ut vere unus esset cum eo spiritus, digna facta est communicandi do-

loribus, quos Christus Dominus pro generis humani redemptione pertulit. Et septies illa quidem mysticum hoc supplicium, testante Maria Laigle, toleravit; quemadmodum ipse Dominus Famulae suae pollicitus fuerat. Ex hac autem participatione Dominicae Passionis aliud promanabat in D. F. donum compunctionis et lacrimarum; considerans enim quantis cruciamentis ob hominum peccata Christus affectus fuerit, vim lacrimarum continere non poterat, nec suos defectus et aliorum crimina deflendi finem faciebat.

Demum gratiam sanitatum et miraculorum acceperat. Plurima sunt et fere innumerabilia, quae patravit, prodigia praesertim in sustentando hospitio. Destituta enim, ut erat, omnibus subsidiis, in diem vivebat ipsa cum sororibus et crescentem semper pauperum turbam alebat vel ex eleemosynis, quas subinde accipiebat vel, quando eleemosynae deerant, multiplicando prodigialiter pecuniam, panem, obsonium. Multiplicationes huiusmodi plures refert Maria Laigle, socia S. D. eaque testatur: " Enfin, c'était une multiplication continuelle, car nous sommes très assurées de tout ce qui s'est passé dans cette Maison de la Providence „.

His positis, licet inferre supernis charismatibus fuisse cumulatam omnino Ioannam Delanoue, cuius vita prorsus admirabilis extitit, ut ait eius vitae Scriptor M. Macé : " Enlevez le merveilleux, et la vie de Jeanne est de tout inexplicable „.

CAPUT XIV.

De fama sanctitatis in vita.

Tantus heroicarum virtutum ornatus, tantum decus supernaturalium munerum, quibus Ioanna enituit, facere non poterant quin in admirationem sanctimoniae eius homines râpèrent, et communem sanctitatis famam eidem conciliarent. Quippe " qualis vita hominum talis est fama „, et " gloria virtutem quasi umbra sequitur,,. Et vere viguit haec D. S. fama non solum penes vulgum, sed etiam apud graves doctosque viros. Longe lateque pervasit et sensim percrebuit, neque ad eam infirmandam quidquam unquam auditum dictumque est. Quae omnia certissimis testimoniis constant.

Et primum quidem Consorores a Providentia maxime suscipiebat sanctitatem Fundatricis suae. Earum autem magni faciendum est iudicium, quae quum Famulam Dei intime noverant, qua-

cum vivebant, tum ad aestimandas eius virtutes erant aptiores. Illae autem, ut habent testes, tamquam *Sanctam* Ioannam reverebantur. " Ce que je sais sur ce point par tradition, c'est que ses Soeurs la vénéraient comme une *Sainte* „.

Mira autem eius charitatis opera omnium oculos admirationemque in Ioannam converterunt. Et quoniam haec est verae virtutis sors ut bonorum laudem, pravorum hominum convicia concitet, ita " les uns la tournèrent en dérision, comme on l'a fait de tous les Saints ; les autres ne pouvaient assez l'admirer, et partout on s'habituait à dire, quand on avait de pauvres sous la main : allez à la Providence de Jeanne Delanoue „. At brevi tota Salmuriensis civitas unanimi fere studio Ioannam complexa est; eiusque vestium fragmenta, qui obtinere potuerant, tamquam venerabiles reliquias asservabant. " Les fidèles l'avaient en telle odeur de sainteté, que d'après son premier historien, on coupait des fragments de ses vêtements, et on le conservait comme des reliques „.

Haec porro sanctitatis eius opinio non modo Salmuriensem, sed Andegavensem quoque Dioecesim aliaque loca implevit, omnesque celebrabant feminam virtutibus eximiis mirabilibusque donis insignem. Nec minoris eam faciebant praestantes de clero viri sacrique praesules, ex quibus nominavimus Rmum D. Poncet de la Rivière, Rílmm D. De Vaugiraud, Episcopum Andegavensem, et Ludovicum Grignon de Montfort, non ita pridem auctoritate Summi Pontificis Leonis XIII inter beatos caelites relatum. Nec illud praetermittendum quod, tametsi " quelques ecclésiastiques lui avaient été contraires (ii nimirum qui Ianseniana labe erant infecti), beaucoup venaient la consulter; son Confesseur lui-même s'en rapportait à ses lumières pour la direction des âmes „.

Hic autem laudatorum concentus maxime sub mortem S. D. universalis fuit, ut testatur Rev. Franciscus Ory, omnesque ex omni ordine ab infima .plebecula usque ad sacros Antistites sanctitatem Ioannae Delanoue summis laudibus efferebant.

CAPUT XV.

De obitu et concursu ad funus.

De obitu F. D. agentes, non illud proprie quaerimus utrum illa, quae coniunctissimam cum Deo vitam egit, coniuncta cum Domino vitam concluserit; hoc enim fere de omnibus, qui pie vixe-

runt, christifidelibus affirmandum esse Augustinus monet, scribens " non potest male mori, qui bene vixerit, non potest bene mori, qui male vixerit; sed illud potius videamus an in fine peregrinationis suae Ioanna Delanoue pretiosam in conspectu Domini mortem obiverit, ut decet sanctos, quorum " semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectum diem „.

Itaque Dei Famula quum aetate cresceret et sensim ad exitum appropinquaret, crescebat etiam charitate et virtutum omnium officiis. Praecipue poenitentiae austeritatem numquam remisit, ut suadere videbantur et invaletudinis periculum et tantorum vis laborum. Sed illa pro certo habens, poenitentiam ex Dei beneficio non valetudini nocituram, ad extremam senectutem institutum vitae genus perduxit. Iamque annum agebat aetatis septuagesimum ieiuniis, vigiliis, variisque corpusculi macerationibus vacans. " Jeanne en vieillissant et en se cassant d'infirmités, augmentait en ferveur au fur et à mesure que sa fin approchait ; elle ne retranchait rien, ni de ses jeunes, ni de ses veilles, ni de ses travaux „.

Quo tempore, illustrante Deo, nuntium accepit proximae mortis ; qua de re admonuit Mariam Laigle, sodalem cui tamquam antistitae obediebat: eoque visu cognovit quantis et animi et corporis aerumnis doloribusque esset tentanda. Posthac ad instantem pugnam strenue pugnandam omni ope, divino auxilio potissimum confisa, se comparavit. Notamus autem praevisionem hanc mortis inter superna pretiosi obitus indicia accensendam esse, secundum Doctorum sententiam, deque ea in Bullis Canonizationis complurium Sanctorum peculiarem mentionem fieri.

Et vere anno salutis 1735 septembris mense, prout divinitus praesciverat, vehementissima febri uri coepit et acutissimo capitis dolore tentari. Tum aerem adeo gutturis orisque ardorem sentire, ut nullo modo refrigeran posset. Quibus cruciatibus undecim continenter menses ad mortem usque afflictata est. Et si aliquando summa vis doloris aliquem ex ea gemitum expressit propter corporis imbecillitatem, invicta tamen constantia divinae voluntati adhaerebat corde; nam qui consolationis causa tam acerbe laborantem invisebant, eis respondebat Ioanna: " Il est bon que Dieu nous tienne ainsi sous la presse, nous en avons besoin pour nous maintenir dans la fidélité, que nous lui devons „.

At, quod imprimis Dei Famulam tenebat sollicitam et mirifice exagitabat, omni pietatis gustu spoliata, spiritus ariditate oppressa, in tantas mentis tenebras incidit, ut a Dilecto deserta videre-

tur et diaboli arbitrio permissa. Et daemon quidem, si unquam antea eam divexaverant, tum certe rabiem et tentationes duplicabat, suggerens ei nequaquam ad Dei gloriam aeternam que salutem valuisse, quae adhuc fecerat, quasi nunquam consiliis moderatorum obtemperasset, sed suo; ideoque vindictam iusti Dei poenasque sempiternas ei paratas. Ad hos tentatoris vaferrimi impetus respondebat illa quidem humilians se magis magisque ante Deum, et auxilium misericordiae divinae sibi famulae indignissimae implorans; sed interdum tanta erat tentationum huiusmodi vehementia, ut illa magnis gemitibus conquereretur quod Deus se dereliquisset. At succurrit, Deo miserante, opportune Maria Laigle, infinitam misericordiae divinae amplitudinem commemorans, additque ne desponderet animum in ea tentationis procella quam superventuram, Deo revelante, cognoverat. His auditis, concidit subito tota diabolicae fraudis machinatio et in animum D. i S. mira subiit tranquillitas. Post internum hoc teterrimumque supplicium, quod ad quatuor menses eam cruciavit, dolores corporis quotidie ingravescentes maxima cum alacritate sustinere visa est.

Nam privationem illam omnis solatii spiritualis tanta coelestium consolationum infusio subsecuta est, ut Ioanna toto reliquo tempore saepe saepius in suavissimam contemplationem divinorum gaudiorum elevata, iam inter supernae patriae cives versari videretur. Tertio ante obitum die ubi imaginem vidit Iesu Infantis, quam sibi afferri mandaverat, in extasim rapta, postquam se recepit multis cum lacrimis veniam exoravit peccatorum et negligentiae suae.

Sacramenta Ecclesiae, quum coepit male habere, ipsamet postulavit, summaque excepit cum contritione cordis et pietate. Sanctissimam Eucharistiam, quam tota vita esurierat, decimo quoque die (nec enim lege episcopali licebat frequentius) in Viaticum amantissime sumebat. Legis tamen rigiditatem pro D. F. pietatis eius gratia, relaxavit Vicarius Generalis Dioeceseos, permisitque bis in hebdomada divino eam recreari ferculo. " Ce fut une joie très grande pour cette âme, avide de la Sainte Eucharistie, et qui, depuis long temps, était habituée à la Communion quotidienne „.

Identidem, dum extremo decubuit morbo, ad suas moniales verba faciebat de servandis officiis; et quoad potuit, admirabili prudentia rexit Institutum. Commemorat Testis LXIV sermonem, quem Ioanna moriens ad Sorores habuit, eumque commendat, tamquam testamentum eius, in quo, inquit " l'unité de la vie et des oevres,

et la parfaite constance de la Servante de Dieu dans sa foi, son espérance et sa charité, se manifestent d'une manière éclatante „. Cum aliarum virtutum tum praecipue humilitatis egregia dedit hoc tempore exempla, quum " elle demanda pardon aux assistants avec des expressions qui les étonnaient; elle parlait de ses péchés, de ses infidélités, de ses mauvais exemples; actes d'humilité qu'elle renouvela plusieurs fois „.

Demum die **17** Augusti anno **1736,** postquam preces morientium summa religione prosecuta est, placidissime spiritum extremum exhalavit, feria sexta. Nuntius eius obitus brevi civitatem omnem pervasit, commovitque. Incredibilis coepit concursus fidelium ad sacrum corpus, eius virtutes inter se collaudantium, sanctitatem extollentium, patrocinium apud Deum invocantium. Multiplici autem ratione sese prodidit veneratio populi erga D. F. — Certatim ad eius cadaver aut coronas mariales aut alias res admovebant, ut eo contactu veluti reliquiae ex Ioanna haberentur; certatim arripiebant, devotionis causa, quaecumque ad eam pertinerent. Hae tanta venerantis populi frequentia factum est, ut funus necesse fuerit unum diem differri intereaque corpus D. F. in impluvio hospitii exponi, quo visitantis multitudinis pietati fieret satis. Sacrae denique exuviae, speciali Episcopi Andegavensis indulgentia, in sacello sororum a Providentia reconditae sunt, ibique usque ad annum **1796** religiose asservatae. Addit autem Testis I: " Pour différentes raisons relatées dans sa vie, ce ne fut pas la dernière étape de ce corps vénéré qui repose maintenant dans la Chapelle du Novitiat à S. Hilaire S. Florent „.

Communem autem populi devotionem erga D. F. quae praecipue in eius obitu excitata est, optime confirmant et praeconia eorum, qui antea obtrectatores extiterant, et plura epitaphia eius memoriam celebrantis. "L'une, en particulier, l'appelle: ***La Mère de tous les indigents; la première de ses Soeurs par son humilité unissant en elle Marthe et Marie, morte en odeur de sainteté, et déjà admise dans la salle du jestin „.***

CAPUT XVI.

De fama sanctitatis post obitum.

" Fama publica, vehemens, constans, a fide dignis personis orta et bene probata, quamvis de se numquam plene probet vitae sanctitatem, virtutes et miracula, reliquas tamen probationes confir-

mat, illisque robur adiicit ae proinde aliarum probationum veluti complementum est „. Probatio huiusmodi non modo desideratur sed omnino locupletissima suppetit in hac Causa, ita ut affirmare potuerit Testis LXIV: "Il n'y a pas de réputation de sainteté plus solidement, plus traditionellement établie, que celle de Jeanne Delanoue et parmi les Soeurs de Sainte Anne, et parmi le Clergé et parmi les fidèles „.

Etenim incredibilis ille ad funus S.D. concursus fidelium ex omni ordine, eius desiderio complorantium, virtutes collaudantium fiduciam patrocinii eius multipliciter testantium, qua de re in superiori capitulo actum est, satis superque indicat famam hanc sanctitatis publicam, vehementem, per fide dignas personas probatam. At vero probandum superest famam huiusmodi subsecutis temporibus non modo non defecisse, sed in dies potius crevisse. Quae probatio ut plena perfectaque sit, ex praescripto Benedicti XIV, tria constare debent: primum, communem hanc de sanctitate S. D. opinionem apud saniorem populi partem viguisse, vigere; alterum, eamdem non partium studiis tribuendam, sed ex consideratione virtutum et signorum S. D. esse profectam ; tertium, eam famam nullis contradicentibus vere esse constantem et perennem.

Iamvero non modo saniorem populi partem, sed omnem omnino populum habemus de sanctitate Joannae Delanoue mirifice consentientem. Ita ex Summarii tabulis : " Toujours et partout elle a été regardée comme une Sainte. La renommée de sainteté de Jeanne Delanoue est universellement dans la ville Saumur. Toujours et partout je l'ai entendu citer comme la merveille de notre pays; Je suis convaincue que si l'on consultait le public, il n'y aurait qu'une voix pour exalter la Servante de Dieu et des pauvres „. Salmurienses praesertim tam firmiter persuasum habent Ioannam in Sanctorum censu aestimandam et uti talem reverendam esse, ut quum acceperint induci S. D. Beatificationis Causam, non pauci id indigne tulerint, quasi per hoc ipsum dubitatio aliqua de sanctitate eius moveretur: " Ils croient voir là un doute sur sa sainteté, et ils m'ont dit à moimême: *Mais est-ce quelle n'est pas une vraie Sainte? quel procès y-a-t-il à faire?* „.

Sic reverentia et honor erga Dei Famulam non intra septa Congregationis suae se continuit, in qua hodiedum viva perseverat recordatio eius ad omnes virtutes excitans et cohortans alumnas suas, sed civitatem universam Salmurii, et circum late populos commovet. — Itaque ad sepulcrum S. D. non pauci adire

consueverunt, non tantum pietatis causa, sed etiam impetrandi cuiuspiam beneficii gratia; item vetus biographia S. D. apud plures familias magna cum religione servatur: " ***Son livre,*** comme dit l'expression populaire, est gardé précieusement dans un grand nombre de familles ; ***son livre*** c'est sa première vie écrite par Céver „, Atque postquam agi coeptum est de inducenda hac D. F. Causa, unum omnium est desiderium Beatificationis eius.

In pulcherrima hac consensione fidelium sanctimoniam Ioannae testantium, palam est non desiderari suffragia praestantium et gravium virorum. Ad rem Testis VI. " Toutes les personnes Ecclésiastiques ou Religieuses avec les quelles j'ai été en relation, la regardaient et me la faisaient regarder comme une vraie Sainte „. Et in Andegavensi probationis domo Patrum Societatis Iesu inter simulacra plurium Sanctorum, Augustini, Benedicti, Francisci Salesii, Ignatii aliorumque imago conspicitur Ioannae Delanoue, hac subiecta vetere inscriptione: "Jeanne Delanoue Fondatrice et première Supérieure de la Maison de la Providence de Saumur; recommandable par sa charité ingénieuse et universelle envers les pauvres, et par ses grandes austérités, décedée en odeur de sainteté le 16 Août 1736 „, — Adde fide dignissimus testes praesertim de Clero, in hanc Causam inductos et receptos, qui omnes et non satis se posse laudare dicunt virtutes D. F. et Beatificationem eius habent in votis.

Famam porro huiusmodi ex virtutum S. D. signorumque splendore ortam esse, non partium studiis excitatam, nefas est in dubitationem vocare, post ea, quae de vita gestisque eius commemorata sunt. Itaque Testes charitatem ceterasque virtutes ponunt uti causam famae Ioannae Delanoue; atque etiam tradunt, ex vulgatis eius mirabilibus exemplis credibili a fieri, quae de aliis sanctis viris narrantur. " Elle a laissé après elle la réputation d'une Sainte, surtout pour sa charité incroyable. Un détail qui m'a frappée : En famille on lisait habituellement la vie des Saints. Un soir que vint dans la lecture, une vie plus extraordinaire, nous disions tout haut, ma mère et moi : Le papier souffre tout, est-ce possible qu'on fasse des choses pareilles? et mon père nous fît cette réponse: ***"Mais voyez donc ici, Jeanne Delanoue, elle a fait des choses aussi extraordinaires, au vu et au su de nofre pays „.*** — J'ai entendu toujours vanter tout spécialement sa charité, et son humilité; et •on disait: ***Il n'y en aura jamais de comme elle „.***

Quod autem haec D. S. fama, nedum interrupta numquam,

sed perpetuo aucta ad nos usque perseveraverit, non minus luculenter patet. *" Sa réputation n'a/ait que grandir depuis sa mort „.* Atque toto hoc tempore, quod pretiosam D. S. mortem sequutum est, pietatem honoremque populi erga illam semper viguisse idoneis documentis convincitur. Ita Testis VIII fidem perhibet de vetere quodam curatore hospitalis domus Paulo Ratouis, qui " aimait à raconter que, tout jeune encore, il était conduit au tombeau de la Servante de Dieu par son arrière grand'mère, laquelle avait été contemporaine de Jeanne Delanoue „. Similia habent Testis II, testificat de devotione aviae suae, natae anno **1735** nimirum ante mortem S. D. Item Testis X ; Testis autem XVIII, quinque et septuaginta annos natus, afiirmat populi praeconia, quae perpetuo audivit de sanctitate S. D. omnino concinere cum iis, quae accepit ex ore aviae suae, natae anno decimoquarto post obitum Servae Dei. Tempore etiam illius rerum perturbationis in Gallia, incorrupta perstitit haec fama, quam insuper variae subsecutae sacri corporis translationes confirmarunt. Prima translatio facta est anno **1796,** quo S. D. exuviae in Ecclesia Nostrae Dominae compositae sunt. Tum nimirum visum est quantopere eam venerarentur fideles : " les voisins de la Providence ne voulaient pas se laisser dépouiller de ce qu'ils regardaient comme un précieux trésor il fallut comme une intervention divine. Un orage violent favorisa la translation qu'on avait fixée à la nuit, n'osant la faire le jour „. Item in secunda translatione anno **1837** fidelium se veneratio prodidit. Le faubourg qui avait été le principal théâtre de sa charité, s'émut tout entier. C'était un mouvement extraordinaire, un flot de monde dans les rues, tous se pressaient en habit de travail pour contempler et vénérer les restes de leur insigne bienfaitrice „. Ultima translatio accidit anno **1881** ex Ecclesia Nostrae Dominae in Sacellum domus principis Congregationis ad S. Plorentium prope Salmurium. Eeretrum inventum est plenum aquae, quae fidelibus dispertita, non paucas dicitur prodigiosas sanationes peperisse.

Denique nullus unquam sanctitati S. D. refragatus est; ne impii quidem homines quidquam contradicere audent; imo eius venerabundi memoriam recolunt. " Jamais je n'ai entendu dire du mal d'elle même par les impies. Même les impies autour de moi ne trouvent rien à objecter à sa béatification et ne trouvent rien de plus naturel. Les impies eux-mêmes la vénèrent „. Quid plura? Curatores municipii Salmuriensis, commoti fama S. D. et memoria praesertim eius charitatis " *restée proverbiale „* benemeritissimam

civem proclamarunt Ioannam, et ex eius nomine viam urbis nominarunt; additque Testis XXXII: " Je fais remarquer comme symptôme de l'estime général ce fait, à une époque où les idées religieuses étaient peu en faveur „. — Atque ipse historicus Bodin, Volterii assecla, Dei Famulam collaudai, tamquam feminam " *vertueuse, généreuse, admirable* „.

CAPUT XVII.

De gratiis et miraculis post obitum.

Tam vulgata sanctimoniae fama, qua D. S. Ioannam Delanoue gaudere vidimus, non solis eius virtutibus supernisque charismatibus tribuenda est, sed etiam signis et prodigiis, quae plurima, ea intercedente, impetrata esse hodieque impetrari dicuntur. Itaque Testis LXIV ait: " J'ai entendu raconter un grand nombre de guérisons et des grâces miraculeuses opérées de nos jours par l'intercession de la Servante de Dieu „. Ex iis potiora praestat attingere.

Soror Maria a S. Angelo monialis gravissime quum laboraret tibia propter malignum tumorem, adhibito sudarii S. D. frusto, sanitati restituitur. Similem porro gratiam Soror a S. Dominico acceptam refert auxilio S. D. Eadem monialis a S. Angelo intolerabiles nervorum dolores, D. S. adiuvante, mirabiliter mitigatos persensit. Maria a S. Augustino Antistita generalis Sororum a Providentia quum interiore ascessu periculosissime aegrotaret, implorata intercessione S. D. et particula eius ossium admota lateri, statim convaluit. Ope insuper exorata S. D. sanitas mire parta est cuidam moniali (Soeur S. Bertin) a paralysi; Sorori Mariae Adolphinae a scorbuto; patri eiusdem a morbo hepatario; Sorori Mariae a S. Henrico conclamatae a medicis propter tumorem cancerosum linguae; Sorori Mariae a S. Sophia ab ulceribus in capite; Sorori Mariae a S. Paulina a frequentibus sanguinis vomitionibus desperatae a medicis ; Sorori a S. Moyse ab insanabili anemia. Item Dei Famula exorata, sanat puerum Bouillon a pulmonum morbo et meningite. Illico redintegrat visum puellae Mariae Bijon; septenni puero Chaussiras, qui nondum ambulare poterat, expeditum gressum impetrat; Sorori a S. Adelaide incendium, quo iam iam absumenda erat, subito extinguit. Cibum prodigiali ter multiplicat ; multiplicat pecuniam; non sperata humanitus subsidia submittit in

substentationem Congregationis suae, cui saepe saepius, non secus ac dum viveret, defuncta mirabilem in modum egenti consulit, ita ut Testis XXXVIII e Sororibus a Providentia de S. D. fateatur. " Nous étions habituées à être aidées en tout par elle „.

Igitur quae de miraculis Dei Famulae attributis hactenus delibavimus, quae in superioribus capitibus de ipsius vita actisque pro instituto locuti sumus, quum satis superque demonstrare videantur et heroicas Ioannae Delanoue virtutes, et vulgatam late sanctimoniae famam, in quo totius huius judicii vertitur cardo ; iure optimo freti sapientia et aequitate amplissimi Ordinis Vestri confidimus fore ut concupitum iamdiu Rescriptum a Vobis edatur. Id nimirum est in votis plurium ex Gallia Episcoporum; id fideles omnes Christianissimae Galliae enixe implorant ; id pervigil Causae Postulator R. P. Vincentius Ligiez Ordinis S. Dominici anxie expectat; quorum precibus et nostras humillimas adiungimus.

(Sequitur)

LITTERAE SSmi 0. N. Leonis XIII ad Emum Card. Iacobum Gibbons Archiepiscopum Baltimorensem, quoad opiniones nonnullas quae indicantur nomine *Americanismi.*

Testem benevolentiae Nostrae hanc ad te epistolam mittimus, eius nempe benevolentiae, quam diuturno Pontificatus Nostri cursu, tibi et Episcopis collegis tuis ac populo Americae universo profiteri nunquam destitimus, occasionem omnem libenter nacti sive ex felicibus Ecclesiae vestrae incrementis, sive ex utiliter a vobis recteque gestis ad catholicorum rationes tutandas et evehendas. Quin imo saepe etiam accidit egregiam in gente vestra indolem suspicere et admirari ad praeclara quaeque experrectam, atque ad ea prosequenda, quae humanitatem omnem iuvant splendoremque civitatis. — Quamvis autem non eo nunc spectet epistola ut alias saepe tributas laudes confirmet, sed ut nonnulla potius cavenda et corrigenda significet ; quia tamen eadem apostolica caritate conscripta est, qua vos et prosequuti semper et alloquuti saepe fuimus, iure expectamus, ut hanc pariter amoris Nostri argumentum censeatis ; idque eo magis futurum confidimus quod apta nataque ea sit ad contentiones quasdam extinguendas, quae, exortae nuper in vobis, etsi non omnium, at multorum certe animos, haud mediocri pacis detrimento, perturbant.

Compertum tibi est, dilecte Fili Noster, librum de vita *Isaaei- Thomae Heeker* eorum praesertim opera, qui aliena lingua edendum vel interpretandum susceperunt, controversias excitasse non módicas ob invectas quasdam de ratione christiane vivendi opiniones, Nos igitur, ut integritati fidei, pro supremo Apostolatus munere, prospiciamus et fidelium securitati ca-veamus, volumus de re universa fusiori sermone ad te scribere.

Novarum igitur, quas diximus, opinionum id fere constituitur fundamentum : quo facilius qui dissident ad catholicam sapientiam traducantur, debere Ecclesiam ad adulti saeculi humanitatem aliquanto propius accedere, ac, veteri relaxata severitate, recens invectis populorum placitis ac rationibus indulgere. Id autem non de vivendi solum disciplina, sed de doctrinis etiam, quibus *fidei depositum* continetur, intelligendum esse multi arbitrantur. Opportunum enim esse contendunt, ad voluntates discordium alliciendas, si quaedam doctrinae capita, quasi levioris momenti, praetermittuntur, aut molliantur ita, ut non eumdem retineant sensum quem constanter tenuit Ecclesia. — Id porro, dilecte Fili Noster, quam improbando sit consilio excogitatum, haud longo sermone indiget; si modo doctrinae ratio atque origo repetatur, quam tradit Ecclesia. Ad rem Vaticana Synodus : « Neque enim fidei doctrina, quam Deus re-« velavit, velut philosophicum inventum proposita est humanis « ingeniis perficienda, sed tamquam divinum depositum Christi « Sponsae tradita fideliter custodienda et infallibiliter declaran-« da. . . . Is sensus sacrorum dogmatum perpetuo est retinendus, « quem semel declaravit Sancta Mater Ecclesia, nec unquam « ab eo sensu altioris intelligentiae specie et nomine receden-« dum (1) ».

Neque omnino vacare culpa censendum est silentium illud, quo catholicae doctrinae principia quaedam consulto praetereuntur ac veluti oblivione obscurantur.—Veritatum namque omnium, quotquot christiana disciplina complectitur, unus atque idem auctor est et magister *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris* (2). Easdem vero ad aetates quaslibet ac gentes accommodatas esse, perspicue ex verbis colligitur, quibus ipse Christus apo-

(1) Const. de Fid. cath. c. 4,
(2) Ioann. 1, 18.

stolos est alloquutus : *Euntes docete omnes, gentes. . . . . docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis; et eeee ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi {i).* Quapropter idem Vaticanum Concilium: «Fide divina, « inquit, et catholica ea omnia credenda sunt quae in verbo « Dei scripto vel tradito continentur, et ab Ecclesia, sive solemni « iudicio sive ordinario et universali magisterio, tamquam divi- « nitus revelata credenda proponuntur » (2). Absit igitur ut de tradita divinitus doctrina quidpiam quis detrahat vel consilio quovis praetereat : id enim qui faxit, potius catholicos seiungere ab Ecclesia, quam qui dissident ad Ecclesiam transferre volet. Redeant, nil enim Nobis optatius, redeant universi, quicumque ab ovili Christi vagantur longius ; non alio tamen itinere, quam quod Christus ipse monstravit.

Disciplina autem vivendi quae catholicis hominibus datur, non eiusmodi est, quae, pro temporum et locorum varietate, temperationem omnem reiiciat. — Habet profecto Ecclesia, inditum ab Auctore suo, clemens ingenium et misericors ; quam ob causam, inde a sui exordio, id praestitit libens, quod Paulus Apostolus de se profitebatur : *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos* (3). — Aetatum vero praeteritarum omnium historia testis est, Sedem hanc Apostolicam, cui, non magisterium modo, sed supremum etiam regimen totius Ecclesiae tributum est, constanter quidem *in eodem dogmate, eodem sensu eademque sententia* (4) haesisse ; at vivendi disciplinam ita semper moderari consuevisse, ut, divino incolumi iure, diversarum adeo gentium, quas amplectitur, mores et rationes numquam neglexerit. Id si postulet animorum salus, nunc etiam facturam quis dubitet ? — Non hoc tamen privatorum hominum arbitrio definiendum, qui fere specie recti decipiuntur; sed Ecclesiae iudicium esse oportet: in eoque acquiescere omnes necesse «st, quicumque Pii VI decessoris Nostri reprehensionem cavere malunt. Qui quidem propositionem LXXVIII synodi Pistoriensis « Ecclesiae ac Spiritui Dei quo ipsa regitur iniuriosam *edixit,* « quatenus examini subiiciat disciplinam ab Ecclesia constitu-

ti) Matth. 28, 19.

(2) Const. de Fid. cath. c. 3.

(5) I Cor. 9, 22.

(4) Conc. Vatic. Ibid. c. 4.

« tam et probatam, quasi Ecclesia disciplinam constituere possit « inutilem et onerosiorem quam libertas christiana patiatur ».

In causa tamen de qua loquimur, dilecte Fili Noster, plus affert periculi estque magis catholicae doctrinae disciplinaeque infestum consilium illud, quo rerum novarum sectatores arbitrantur, libertatem quamdam in Ecclesiam esse inducendam, ut, constricta quodammodo potestatis vi ac vigilantia, liceat fidelibus suo cuiusque ingenio actuosaeque virtuti largius aliquanto indulgere. Hoc nimirum requiri affirmant ad libertatis eius exemplum, quae, recentius invecta, civilis fere communitatis ius modo ac fundamentum est. — De qua Nos fuse admodum loquuti sumus in iis Litteris, quas de civitatum constitutione ad Episcopos dedimus universos; ubi etiam ostendimus, quid inter Ecclesiam, quae iure divino est, intersit ceterasque consociationes omnes, quae libera hominum voluntate vigent. — Praestat igitur quandam potius notare opinionem, quae quasi argumentum affertur ad hanc catholicis libertatem suadendam. Aiunt enim, de Romani Pontificis infallibili magisterio, post solemne iudicium de ipso latum in Vaticana Synodo, nihil iam oportere esse sollicitos ; quam ob rem, eo iam in tuto collocato, posse nunc ampliorem cuivis ad cogitandum atque agendum patere campum. — Praeposterum sane arguendi genus : si quid enim ex magisterio Ecclesiae infallibili suadet ratio, hoc certe est, ut ab eo ne quis velit discedere, imo omnes eidem se penitus imbuendos ac moderandos dent, quo facilius a privato quovis errore serventur immunes. Accedit, ut ii, qui sic arguunt, a providentis Dei sapientia discedant admodum ; quae, quum Sedis Apostolicae auctoritatem et magisterium affirmata solemniore iudicio voluit, idcirco voluit maxime, ut pericula praesentium temporum animis catholicorum efficacius caveret. Licentia quae passim cum libertate confunditur ; quidvis loquendi obloquendique libido; facultas denique quidlibet sentiendi litterarumque formis exprimendi, tenebras tam alte mentibus obfuderunt, ut maior nunc quam ante sit magisterii usus et necessitas, ne a conscientia quis officioque abstrahatur. — Abest profecto a Nobis ut quaecumque horum temporum ingenium parit, omnia repudiemus ; quin potius quidquid indagando veri aut enitendo boni attingitur, ad patrimonium doctrinae augendum publicaeque prosperitatis fines proferendos, libentibus sane Nobis, accedit. Id tamen omne, ne solidae utilitatis sit

expers, esse ac vigere nequaquam debet, Ecclesiae auctoritate sapientiaque posthabita.

Sequitur ut ad ea veniamus quae ex his, quas attigimus, opinionibus consectaria veluti proferuntur; in quibus si mens, ut credimus, non mala, at certe res carere suspicione minime videbuntur. — Principio enim externum magisterium omne ab iis, qui christianae perfectioni adipiscendae studere velint, tamquam superfluum, immo etiam minus utile reiicitur: ampliora, aiunt, atque uberiora nunc quam elapsis temporibus, in animos fidelium Spiritus Sanctus influit charismata, eosque, medio nemine, docet arcano quodam instinctu atque agit. — Non levis profecto temeritatis est velle modum metiri, quo Deus cum hominibus communicet; id enim unice ex eius voluntate pendet, estque ipse munerum suorum liberrimus dispensator.-*Spiritus ubi vult spirat* (1). *Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi* (2). — Ecquis autem repetens Apostolorum historiam, exordientis Ecclesiae fidem, fortissimorum martyrum certamina et caedes, veteres denique plerasque aetates sanctissimo rum hominum foecundissimas, audeat priora tempora praesentibus componere eaque affirmare minore Spiritus Sancti effusione donata? Sed, his omissis Spiritum Sanctum secreto illapsu in animis iustorum agere eosque admonitionibus et impulsionibus excitare, nullus est qui ambigat; id ni foret, externum quodvis praesidium et magisterium inane esset. « Si quis....... salutari, « id est evangelicae praedicationi consentire posse confirmat, « absque illuminatione Spiritus Sancti, qui dat omnibus suavi- « tatern in consentiendo et credendo veritati, haeretico fallitur « spiritu » (3). Verum, quod etiam experiendo novimus, hae Sancti Spiritus admonitiones et impulsiones plerumque, non sine quodam externi magisterii adiumento ac veluti comparatione, persentiuntur. « Ipse, ad rem Augustinus, in bonis arbo- « ribus cooperatur fructum, qui et forinsecus rigat atque exco- « lit per quemlibet ministrum, et per se dat intrinsecus incre- « mentum » (4). Scilicet ad communem legem id pertinet, qua Deus providentissimus, uti homines plerumque fere per homi-

(1) Ioann. 5, 8.
(2) Eph. 4, 7.
(o) Conc. Arausic. 2, can. 7.
(4) De Grat. Christ, c. 19.

nes salvandos decrevit, ita illos, quos ad praestantiorem sanctimoniae gradum advocat, per homines eo perducendos constituit, « ut nimirum, quemadmodum Chrysostomus ait, per ho« mines a Deo discamus » (1). Praeclarum eius rei exemplum, ipso Ecclesiae exordio, positum habemus: quamvis enim Saulus, *Spirans minarum et eaeolis* (2). Christi ipsius vocem audivisset ab eoque quaesivisset : *Domine, quid me vis facere;* Damascum tamen ad Ananiam missus est : *Ingredere civitatem, et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.* Accedit praeterea, quod qui perfectiora sectantur, hoc ipso quod ineunt intentatam plerisque viam, sunt magis errori obnoxii, ideoque magis quam ceteri doctore ac duce indigent. — Atque haec agendi ratio iugiter in Ecclesia obtinuit; hanc ad unum omnes doctrinam professi sunt quotquot, decursu saeculorum, sapientia ac sanctitate floruerunt; quam qui respuant, temere profecto ac periculose respuent.

Rem tamen bene penitus consideranti, sublato etiam externo quovis moderatore, vix apparet in novatorum sententia quorsum pertinere debeat uberior ille Spiritus Sancti influxus, quem adeo extollunt. — Profecto maxime in excolendis virtutibus Spiritus Sancti praesidio opus est omnino : verum qui nova sectari adamant, naturales virtutes praeter modum efferunt, quasi hae praesentis aetatis moribus ac necessitatibus respondeant aptius, iisque exornari praestet, quod hominem paratiorem ad agendum ac strenuiorem faciant. — Difficile quidem intellectu est, eos, qui christiana sapientia imbuantur, posse naturales virtutes supernaturalibus anteferre, maioremque illis efficacitatem ac foecunditatem tribuere. Ergo ne natura, accedente gratia, infirmior erit, quam si suis ipsa viribus permittatur? Num vero homines sanctissimi, quos Ecclesia observat palamque colit, imbecillos se atque ineptos in naturae ordine probavere quod christianis virtutibus excelluerunt ? Atqui, etsi naturalium virtutum praeclaros quandoque actus mirari licet, quotus tamen quisque est inter homines qui naturalium virtutum habitu reapse polleat ? Quis enim est, qui animi perturbationibus, iisque vehementibus non incitetur ? Quibus constanter superandis, sicut etiam universae legi in ipso naturae ordine servandae,

(1) Hom. 1 in Inscr. altar.
(2) Act. Ap. c. 9.

divino quodam subsidio iuvari hominem necesse est. Singulares vero actus, quos supra innuimus, saepe, si intimius perspiciantur, speciem potius virtutis quam veritatem prae se ferunt. — Sed demus tamen esse : si *currere in vacuum* quis nolit aeternamque oblivisci beatitatem, cui nos benigne destinat Deus, ecquid naturales virtutes habent utilitatis, nisi divinae gratiae munus ac robur accedat? Apte quidem Augustinus : «Magnae « virés et cursus celerrimus, sed praeter viam » (1). Sicut enim praesidio gratiae natura hominum, quae, ob communem noxam, in vitium ac dedecus prolapsa erat, erigitur novaque nobilitate evehitur ac roboratur ; ita etiam virtutes, quae non solis naturae viribus, sed eiusdem ope gratiae exercentur, et foecundae fiunt beatitatis perpetuo mansurae et solidiores ac firmiores existunt.

Cum hac de naturalibus virtutibus sententia, alia cohaeret admodum, qua christianae virtutes universae in duo quasi genera dispertiuntur, in *passivae,* ut aiunt, atque *activas ;* adduntque, illas in elapsis aetatibus convenisse melius, has cum praesenti magis congruere. — De qua quidem divisione virtutum quid sentiendum sit, res est in medio posita ; virtus enim, quae vere *passiva* sit, nec est nec esse potest. « Virtus, sic sanctus « Thomas, nominat quamdam potentiae perfectionem : finis au« tem potentiae actus est; et nihil est aliud actus virtutis, quam « bonus usus liberi arbitrii (2) » ; adiuvante utique Dei gratia, si virtutis actus supernaturalis sit. — Christianas autem virtutes, alias temporibus aliis accommodatas esse, is solum velit, qui Apostoli verba non meminerit : *Quos praeseivit, hos et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui* (3). Magister et exemplar sanctitatis omnis Christus *est ; ad cuius regulam aptari omnes necesse est, quotquot avent beatorum sedibus inseri. Iamvero, haud mutatur Christus progredientibus saeculis, sed *idem heri et hodie et in saecula* (4). Ad omnium igitur aetatum homines pertinet illud : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde* (5); nulloque non tempore Christus se nobis exhibet *factum obedientem usque ad mortem* (6) ; valetque quavis

(1) In Ps. 31, 4.
(2) I. II. a. i.
(3) Rom. 8, 29.
(4) Hebr. 13, 8.
(o) Matth. 11, 29.
(6) Philip. 2, 8.

aetate Apostoli sententia: *Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt eum vitiis et eoneupiseentiis* (1). — Quas utinam virtutes multo nunc plures sic colerent, ut homines sanctissimi praeteritorum temporum! Qui demissione animi, obedientia, abstinentia, *potentes* fuerunt *opere et sermone,* emolumento maximo nedum religiosae rei sed publicae ac civilis.

Ex quo virtutum evangelicarum veluti contemptu, quae perperam *passivae* appellantur, pronum erat sequi, ut religiosae etiam vitae despectus sensim per animos pervaderet. Atque id novarum opinionum fautoribus commune esse, coniicimus ex eorum sententiis quibusdam circa vota quae Ordines religiosi nuncupant. Aiunt enim illa ab ingenio aetatis nostrae dissidere plurimum, utpote quae humanae libertatis fines coerceant; esseque ad infirmos animos magis quam ad fortes apta; nec admodum valere ad christianam perfectionem humanaeque consociationis bonum, quin potius utrique rei obstare atque officere. — Verum haec quam falso dicantur, ex usu doctrinaque Ecclesiae facile patet, cui religiosum vivendi genus maxime semper probatum est. Nec sane immerito : nam qui, a Deo vocati, illud sponte sua amplectantur, non contenti communibus praeceptorum officiis, in evangelica euntes consilia, Christo se milites strenuos paratosque ostendunt. Hocne debilium esse animorum putabimus? aut ad perfectionem vitae modum inutile aut noxium ? Qui ita se votorum religione obstringunt, adeo sunt a libertatis iactura remoti, ut multo pleniore ac nobiliore fruantur, ea nempe *qua Christus nos liberavit (2).*

Quod autem addunt, religiosam vivendi rationem aut non omnino aut parum Ecclesiae iuvandae esse, praeterquamquod religiosis Ordinibus invidiosum est, nemo unus certe sentiet, qui Ecclesiae annales evolverit. Ipsae vestrae foederatae civitates num non ab alumnis religiosarum familiarum fidei pariter atque humanitatis initia habuerunt? quorum uni nuper, quod plane vobis laudi fuit, statuam publice ponendam decrevistis. — Nunc vero, hoc ipso tempore, quam alacrem, quam frugiferam catholicae rei religiosi coetus, ubicumque ii sunt, navant'operam ! Quam pergunt multi novas oras Evangelio imbuere et humanitatis fines propagare; idque per summam animi con-

(1) Galat. V, 24.
(2) Galat. IV, 51.

tentionem summaque pericula! Ex ipsis, haud minus quam e clero cetero, plebs christiana verbi Dei praecones conscientiaeque moderatores, iuventus institutores habet, Ecclesia denique omnis sanctitatis exempla. — Nec discrimen est laudis inter eos qui actuosum vitae genus sequuntur, atque illos, qui, recessu delecta ti, orando affìictandoque corpori vacant. Quam hi etiam praeclare de hominum societate meruerint, mereant, ii norunt profecto qui, quid ad placandum conciliandumque Numen possit *depreeatio iusti assidua* (1), minime ignorant, ea maxime quae cum afflictatione corporis coniuncta est.

Si qui igitur hoc magis adamant, nullo votorum vinculo, in coetum unum coalescere, quod malint, faxint; nec novum id in Ecclesia nec improbabile institutum. Caveant 'tamen ne illud prae religiosis Ordinibus extollant ; quin potius, cum modo ad fruendum voluptatibus proclivius, quam ante, sit hominum genus, longe pluris ii sunt habendi, qui, *relictis omnibus, sequuti sunt Christum.*

Postremo, ne nimiis moremur, via quoque et ratio, qua catholici adhuc sunt usi ad dissidentes revocandos, deserenda edicitur aliaque in posterum adhibenda. — Qua in re hoc sufficit advertisse, non prudenter, dilecte Fili Noster, id negligi quod diu experiendo antiquitas comprobavit, apostolicis etiam documentis erudita. — Ex Dei verbo habemus (2), omnium officium esse proximorum saluti iuvandae operam dare, ordine graduque quem quisque obtinet. Fideles quidem hoc sibi a Deo assignatum munus utillime exequentur morum integritate, christianae caritatis operibus, instante ad Deum ipsum assiduaque prece. Atqui e clero sunt idipsum praestent oportet sapienti Evangelii praedicatione, sacrorum gravitate et splendore, praecipue autem eam in se formam doctrinae exprimentes, quam Tito ac Timotheo Apostolus tradidit. — Quod si, e diversis rationibus verbi Dei eloquendi, ea quandoque praeferenda videatur, qua ad dissidentes non in templis dicant, sed privato quovis honesto loco, nec ut qui disputent, sed ut qui amice colloquantur ; res quidem reprehensione caret : modo tamen ad id muneris auctoritate Episcoporum ii destinentur, qui scientiam integritatemque suam antea ipsis probaverint. — Nam plurimos

(1) Iac. 5. 16.
(2) Eccli. 17, 4.

apud vos arbitramur esse, qui ignoratione magis quam voluntate a catholicis dissident: quos ad unum Christi ovile facilius forte adducet qui veritatem illis proponat amico quodam familiamque sermone.

Ex his igitur, quae huc usque disseruimus, patet, dilecte Fili Noster, non posse Nobis opiniones illas probari, quarum summam *Americanismi* nomine nonnulli indicant. — Quo si quidem nomine peculiaria animi ornamenta, quae, sicut alia nationes alias, Americae populos décorant, significare velint; item si statutum vestrarum civitatum, si leges moresque quibus utimini, non est profecto cur ipsum reiiciendum censeamus. At si illud usurpandum ideo est, ut doctrinae superius allatae, non indicentur' modo, immo vero etiam cohonestentur ; quodnam est dubium, quin Venerabiles Fratres Nostri Episcopi Americae, ante ceteros, repudiaturi ac damnaturi sint utpote ipsis totique eorum genti quam maxime iniuriosum ? Suspicionem enim id iniicit esse apud vos, qui Ecclesiam in America aliam effingant et velint, quam quae in universis regionibus est. — Una, unitate doctrinae sicut unitate regiminis, eaque catholica est Ecclesia : cuius quoniam Deus in Cathedra Beati Petri centrum ac fundamentum esse statuit, iure Romana dicitur; *ubi* enim *Petrus, ibi Ecclesia* (1). Quam ob rem quicumque catholico nomine censeri vult, is verba Hieronymi ad Damasum Pontificem usurpare ex veritate debet: « Ego nullum primum, nisi « Christum, sequens, beatitudini tuae, idest Cathedrae Petri com« munione consocior : super illam petram aedificatam Ecclesiam « scio ; quicumque tecum non colligit, sparsit ».

Haec, dilecte Fili Noster, quae, singularibus litteris, officio muneris ad te damus, ceteris etiam foederatarum civitatum Episcopis communicanda curabimus; caritatem iterum testantes, qua gentem vestram universam complectimur; quae sicut elapsis temporibus multa pro religione gessit, maiora etiam in posterum, Deo feliciter opitulante, praestituram portendit. — Tibi autem et fidelibus Americae omnibus Apostolicam benedictionem, divinorum subsidiorum auspicem, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 22 mensis Ianuarii 1899, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

(1) S. Ambr. in Ps. ii, 57.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

VARSAVIEN.

MATRIMONII

Die 10 Septembris 1898.

Sess. 24, cap. 5, de ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Carolus vir catholicus, aetate annorum 25, artem pharmaceuticam exercens ***die IO Februarii 1877,*** legitima forma, uxorem duxit Mariam acatholicam, puellam 19 annos tunc natam , sed infausto omine ; nam quamvis vita communis quadriennium perduravit, tamen, uti asseritur, matrimonium inconsummatum permansit. Sed cum mulier de die in diem hanc ob rem valetudinem amitteret, domum matris petiit ibique commorata est non amplius reversura. Tunc vero, nempe die 11 Aprilis 1887 Archiepiscopale Varsaviense Consistorium adiit postulans ut suum matrimonium contractum cum Carolo nullum declararetur ob viri impotentiam.

Curia archiepiscopalis rite processum instituit et habita iurata depositione coniugum, roborata depositione testium ex utraque parte septimae manus, nec non inspectione tum viri tum mulieris, quum in certo posita fuerit inconsummatio matrimonii; quamvis vir suam negaret impotentiam, matrimonium nullum declaravit ex capite impotentiae ex parte viri eique absolute prohibuit transitum ad novas nuptias contrahendas. Quae quidem sententia, in secunda instantia rata habita et confirmata fuit a Iudice apostolico delegato Lublinensi die 25 Februarii (7 Martii) 1883.

At vir sententiam ei interdicentem nuptias aegre ferens, omnem operam impendit ut male affecto corpori medicamenta adhiberet; idcirco post aliquot annos supplici libello hanc S. Congregationem rogavit, ut ab Ecclesiae vetito dispensantur et quatuor medicales attestationes sibi favorabiles protulit, ad suam maritalem potentiam adstruendam.

At quum hae attestationes extraiudiciales essent et oppugnantes cum aliis quae in processu matrimoniali Varsaviae peracto extabant, sic EE. PP. in Congregatione plenaria 22 Februarii 1891 respondere censuerunt « *Dilata et scribatur Archiepiscopo Varsaviensi iuxta mentem. Mens est ut ipse exquirat iuratas attestationes aliquot idoneorum peritorum et deinde acta transmittat ad S. Congregationem ».*

Remus Archiepiscopus Varsaviensis statim mandatis EE. PP. obtemperavit et a tribus medicis, a Varsaviensi Curia deputatis,, qui dicuntur scientia et honestate praestantes, peracta fuit inspectio corporalis Caroli, servatis adamussim praescriptionibus S. C. C.

Transmissis huiusmodi actis ad hanc S. C. atque iterum per *Summaria Precum* in generalibus Comitiis die 25 Iulii 1891 precibus discussis, Vobis iterum respondere placuit : « *Dilata et requirantur a Curia Lublinensi acta processus et reproponatur* ». Post septem annos tandem requisita acta a Curia Varsaviensi transmissa fuere.

Disceptatio Synoptica

VOTUM CANONISTAE. Quando matrimonium nullum declaratur ex capite impotentiae, vel a R. P. dispensatio conceditur a matrimonio rato et non consummato ob probabilem alterutrius coniugis impotentiam, apponi solet vetitum ne pars certo vel probabiliter impotens declarata novas nuptias ineat, et quidem in primo casu absolute, in altero vero cum clausula, *inconsulta S. Congregatione;* « idque ex sanctissima ratione in more positum est, ne secus vel iterum probabili periculo nullitatis nova matrimonia exponantur, vel rursus ad novam dispensationem super rato tantum recurrendum sit ». Neapolitana. *Relaxationis status liberi, die 24 Septem. 1864.*

Iam vero saepe accidit ut coniux qui vel certo vel probabiliter, uti impotens declaratus fuerat, cuique novas ineundi nuptias vetitum fuerat, reclamet contra hoc vetitum,

et allatis probationibus suae potentiae, facultatem petat matrimonium contraehendi.

Porro quando agitur de vetito apposito in casu dispensationis matrimonii rati et non consummati res facile absolvitur ; cum enim matrimonium Pontificia auctoritate solutum fuerit, nullimode examinanda est solutio prioris coniugii, et probata potentia, tollitur vetitum etiam per rescriptum S. O. quin antea preces discutiantur in generalibus comitiis (Neapolitana. *Relaxationis status liberi,* 24 Septembris 1864) : non desunt tamen exempla concessionis factae in plenaria Congregatione ut in una Bononien. *Matrimonii* 23 Apr. 1842.

Contra vero quando agitur de vetito sive expresso sive etiam tacito post declarationem nullitatis matrimonii ex capite impotentiae, non potest vetitum tolli, quin explicite vel saltem implicite discutiatur sententia atque infìrmetur ; neque obstat quod sententia confirmata fuerit in II instantia; uti enim notum est sententiae in causis matrimonialibus nunquam transeunt in rem iudicatam *(Const. Ben. XIV* Dei Miseratione § *cc. 7, 10, 11 de Sententia et de re iudicata; c. 6 de Frigidis et de maleficiatis;* Reiffenstuel *lib. Il tit. 15 n. 120,* ubi tamen aliquam facit limitationem).

Quare in hoc casu preces deferri solent in plenaria Congregatione in folio ; atque non semper sub eodem dubio discutiuntur; sic in una Agrien. *Dispensationis 'matrimonii* 9 Aprilis 1881, sub unico dubio discussae fuerunt: *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato.*

E contra in una Massanen. *Matrimonii* 24. Ian. 1778 sub triplici dubio preces discussae fuerant, scilicet :

I. *An constet de nullitate matrimonii in casu:* et quatenus *negative;*

II. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu;* et quatenus *affirmative ;*

III. *An liceat* Catharinae Cappelli *aliud contrahere matrimonium in casu.*

Sub hoc triplici dubio et ego quaestionem discutiam; tantummodo tertio dubio mutato (ut stemus titulo sub quo hic casus propositus fuit in *Summariis precum)* in sequens :

III. *An* Carolo *concedi possit venia matrimonium contrahendi.*

Et sane in quaestione est ; an concedi possit Carolo venia matrimonium contrahendi, quod proinde speciali dubio discutiendum est. Non potest vero huic dubio *affirmative* responderi, quin primo examinetur eius matrimonium cum Maria, et constet Carolum revera potentem esse, et posito quod absolute potens deprehendatur, quin obtineatur solutio primi matrimonii ex pontificia dispensatione, secus enim matrimonium cum Maria esset reintegrandum. Quare necessitas duorum aliorum dubiorum. Formula autem primi dubii non videtur mutanda in eam quae adhiberi solet in casu *appellationis;* sc: *an confirmanda vel infirmanda sit sententia Curiae Varsaviensis,* cum in casu sententia non per appellationem stricte sumptam, sed per querelam ad examen revocetur (Reiffenstuel *lib. IL tit. XXVII n. 135;* Sánchez *De matr. lib. 7, disp. 100 n. 4).*

Itaque ad I. dubium ; cum unica ratio nullitatis consistat in impotentia viri, videndum an revera vir impotentia laboret, eaeque conditiones eam comitentur, quae requiruntur ut impotentia impedimentum dirimens constituat.

Impotentia coeundi, non vero generandi (quae sterilitas audit, neque impedimentum constituit) ad hoc ut impedimentum dirimens sit, requiritur iure naturali et ecclesiastico, ut sit antecedens matrimonium atque perpetua, quae scilicet « praeter divinum miraculum per opus humanum absque corporali periculo non potuit removeri > *(c. 3 de Frigidis; c. 6 credens eod. tit.)* Parum autem refert, an sit absoluta vel respectiva; licet non defuerint antiquitus DD., quos confutat Schmalzgrueber *(lib. IV. Decret, tit. XV)*

qui negabant impotentiam relativam seu respectivam haberi posse uti impedimentum dirimens.

Profecto haud facile est iudicium ferre an adsit impotentiae impedimentum, praesertim si agatur de impotentia non manifesta sed occulta.

DD. praecipue antiquiores plura habent de methodo servanda iuxta Decretalium ius ad probandum impotentiae impedimentum ; ac praesertim de triennali experimento.

Cum vero hoc experimentum ab aula recesserit, eo quod modo in casu dubiae impotentiae facilior et securior praefertur via dispensationis matrimonii rati et non consummati, atque haec S. C. anno 1840 *Instructionem* dederit, qua methodus praescribitur servanda in conficiendo processu in causis matrimonialibus, et speciatim in casu impotentiae; de quo casu etiam S. O. *Instructionem* edidit quae incipit *Iudex*, et plura habentur in alia *Instr.* ***S.*** *O. in causis matrimonialibus 20 Iunii 1833 ad Episcopus Orientales,* et *Instr, de Prop. Fide 1883 de Iudiciis ecclesiasticis circa causas matrimoniales*, inutile est DD. placita ferre, et ad normam harum Instructionum veritas est inquirenda.

Iam vero iuxta has Instructiones et servata Constitutione *Dei miseratione* processus confectus est a Curia Varsaviensi ; cuius ergo Acta sunt modo examinanda.

Porro ex actorum examine concludendum certo est, hic non agi de impotentia *manifesta ;* in hoc enim omnes tres periti ex officio deputati ad examinandum corpus Caroli conveniunt.

Sic Doctor Bondy iurata in relatione, quam deinde ante Iudicem sub iuramento confirmavit, testatur: « examen corporis Caroli docet eum esse hominem bene conformatum satisque robustum. In exploratione pudendorum observa vi membrum virile esse 8 1{2 centina, longum, 8 vero cent, crassum. In conformatione penis nullum deprehendi defectum, scrotum est exiguum arcte constrictum. In scroto unus adest tantum testiculus nimirum dexter media dimensione modice elasticus si tangitur. Alterum testiculum re-

peri mobilem in canali inguinali ». Unde concludit: « Examen Caroli non detexit tale quidquam, quod permitteret statuere impotentiam physicam, functio enim dumtaxat testiculi non excludit potentiam coeundi et impregnandi ».

Cum hoc conveniunt duo alii periti, nisi quod D. Wojcikievicz praeterea addit : « praesentia unius tantum testiculi non constituit impotentiam, *potest* autem impedire impugnationem » : ubi praeter quam quod cunctanter loquatur, evidenter pro impotentia impregnandi intelligit impotentiam generandi, seu sterilitatem, quae, uti notum est, non constituit dirimens impedimentum.

An vero Carolus *occulta* laboret impotentia ; ex iisdem peritorum relationibus et attestationibus nullimode concludi posse videtur certo aut saltem vere probabiliter impotentia occulta *absoluta* laborare.

Sic D. Markievicz in iurata relatione scribit : « non valeo contendere, copulam *cum alia muliere* exercere non posse » et in iurata depositione ait : « haec vero cuncta modo specificata minime sinunt ut definitive statuam, Carolum laborare impotentia ».

Duo vero alii periti licet putent adesse impotentiam, eam tamen potissimum deducunt ex inutili quatuor annorum cohabitatione, ex quo argumento poterit utique concludi pro impotentia relativa non vero pro. absoluta, praesertim, cum in casu agatur de muliere virgine : Sic D. Wojcikiewicz : « ex iis quae in universa corporis et speciali pudendorum conformatione observata sunt, definitive impotentiam statuere non ausim ; moralis tamen ex animi conscientia proveniens persuasio mea est pro impotentia . . . *Eiusmodi autem persuasio augetur hac re quod stante quadriennali cohabitatione* cum uxore Carolus matrimonium non consummavit » et D. Bondy in sua iurata depositione ait: « Ex specificatio hic notis physicis *non possum definitive atque pro certo asserere*, Carolum affectum esse impotentia exercendi debitum coniugalem. Attamen supra relata nimirum debilis evolutio unius testiculi, modica eiusdem

elastici tas, defectus et inertia alterius eo magis hic valere videntur, quod per aliquot annorum spatium viguit conversatio coniugalis, susceptoque sunt conatus perficiendae copulae, toties quoties sine effectu. Quare *dixerim* statum tunc defectuosum provocasse torporem in erigendo veretro sive impotentiam coeundi, quae cum promanet ex vitio organico, est naturalis, antecedens et absoluta nec unquam curabilis ».

Cum apud V. S. Consessum aliquando (Wladislavien. *Matrimonii,* 15 Iunii 1898, etc.) citatam videam auctoritatem Cosci *(De Sep. Tor. lib. 3 cap. 2, n. 386)* quasi in dubio impotentiae praesumendum sit pro impotentia ac proinde contra valorem matrimonii, utile erit in memoriam revocare principium hoc, ita universaliter enuntiatum, falsum esse *c. 47 De testibus et attestationibus; c. 26 De tentia et re iudicata;* Sánchez *lib. 1 disp. 18 n. I.*

Tantummodo DD. a Cosci citati limitationem faciunt quoad casum in quo impotentia certa sit et dubitetur an praecesserit, etc. cfr. De Iustis *Ds dispensationibus matrimonialibus lib. II cap. 17 n. 18;* et Sánchez *lib. 7 disp. 103 n. 3 atque animadversiones cl. Defensoris vinculi in citata* "Wladislavien.

Quoad vero ipsum Cosci, revera hic auctor, ceteroquin classicus, universaliter loquitur; sed si integer liber legitur et ipse cum Auctoribus a se citatis facile convenire videtur.

Inquirendum nunc esset an saltem dici possit Carolum *relativa* laborare impotentia sive respectu ad certam mulierum classem sc. non corruptarum, sive respectu saltem ad unam sc. Mariam.

Quamvis non desint graves probationes et praesumptiones pro existentia impotentiae relativae saltem quoad Mariam ac potissimum probatio desumpta ex thalami coniugalis experimento, ad quod potissimum recursus fit quando agitur de impotentia occulta (Cosci *de Sep. Tori Con. I. 3. cap. 2;* Neapolitana, *Matr.* 24 Aprilis 1858), tamen cum

difficillimum sit in his casibus perpetuitatem impotentiae probare, quin tempus teramus, totius est statim amplecti viam faciliorem et securiorem dispensationis matrimonii rati et non consummati, praesertim cum modo propitia sese offert circumstantia quod nec mulier novas inierit nuptias, nec vir matrimonium attentaverit.

Quare ad propositum dubium mihi videtur respondendum esse : *Providebitur in secundo.*

Ad II Dubium: ut *affirmative* responderi possit, duo requiruntur, sc. et quod causae pro dispensatione adsint ; et quod inconsummatio certe probetur.

Iamvero 1. quoad *causas;* praeter 1) *impotentiam* saltem valde *probabilem,* habetur 2) *animorum dissociatio,* et, quod potissimum est, 3) impedimentum *mixtae religionis;* vir enim est catholicus et mulier augustanam profitetur confessionem, quin, uti videtur, dispensatio concessa fuerit cum matrimonium contractum primo fuerit imo benedictum in templo pro testan tico et deinde in ecclesia parochiali viri. Tandem 4), praetereunda haud sunt *duo gravia motiva* quae ab ipso Carolo in supplici ad Summum Pontificem libello afferuntur quoad animae salutem et corporis sanitatem.

2. Quoad *inconsummationem ;* duplex distingui debet periodus, sc. ab initis nuptiis usque ad prolationem sententiae nullitatis, et ab hac usque ad praesentem diem.

Atqui quoad *priorem periodum* omnino certo ad normam Benedictinae Const. *Dei miseratione* et *Inst. S. Cong. C. 22 Aug. 1840,* inconsummatio iuridice probata fuit penes Curiam Varsaviensem in causa nullitatis matrimonii ex capite impotentiae.

Uterque coniux sub iuramenti fide de inconsummatione testatus est, eorumque testimonium ex septimae manus testimonio corroboratum fuit, adductis octo testibus ex utraque parte, in totum 16 testibus.

Inspectione peracta corporis Mariae cum omnibus cautelis ab Inst. S. C. C. praescriptis, eadem reperta fuit virgo a tribus obstetricibus ab ipsa Curia designatis, quarum iudi-

cium a duobus medicis pariter ex officio deputatis comprobatum fuit.

Quoad vero ***alterum periodum,*** facile res expediri posset iniungendo Curiae Varsaviensi, ut suppletorium conficiat processum ad inconsummationem probandam pro hac periodo sed cum expensae necessariae ad hunc processum conficiendum adeo graves sint, ut Carolus omnino impar sit ad eas sustinendas ; ita ut hoc praescribere idem esset ac petitam gratiam negare, hinc videndum est an ex iis quae habentur tuto concludi possit pro inconsummatione, quin ulteriores probationes expostulentur.

Cum ab Emo huius S. C. Praefecto Archiepiscopus Varsaviensis percontatus sit quid ipse de inconsummatione pro hac periodo opinaretur, respondit : « honori mihi duco referre Carolum a die sententiae, quae ipsius matrimonium cum Maria irritum atque invalidum fuit renuntiatum, nullam cum hac olim uxore sua habuisse consuetudinem, nec mutuo cohabitasse. Quin imo, secundum relationes fide dignissimarum personarum praefata Maria felicem se existimat quod sit libera, nec patitur vel mentionem de novo connubio ».

Porro cum versemur in materia gratiae, testimonium Arch. Varsaviensis maximi est momenti, ita ut ulteriores investigationes iudiciales haud necessariae videantur, praesertim cum **I)** ipse Archiepiscopus rationem reddat suae assertionis, investigationes sc. ab ipso demandatas et peractas ***a personis fide dignissimis, 2)*** et illius sententia corroboretur ex praesumptionibus non tantum gravibus, sed et violentis. Quomodo enim supponi potest quod vir qui tam aegre tulit uti absolute impotentem fuisse iudicatum, et mulier cuius valetudo ex cohabitatione cum Carolo in discrimen venerat, una simul convenerint ? Generatim autem etiam apud S. C. O. post expletum inconsummationis processum, matrimonium praesumitur continuare inconsummatum per longum tempus ; unde quamvis aliquando post aliquot annos causa dispensationis discutiatur et terminetur,

non quaeruntur probationes inconsummationis pro tempore a processu transacto.

Ceterum, cum meum non sit iudicare, sed tantummodo pro mea tenuitate ad tramitem iuris et iurisprudentiae huius S. C. exponere quid agi possit in casu, si adhuc aliquis pro hac periodo de non consummatione scrupulus remaneret, ad evitandum novum processum semper promptum est remedium propositum a S. C. C. in causa Guatimalen. *Matrim.* 25 Ian. 1873, quae, licet nostrae similis, maiores praeseferebat difficultates. En species. Postquam die 15 Feb. 1858 Ludovicus Canal hispanus et Maria Carmela Caranza, Guatimalensis, matrimonium rite iniissent in parochia mulieris Guatimalae, ambo, aliquot transactis mensibus, reclamaverunt apud Curiam Guatimalen., ut declararetur nullum matrimonium ex capite impotentiae sc. ob mulieris arctitudinem. Curia tribus tantum formiter examinatis peritis, quorum ***duo*** extraiudicialiter coniugum corpora inspexerant, et ***tertius*** de ipsius Curiae mandato, nullitatem matrimonii declaravit, inhabilem declarans mulierem ad novas nuptias contrahendas ; a qua sententia vinculi defensor nullimode appellavit. Elapsis sex annis quidam Michael Boade et Balm es, qui Ludovici Canal procurator fuerat in matrimonii causa, a Curia Guatimalensi efflagitavit ut Maria Carmela Carranza declararetur apta ad nuptias cum se ipso contrahendas, exponens ex proprio licet illicito experimento sibi constare de idoneitate mulieris ad rem cum ipso habendam. Et Curia confecto processu sententiam dedit: « Si dichiara che la Sig. Carmine Carranza è abile per contrarre matrimonio col Sig. Michele Boade e Balmes, rimanendo annullata solamente in questa parte la riferita sentenza dei 9 Decem. 1858 » : qua edita sententia Carmela ad secundas convolavi t nuptias cum Boade et Balmes.

Mortuo Archiepiscopo Guatimalen., eius successor supplicem libellum ad Summum Pontificem porrexit, expostulat: « ut dignaretur... medelam afferre angustiis, quibus

premuntur tum Ordinarius... tum ipsi coniuges... tum tandem vir primi matrimonii qui sacros nunc suscipere cupit ordines... Enixeque D. N. deprecans ut apostolica sanctione... facta omnia in utroque foro robur suscipiant ».

Iamvero re discussa **ÌD** comitiis huius S. C. O. die 25 Ianuarii 1873 sub dubio : « An constet de nullitate primi vel secundi matrimonii, seu potius sit consulendum SSmo pro dispensatione primi et sanatione secundi in casu? » responsum fuit: « Consulendum Sanctissimo pro deputatione Archiepiscopi Guatimalensis per litteras Apostolicas in forma Brevis com facultate dispensandi super primo matrimonio, quatenus eidem constet de non consummatione matrimonii, et, data dispensatione, habilitandi Mariam Carmelam et Michaelem ad reiterandum consensum, et interim separentur » (1).

Si modo una simul conferatur casus noster cum supracitato casu, maiori sane evidentia inconsummatio probata fuit in nostro casu quam in casu Guatimalensis Dioeceseos.

Quare ad dubium II tuto mihi responderi posse videtur *affirmative;* vel saltem: *consulendum SSmo pro deputatione Archiepiscopi Varsaviensis per litteras Ap>ostoHcas in forma Brevis cum facultate dispensandi super matrimonio Caroli et Mariae quatenus eidem constet de non consummatione dicti matrimonii ;* aut brevius: *Consulendum SSmo pro delegatione Archiepiscopi Varsaviensis dispensandi super matrimonio Caroli et Mariae quatenus eidem constet de non consummatione huius matrimonii.*

Quomodocumque respondeatur, necessarium mihi videtur ut responsioni apponatur etiam clausula: *et ad mentem. Mens est ut significetur Mariae dispensationem fuisse concessam.* Quamvis enim ex informatione Archiepiscopi, Maria ad alias nuptias non transierit; tamen necessarium est ut ipsa noscat se nunc liberam esse a contractis nuptiis

(1) Recole Vol. VII, 491.

cum Carolo, non vero a tempore confirmatae sententiae Curiae Varsaviensis in II instantia.

Ad III dubium. Ex dictis facilis est responsio sc. *affirmative cum vidua.*

Et sane ideo solum vetari posset Carolo matrimonium inire, quatenus vel certo vel saltem vere probabiliter constaret de eius impotentia; atqui ex universo processu ac potissimum ex nova inspectione corporis Caroli, ut videri potest in attestationibus peritorum, quorum conclusiones publicatae fuerunt, quando preces discussae fuere per *Summaria precum* 25 Iulii **1891,** neque certo neque saltem vere probabiliter constat de eius impotentia, saltem quoad corruptas. Ergo necessaria est limitatio *cum vidua;* haec enim limitatio apponitur a peritis, quorum est iudicium ferre de hac materia, atque ipse orator in supplici libello hanc limitationem acceptat.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Vertente anno **1877,** Februarii die **10** Carolus in aetate annorum 25 iam tum constitutus matrimonio sibi coniunxit acatholicam Mariam **19** annos natam.

Neo coniuges una simul habitarunt usque ad diem 21 anni **1881.**

In confessis est, eos pro viribus coniugali genio induisisse. Sane Carolus fatetur: « Inter cohabitationem cum uxore, quatenus domi erat, debitum coniugale exercere studui semel vel bis in hebdomada ; uxor obtemperabat satis aequo animo ». Concinit Maria, quippe quae ait : « Ego semper libenter succumbebam huic debito ».

Matrimonii tamen inconsummationem astruere contendentes, uxor ait : « Membrum virile carebat vi sese debite erigendi, nec potuisse idem introducere in corpus meum; non observavi quoque profluxisse semen ex pene mariti ». vir autem inquit : « Quoties copulam habiturus eram, sequebatur eiaculatio seminis, antequam introduce rem membrum in vas uxoris ».

Igitur matrimonium instante uxore irritum ex capite im-

potentiae viri declaratum est a varsaviensi ecclesiastica curia die 17 Februarii 1883: varsaviensis curiae sententia rata die 7 insequentis Martii habita est ab apostolico Lublini iudice delegato.

Maria est sua sorte contenta. « Praefata mulier (inquit reverendissimus Varsaviae archiepiscopus) felicem se existimat quod sit libera, nec petitur vel mentionem de novo connubio ».

Versa vice Carolus appictam impotentiae notam removere integrumque sibi esse alias nuptias conciliare contendit. Hinc necessitas disputandi tria inscripta dubia.

Quod spectat ***primum,*** scilicet, ***an constet de matrimonii nullitate in casu,*** - audiendi omnino sunt sex medici, qui de mandato iudicis corpus Caroli recognoverunt.

Profecto medicus Ioseph Morkievics concludit : « Haec vero cuncta modo specificata minime sinunt; ut definitive statuam Carolum laborare impotentia, inhaesio enim alterius testiculi in inguinibus non demonstrat eo ipso impotentiam ; hinc in hodierno statu scientiae physiologicae ex his, quae in convento deprehensa sunt, non possum determinare gradum certitudinis eiusmodi impotentiae ».

Medicus Eduardus Bondy : « Supra relata (inquit) ex specificatis hic notis physicis non possum definitive atque pro certo asserere Carolum affectum esse impotentia, nimirum debilis evolutio unius testiculi, modica eiusdem elasticitas, defectus et inertia alterius eo magis hic valere videntur, quod per aliquot annorum spatium viguit conversatio coniugalis, susceptique sunt conatus perficiendae copulae, toties quoties sine effectu. Quare dixerim, statum hunc defectuosum testiculorum, provocasse torporem in erigendo veretro sive impotentiam coeundi, quae cum promat ex vitio organico, est naturalis antecedens et absoluta nec unquam curabili »,

Felix Vojcikewicz: « Ex conformatione penis, nihil certi de impotentia physica Caroli asseri potest; defectus tamen alterius testiculi in scroto, haerentis in abdomine super ea-

nalem inguinalem, mollitiesque alterius, iusto minoris, causare potest imbecillitatem atque minus adaequatam executionem copulae coniugalis. Ex iis, quae in universa corporis et speciali pudendorum conformatione observata sunt, definitive impotentiam statuere non ausim, moralis tamen, ex animi conscientia proveniens persuasio mea est pro impotentia. Ex deprehensis in revisione sequitur, eam esse naturalem, antecedentem, plenam nec sanabilem. Eiusmodi autem persuasio augetur hac re, quod, stante quadriennali cohabitatione cum uxore Carolus matrimonium non consummavit ».

Huiusmodi vacillantibus archiatrorum testimoniis innititur memorata varsavien, curiae ac apostolici iudicis lublinen. sententia, qua matrimonium anno 1883 cassatum est. Nec tutiora sunt testimonia medentium, qui Caroli corpus reviserunt anno 1890.

Siquidem Alexander Biegaziski censet: « Quoniam Carolus habet alterum testiculum recte evolutum, licet alter, absconditus in canali inguinali, non polleat vi sexuali, ideo absoluta impotentia statui nequit. Potest tamen admitti, praesentiam alterius tantum testiculi physiologice evoluti sufficere ad producendam tantam quantitatem seminis, quae aliquatenus valeat provocare erectiones penis atque eo ipso facultatem coeundi cum muliere, non exhibente in geni talibus magnam repugnantiam, sive functionem sexualem probabiliter posse locum habere cum muliere, instructa genitalibus laxis, aut ad copulam valde idoneis ».

Eduardus Przawski ait : « Concepta coniectura, functionem sexualem apud Carolum debilem esse debere, eo ipso non possum eum declarare laborantem impotentia absoluta, completa. Debilis functio sexualis efficit, ut si forsan impotens relativus, nimirum cum virgine, praedita genitalibus rigidis, reluctantibus, sed habilis ad exercendam copulam cum vidua, instructa genitalibus laxioribus ».

Constantinus Serzpinski auctor est : « Ex physica conformatione genitalium Caroli non possum concludere, eum

affectum esse impotentia sexuali absoluta, vel relativa ; quod attinet momenta naturae moralis, de his absolute nihil certi proferre possum.

In concordia cum supradictis assero, opinionem superiorum medicorum, statuentem absolutam et incurabilem impotentiam, ex integro subsistere non posse, et quidem eatenus mutanda est, quod seclusis rationibus psychicis, Carolum reputo habilem ad concumbendum cum mulieribns defloratis ».

Non video qua ratione ex praemissis concludi possit constare de matrimonii nullitate.

Quod respicit altera dubia, matrimonii nempe inconsummationem ac aliarum licentiam nuptiarum, tria Carolus évinçât oportet: I° matrimonii inconsummationem : 2° iustam dispensandi causam : 3° potentiam coeundi.

Iam vero etsi dare velim, matrimonium haud consummatum ante annum 1883, in probatis tamen non est coniuges posthac nullo temporis momento fuisse *solum cum sola* matrimoniumque consummasse.

Immerito censet lectissimus consultor in gratioso iudicio sufficere extraiudiciales ab archiepiscopo collectas probationes. Ad rem sacra Congregatio in Valentina seu Mediolanen, die 18 Martii 1732 tradit: « Quamvis dispensatio sit gratia, tamen non habet locum, nisi cum certitudo adest matrimonii tantum rati et non consummati; adeo ut causa haec de dispensatione sit magis rigorosa uberioresque exigat probationes, quam illa de nullitate ».

Ut praeteream necessariam ad dispensandum causam, aequis facile potentem existimabit hominem 46 annorum aetatem egressum, qui debilis iudicatus sit fiorente iuventa ? Adeone vilescit sanctitas sacramenti, ut homini, qui iam naufragium fecit, alias nuptias cogitare liceat, quia *functio sexualis probabiliter potest locum habere cum muliere instructa genitalibus laxis, aut ad copulam valde idoneis ì*

Quae cum ita se habeant, submisse postulo ad memorata dubia rescribi:

Ad I. et II. *Negative*

Ad III. *Provisum in I. et in II.*

Quibus animadversis proposita fuerunt diluenda

Dubia

I. *An constet de matrimonii nullitate in casu.*

Et quatenus *Negative.*

II. *An consulendum sit SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consommato in casu.*

At quatenus *Affirmative* ad **1.** vel ad **2.**

III. *An liceat Carolo aliud contrahere matrimonium in casu.*

RESOLUTIO. Sacra C C . re discussa sub die **10** Septembris **1898** respondit: Ad I. providebitur in **2.** Ad **2.** affirmative ad cautelam. Ad III. reformato dubio. — An concedi possit Carolo venia contrabendi matrimonium — **R.** Archiepiscopo cum facultatibus iuxta peritorum iudicium, cauto diligenter ne matrimonium exponatur periculo nullitatis, facto verbo cum SSmo.

EX S. CONGR. EPISC. ET REGUL.

DECRETUM unionis Monachorum Praemonstratensium.

SSmus Dominus N. Leo Div. Providentia PP. XIII, attento voto capituli Generalis Sacri ac Candidi Ordinis Praemonstratensis habiti in Canonia Plagensi, diebus 25, 26, 27 et 28 Augusti anno 1896 quo Patres Capitulares unanimiter declararunt, ut omnes Filii S. Norberto" constituant unum ovile sub uno pastore, peroptandam esse unionem cum Praemonstratensibus Congregationis Gallicae a plurimis ipsius Congregationis Sodalibus iamdiu expetitam, attento item voto R. P. D. Archiepiscopi Aquen. praefatae Congregationis Gallicae Visitatoris Apostolici, nec non attenta relatione R. P. Dionysii Pro-Visitatoris Aplici super responsis datis a singulis enunciatae Congregationis Gal-

licae Professoribus, quorum sententia rite perrogata fuit, quique fere unanimi suffragio propositam unionem faciendam esse significarunt, universa demum rei ratione mature perpensa, decernendum esse statuit, prout Auctoritate Apostolica decernit, Religiosos Viros Praemonstratenses Congregationis Gallicae plene cumulateque uniendos esse cum ceteris aliarum regionum Praemonstratensibus, ita ut cum iis unum dumtaxat Ordinem constituant omnesque et singuli Professi supradictae Congregationis Gallicae teneantur :

J. Agnoscere auctoritatem Abbatis Generalis et Capituli Generalis Sacri et Candidi Ordinis Praemonstratensium eique se subiicere;

2. Admittere quamprimum fore potest liturgiam proprii eiusdem Ordinis;

3. Observare ipsius Ordinis Statuta prout observantur in Circaria.

Hoc autem Decretum Sanctitas Sua per S. Congregationem Negotiis et Consultationibus EE. et RR. praepositam expediri mandavit.

Porro eadem S. Congr. EE. et RR. harum virtute Litterarum, delegat R. P. Thomam Heglen Abbatem Tongerloensem ad hoc ut praesens Decretum quo citius et perfectius fieri potest executioni demandet, eidemque facultatem tribuit constituendi in Circaria speciale Monasterium S. Michaelis de Frigolet aliasque Praemonstratensium Domus in Gallia existentes, necnon peculiarem inibi erigendi novitiatum, utrumque tamen ad tempus, donec nempe proximum Capitulum generale anno 1902 celebrandum, habita etiam peracti experimenti ratione rite S. Sedi subiiciat, quid hac de re definitive constituendum censeat, opportunaque subinde edatur Apostolica provisio. Interea temporis ipsemet praefatus Abbas Tongerloensis specialis istiusmodi Circariae Visitator esto, cum omnibus iuribus et privilegiis muneri Visitatoris iuxta Constitutiones Ordinis inhaerentibus.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae e Secretaria S. C. Episcoporum et Regularium die 17 Septembris 1898.

S. CARD. VANNUTELLI, *Praefectus.*

L. * S.

A. TROMBETTA, *Secretarius.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

LAUDEN. Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Antoniae Mariae Beiloni monialis professae ordinis s. Clarae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus Theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur?

Sacrae Dei virgines, quae terrenis omnibus abdicatis, spretisque saeculi deliciis, nuntium mundo remiserunt, ut consepultae cum Christo Angelorum vitam aemularentur, eo maioribus sunt efferendae praeconiis quo ruunt in peius, effrenata licentia, publici mores. Ipsae enim, *quasi lueernae ardentes in caliginoso loco,* obductas late tenebras discutiunt, certumque cursum ostendunt timidis quidem ac dubiis ut procedant alacres, errantibus autem *ut in viam possint redire iustitiae.* In earum virginum numero iure adscribenda est Antonia Maria Beiloni. Quae honesto genere, censuquë haud modico Triulzae in oppidulo Cotonensis regionis nata nonis Novembribus anno MDCXXXV statim Beatissimae Virgini prime vae labis experti devota est a parentibus Ioanne Baptista et Elisabetha de Regibus eiusque voti gratia ad pietatem et omne genus christianae virtutis sanctissime instituta. Cum vero ipsis parentibus morem praeter expectationem puella gessisset, brevi tantum profecit, quantum ab immatura illa aetate vix sperari liceret. locos enim fastidiens ineptiasque pueriles, innocentiam cum senili prudentia coniungens, singulari modestia ac pietate eximia praesertim in Augustissimum Eucharistiae Sacramentum, visa est non solum aequalibus longe antecellere, sed maturae sanctitatis exempla aemulari. Eiusmodi studiis quum aetatis suae annum attigisset decimum quintum Beatissima Virgo Deipara, quam tenerrima prosequebatur pietate, sub venustissima matronae specie spectandam illi se obtulit, eamque ita fertur alloquuta: *« Perge, filia, Cotoneum, teque S. Clarae monialibus adiungito. Ne cuneteris adhuc litterarum nescia, nam haec omnia tibi brevi innotescent ».*

Quo visu, commoli parentes nec ausi divinae voluntati quidquam opponere Clarissarum asceterio eam instituendam tradiderunt, ubi caelestis Ipsius Matris edocta magisterio, supernae vocationis indicia edidit luculentissima. Sexto enim vix praeterlapso mense ab ingressu in caenobium eam legendi scribendique peritiam est assequuta ut ceteris iam edoctis sororibus anteiret. Quo factum est ut eidem omnium suffragiis sacrae illius Instituti vestes imponerentur.

Tyrocinio egregie perfuncta, solemnia vota nuncupavit. Tum vero maiore in dies ardore succensa vitaeque sanctius degendae acta desiderio, ardua quaeque capessere ; in prosperis, in adversis aequo se animo habere, omnes exemplo magis quam verbo ad caelestia rapere. Effusa caritate in egenos, consilii supra humanam prudentiam egregie praestans anxios non semel extulit ac recreavit, devios ad virtutis iter revocavit. Quae ita monialium animos sibi devinxit ut, quadragesimo aetatis anno vix inito, digna habita fuerit cui supremum Instituti regimen committeretur. Quo in munere ita se gessit, ut sorores singulas materno amore complectens, monasterium evangelicae perfectionis veraeque pacis domicilium constituerit. Etsi autem poenitentiae studio teneretur maxime, corporique afflictando nec flagellis parceret neque ieiuniis, nihilominus aetatem attigit satis longaevam. Neque hac ingravescente elanguit sed mirum quantum divinus ardor efferbuit. Quo magis consumpta quam morbo, qua praedixerat hora, Iesu et Mariae suavissima nomina, quae semper in ore et in corde habuit, supremo quodam amoris impetu idemtidem appellans placidissime efflavit animam tertio calendas ianuarii anno MDCCXIX.

Mansit mortuae vultus, qui vivae fuerat leniter subridens : et post viginti ferme annos recluso sepulcro mirum ! "sancta mulier apparuit, Crucifixi imaginem intactam amplectens, incorrupta ab omni parte, proinde ac si paucis ante horis fuisset sepulta.

Eius sanctitatis fama prodigiis etiam aucta, Insubriae Praesules gentesque, in primis vero Fratrum Minorum Ordo universus permoti Beatificationis causam penes S. Rituum Congregationem dicere enixis precibus postularunt. Quocirca, ordinariis in eius vitam et res gestas inquisitionibus sedulo exactis, eadem Sacra Congregatio examen de virtutibus expendendum iniit. Triplici hac de re disceptatione est peractum : nimirum pri-

ma in comitiis antepraeparatoriis in Aedibus Cardinal. Ducis Eboracensis causae Ponentis decimo calendas iulias anno MDCCLXXIX. Verum iniuria temporum, vel potius arcano Dei cousilio causa integro saeculo conticuit. Hinc altera in coetu praeparatorio ad Apostolicum Palatium Vaticanum fuit coacta tertio nonas iunias anno MDCCCXC; ac tandem coram Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII in generali conventu tertio calendas decembris anni mox elapsi in quo Rmus Cardinalis Lucidus Maria Parocchi causae Relator dubium ad discutiendum retulit: « *An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum ae Proximum; nec non de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Ven. Servae Dei Antoniae Mariae Beiloni, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur?»* Suffragia quae Rmi Cardinales ceterique Patres S. R. C. Consultores tulere intento animo excepit Beatissimus Pater et quantocius se prolaturum decretoriam sententiam affirmavit.

Hodierna autem die, dominica in septuagésima, sacro religiosissime peracto in hanc Vaticani Aulam accivit Rmos Cardinales Camillum Mazzeila Episcopum Praenestinum S. RR. Congregationi Praefectum et Lucidum Mariam Parocchi Episcopum Portuensem et S. Rufinae, cum R. P. Io. Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore et me infrascripto Secretario; iisque adstantibus edixit: « *Constare de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Caritate in Deum ae Proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Ven. Servae Dei Antoniae Mariae Beiloni, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur ».*

Hoc vero decretum publici iuris fieri et in Acta Sacrorum Rituum Congregationis referri iussit quarto calendas februarii anno MDCCCXCIX.

C. CARD. MAZZELLA *Ep. Praenestinus,*
S. R. C Praefectus.

L. « S .

DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

ANDEGAVEN. Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Sor. Mariae a s. Euphrasia Peiletier fundatricis Congregationis sororum a Bono Pastore.

Ad instantiam Rmi Dñi Antonii Savelli Canonici Liberiani et Causae praedictae Venerabilis Servae Dei Postulatoris, infrascriptus Cardinalis Sacrae Rituum Congregationi Praefectus et eiusdem Causae Relator in Ordinario Coetu Rotali, subsignata die, ad Vaticanum habito iuxta peculiares Ssmi Dñi Nostri Leonis Papae XIII dispositiones anni 1878 et 1895 editas, sequens dubium discutiendum proposuit : « An sententia Iudicis a Rmo Dno Episcopo Andegavensi delegati super cultu nunquam praestito Ven. Servae Dei Sor. Mariae a S. Euphrasia Pelletier, seu super paritione Decretis sa. me. Urbani Papae VIII sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur ? » Et Sacra eadem Congregatio, omnibus rite perpensis, auditoque etiam voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuit : *Affirmative seu sententiam esse confirmandam.* Die 3 Ianuarii 1899.

Quibus omnibus per ipsum infrascriptum Cardinalem Ssmo Domino Nostro Leoni Papae XIII relatis, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae Rituum Congregationis ratum habuit et confirmavit, die nona, iisdem mense et anno.

CAMILLUS CARD. MAZZELLA, *Ep. Praenestinus,*
S. R. C. Praefectus.

L. * S.

DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secret.*

SALERNITANA denegatur privilegium expetitur» a Sodalitio *a SS. Sacramento,* praecedendi Sodales Tertii Ordinis Carmelitarum.

Hodiernus Prior Sodalitii a SSmo Sacramento in Civitate *Eboli* nuncupata, Archidioeceseos Salernitanae, erecti anno 1540 per Bullam Pauli Papae III, ut *Christi Corpus honorificentissime in Ecclesiis custodiretur et in processionibus deduceretur,* nomine suo suorumque Confratrum a Sacra Rituum Congregatione nuper expostulavit speciale Apostolicum Privilegium, quo iidem Confratres in Processione SSmi Sacramenti praecedere queant novissimus sodales Tertii Ordinis Carmelitarum ibidem canonice instituti. Exquisita super hac re sententia tum Rmi

Archiepiscopi Salernitani, tum Rmi P. Magistri Prioris Generalis Ordinis Garmelitici, Antiquae Observantiae, Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, omnibus accurate perpensis, enunciato postulato respondendum censuit: « Non expedire et attendendum esse ius commune quod Tertiis Ordinibus collegialiter, proprio habitu et sub cruce, incedentibus semper et ubique supra quascumque Sodalitates tribuit praecedentiam, iuxta Decreta etiam recentiora: *Dubii* 28 Maii 1886, *Lucerina* 4 Iulii 1887, *Monopolitana* 27 Martii 1893, *Nucerina Paganorum* 1 Martii 1894 et *Baren.* 27 Martii et 30 Novembris 1897; et prouti in una *Monopolitana* 23 Martii 1619, eadem Sacra Congregatio, referente Cardinali Bellarmino, sancivit de praecedentia monachorum supra mendicantes.

Atque ita rescripsit, die 18 Februarii 1899.

C. CARD. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. S-

DIOMEDES PANICI *S. R. C. Secr.*

EX 3. CONGREG. INDULGENTIARUM

STATUTA pii Sodalitii sub titulo ab Adoratione reparatrice gentium catholicarum.

I. Pium Sodalitium universale, quod ab Adoratione SSmi Sacramenti Reparatrice gentium catholicarum titulum obtinet, iam canonice erectum, in Ecclesia Sancto Ioachimo in Urbe dicata, tanquam in sede principe, constitutum est.

II. Sicut administratio et rectio supradictae Ecclesiae, ita et pii Sodalitii ab Adoratione Reparatrice directio, cura atque procuratio commissae omnino sunt Sodalibus Congregationis a SSmo Redemptore, qui eximium catholicae Ecclesiae Doctorem Sanctum Alphonsum Mariam de Ligorio institutorem habent et patrem.

III. Sacerdos Congregationis a SSmo Redemptore, electus pro tempore a suo Superiore Generali ad regendam Ioachimianam Aedem in Urbe, fungetur etiam munere Directoris generalis pii Sodalitii ab Adoratione, cum iuribus et officiis ad-

nexis, salva tamen in his omnibus subiectione ipsius Directoris Superioribus Congregationis suae, iuxta istius leges et statuta.

IV. Superior Generalis laudatae Congregationis deputare poterit, ad beneplacitum suum, duos Sacerdotes e Sodalibus sibi subditis, qui Directorem generalem adiuvent, eiusque vices gerant, in expediendis negotiis et in obeundis actibus pii Sodalitii ab Adoratione.

V. Ad Directorem generalem iure proprio pertinet constituere Directores dioecesanos, vel quasi-dioecesanos pii Sodalitii in totius Orbis Dioecesibus, et in terris Missionum: ipse electionis diplomata subscribit. Poterit autem ob iustas causas hoc subscribendi munus suis duobus coadiutoribus committere.

VI. Directores dioecesani vel quasi-dioecesani agunt cum Directore generali de negotiis quae utilitatem, incrementum rectamque procedendi rationem pii Sodalitii respiciunt. Mittent etiam ad eumdem pias oblationes, quas tum Sodales tum alii Christifideles sponte conferre voluerint pro Ecclesia S. Ioachimi, Sodalitii sede principe, ut in hac divini cultus, et praesertim Adorationis Reparatricis, actus congruenti decore persolvantur.

VII. Pio Sodalitio ab Adoratione Reparatrice nomen dare cupientes cum Directore generali agant, si Romae sunt; cum ipso vel cum Directore dioecesano, sive quasi-dioecesano, si extra Romam morantur.

VIII. In Ecclesia S. Ioachimi Romae, opus Adorationis Reparatricis universalis hac piarum exercitationum serie explicabitur:

I°. Omnibus per annum diebus Dominicis et Festis de praecepto: — Mane, hora circiter octava, celebratio Missae cum expositione SSrrii Sacramenti; post Missam, litaniae lauretanae, *Tantum ergo* etc., benedictio cum SSmo Sacramento. — Vespere, expositio SSmi Sacramenti tamdiu, dum recitatur tertia pars Rosarii et canuntur litaniae lauretanae, *Tantum ergo* etc.; deinde benedictio cum SSmo.

2°. Omnibus per annum feriis quintis, excepta maiori hebdomada: — Mane, celebratio Missae cum expositione SSiîii Sacramenti et cum cantu Psalmi 50 *Miserere mei Deus;* benedictio cum SSmo. — Vespere, expositio SSmi Sacramenti per tres horas ante occasum solis, tertia pars Rosarii, *Tantum ergo* etc., et benedictio cum SSmo.

3°. In omnibus aliis feriis per annum, exceptis quatuor ultimis diebus maioris hebdomadae: — Vespere, expositio SSmi Sacramenti hora opportuna, preces expiationis, tertia pars Rosarii, litaniae lauretanae, *Tantum ergo* etc., benedictio cum SSmo.

4°. Tribus diebus ante feriam IV cinerum : — Mane, Missa cum expositione SSmi. — Vespere, omnia ut in feriis quintis per annum. Expositio autem SSmi fìat hora congruenti iuxta iudicium Superioris.

5°. In prima feria sexta cuiusque mensis: — Mane, Missa cum expositione SSmi Sacramenti et recitatio Coronulae SSmi Cordis Iesu.

6°. In singulis sextis feriis Quadragesimae : pium exercitium Viae Crucis.

7°. In festo Corporis Christi, mane canitur Missa ; — vespere, ut in aliis feriis quintis per annum.

8°. In Dominica infra octavam Corporis Christi, fit Processio.

9°. Epiphania Domini habetur ut festum speciale pro Adoratione Reparatrice. — Mane, canitur Missa. — Vespere, ut in aliis festis per annum de praecepto.

10°. In festo S. Ioachim titularis Ecclesiae. — Mane canitur Missa. — Vespere, ut in aliis festis per annum diebus.

11°. In festis solemnioribus, quae propria sunt Congregationis SSmi Redemptoris, omnia disponantur de iudicio et ad praescriptum Superioris ipsius Congregationis.

12°. Si aliquando, datis per annum diebus, ob rerum peculiarium adiuncta, aliquid immutandum videbitur circa Adorationis Reparatricis actus supra enumeratus, Director generalis singulis vicibus providebit, de consensu tamen Superioris sui.

IX. Ordo dierum, diversis nationibus assignatorum pro Adoratione Reparatrice, in posterum statuitur ut infra :

Dies Dominica. Pro Italia, Gallia, Hispania, Portugallia, Belgio.

Feria secunda. Pro omnibus aliis regionibus Europae continentalis et insularis.

Feria tertia. Pro Asia.

Feria quarta. Pro Africa.

Feria quinta. Pro America septentrionali et centrali.

Feria sexta. Pro America meridionali.

Sabbato. Pro Oceania.

X. Qui pio Sodalitio nomen dant, ex quacumque gente, per

dimidiam circiter horam orationi vacant coram SSmo semel in hebdomada, in die suae cuiusque nationi assignata, ut in numero praecedenti; vel alio hebdomadae die, si legitime impediti fuerint. Adscripti, in Urbe degentes, dimidiam horam, ut supra, in oratione insumunt in Ecclesia, in qua SSmum expositum est in forma Quadraginta Horarum; qui extra Romam degunt, in qualibet Ecclesia in qua SSihum Sacramentum asservatur.

XI. SSmus Dnus Noster Leo PP. XIII rata esse voluit quae iam decrevit, per litteras in forma Brevis datas die 6 Martii anni 1883, sacrarum Indulgentiarum munera iis omnibus qui ordini Sodalium ab Adoratione Reparatrice dederint nomen. Praeterea nonnullas alias, motu proprio, largitus est sub die 6 mensis Septembris anni 1898.

XII. Praedictarum omnium Indulgentiarum summarium hoc est:

I°. Omnibus et singulis pio Sodalitio adscriptis extra Urbem degentibus, qui, iuxta ipsius Sodalitii instituta, in sua quisque regione, quamlibet Ecclesiam devote visitaverint, in qua Sacramentum Augustum asservatur, et coram Ipso per mediam circiter horam oraverint, dummodo reliqua pietatis iniuncta opera praestiterint, consequuntur quotidie omnes et singulas Indulgentias, peccatorum remissiones et poenitentiarum relaxationes, quas consequerentur si adessent Orationi Quadraginta Horarum iisdem diebus in Ecclesiis Urbis (Breve 6 Martii 1883), idest : *Indulgentiam plenariam,* si vere poenitentes, confessi ac sacra communione refecti per dimidiam circiter horam, ut supra, coram SSmo Sacramento oraverint; — *Indulgentiam decem annorum et totidem quadragenarum,* quotiescumque vere poenitentes, cum firmo proposito confitendi, aliquam Ecclesiam visitaverint et per aliquod tempus coram SSmo Sacramento pias preces effuderint (Breve ut supra).

2°. Adscriptis pio Sodalitio in Urbe existentibus, qui vere poenitentes, confessi atque Sacra Communione refecti, qualibet hebdomada, die per praesentia Statuta ipsis designato, vel etiam alio die, quatenus legitime impediti fuerint, per dimidiam circiter horam SSmum Sacramentum adoraverint in Urbis Ecclesiis, in quibus fit Quadraginta Horarum oratio, praeter Indulgentias Quadraginta Horarum, conceditur:

Indulgentia plenaria semel in singulis per annum mensibus, uno die cuiusque eorum arbitrio sibi eligendo (Breve 6 Martii 1883).

Iisdem adscriptis pio Sodalitio Romae existentibus, qui singulis hebdomadis, statuta die, vel alia, quatenus impediti ut supra, dimidiam circiter horam adorationis peregerint in Ecclesia S. Ioachimi in Urbe coram SSmo exposito, SSmus Dnus Noster Leo Papa XIII, motu proprio, sub die 6 mensis Septembris anni 1898, concessit omnes et singulas Indulgentias, quae consequerentur, si id praestarent in Ecclesiis Urbis, in quibus fit oratio Quadraginta Horarum.

3°. Praeterea, sub eadem die 6 Septembris 1898, Sanctitas Sua concessit *Indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum* omnibus Christifidelibus quotiescumque devote adstiterint in eadem Ecclesia S. Ioachimi cuilibet ex piis actibus in num. VIII praesentium Statutorum expressis. Concessit denique idem SSmus Dnus Noster Leo Papa XIII in perpetuum *Indulgentiam Plenariam* omnibus Christifidelibus in die festo S. Ioachimi, dummodo poenitentes, confessi et sacra Communione refectf, visitent ecclesiam S. Ioachimi in Urbe, ibique orent pro Ecclesiae catholicae exaltatione et ad mentem Summi Pontificis (6 Septembris 1898).

Omnes et singulae supramemoratae Indulgentiae sunt defunctis applicabiles.

SSihus Dnus Noster Leo PP. XIII, qui in suo Motu Proprio sub die 20 Iulii huius decurrentis anni iam edixerat se opportune perlaturum leges, ad quarum normam regeretur pium Sodalitium sub titulo ab Adoratione Reparatrice Gentium Catholicarum, in Ecclesia S. Ioachimi de Urbe canonice erectum, in Audientia habita die 6 Septembris 1898 ab infrascripto Card. Praefecto S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, audita relatione de Statutis pro memorato pio Sodalitio, ex iussu eiusdem Sanctitatis Suae elaboratis, mandavit, ut per Rescriptum praefatae S. Congregationis memorata Statuta approbarentur, una cum eisdem adnexo Summario omnium Indulgentiarum, quibus idem pium Sodalitium ab eadem Sanctitate Sua huc usque ditatum fuit. Quapropter eadem S. Congregatio, mandato SSmi obtemperans, per praesens Rescriptum Statuta dicti Sodalitii, uti prostant in superiore schemate, approbat et servanda praecipit ab universis eidem Sodalitio adscriptis et in posterum adscribendis: item et praedictum Summarium, nunc primum ex documentis excerptum, uti authenticum recognoscit

simulque typis mandari permittit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 19 Septembris 1898.

FR. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

f ANTONIUS ARCHIEP. ANTINOEN., *Secretarius.*

IOSEPHUS M\ Can. COSELLI, *Substitutus.*

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

DUBIUM quoad presbyteralem ordinationem in qua Episcopus dum recitaret formae orationem, non tenuit manum elevatam super ordinandos.

Beatissimo Padre,

Nei primi mesi del mio vescovile ministero tenni la prima ordinazione di quattro Sacerdoti della mia Dioecesi. Durante il sacro rito, dopo di aver fatta la prima imposizione delle mani col presbiterio sugli ordinandi al Sacerdozio, continuai la preghiera *Oremus, fratres carissimi,* senza ulteriormente protendere la mano destra, come è prescritto, e ciò per inavvertenza. Tornato a casa ed avvertito del fatto, tosto esposi la cosa al mio confessore, dotto religioso, ed insieme consultammo l'opera di Teologia morale del Padre Agostino Lehmkul S. I. Vol. II. *de Sacramento Ordinis.* In essa trovammo completato il caso a me occorso ed esposto nel Decreto seguente del Santo Officio:

« Ex Decreto S. Officii die 16 Septembris 1877 ita Patres iudicarunt: Dubium a te propositum de valore ordinationum collatarum quibusdam Sacerdotibus ab Episcopo istius Dioecesis, manibus haud amplius super eorum caput extensis dum orationem pronuntiat *Oremus....,* prout in Rituali Romano praescribitur, ad examen revocatum est ab Emis Patribus una mecum Inquisitoribus Generalibus, qui quoad ordinationes iam praedicto modo peractas decreverunt *Acquieseendum esse* ».

Dopo questa consulta il dotto confessore mi disse ripetute volte' ed a lunghi intervalli di tempo : Stia quieto, l'ordinazione vale. Così io passai tranquillo più anni.

Senonchè avendo, questi giorni, letto la decisione *in Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EE. et RR. DD. Cardmalibus die 6 Iulii 1898',* la quale non concorda con quella da me suesposta, cioè del giorno 16 settembre 1877, prostrato ai piedi di V. S., domando umilmente la dichiarazione se debba, in base a questo deciso posteriore, ripetere *sub conditione* l'ordinazione, oppure stare alla prima decisione *Acquieseendum est.* Che ecc.

Il Vescovo N. N.

Feria IV, die 30 Novembris 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt :

Si post taetum physicum capitis Ordinandorum Episcopus manum extensam habuerit super Ordinandos, saltem immediate ante recitationem Oremus *etc ordinationem esse certo validam, ut in Decreto S. Officii fer. IV, 12 septembris 1877* (1) *Si autem nequidem immediate ante recitationem* Oremus *etc. illa manus extensio facta fuerit, ordinationem esse iterandam secreto et sub conditione, quocumque die, facto verbo cum SSmo ut etiam suppleat ad cautelam de thesauro Ecclesiae pro Missis usque adhuc celebratis.*

Feria vero VI, die 2 Decem, eiusdem anni, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem EEmorum Patrum approbavit, et gratias concessit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

(1) En dictum decretum diei 12 Sept. 1877. « Episcopus N. N. in ultima et penultima ordinatione Presbyterorum, postquam secundum mandatum Pontificalis, singulis ordinandis ambas suas manus imposuit, nihil dicens, deinde in medio stans manum dexteram suam rile extensam tenuit, donec Sacerdotes caeteri singulis ordinandis suas manus imposuissent. Tunc autem, et hoc oratoris dubium causât, incipiente orationem *Oremus.... ipsius consequantur auxilio,* ipsum orator vidit manum retrahere ei non amplius tenere extensam super ordinandos uti iubetur in Pontificali, sed extensam coram peclus, sicuti fit in aliis orationibus».

DUBIUM de presbyterali ordinatione in qua Episcopus recitans orationis formam non tenuit semper manum elevatam super promovendos ad Sacros ordines.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N. in ordinatione Presbyterorum omisit extensionem manus dexterae super caput Ordinandorum cum inceperit orationem *Oremus fratres carissimi etc.* uti in Pontificali habetur.

Ab assistente subdiacono commonefactus manum postea extendit. Nescit tamen Episcopus orator utrum orationem supradictam de novo inceperit, an iam inceptam tantum absolverit.

Probabile ipsi videtur quod orationem denuo inceperit, quia valde anxium se profitetur orator; attamen assistentes Diaconus et Subdiaconus hac de re certum testimonium praestare non possunt.

Quaeritur :

I. Utrum valida habenda sit ordinatio. Et quatenus negative;

II. Quomodo procedendum sit ut defectus ille subsanetur.

Et Deus etc.

Feria IV, die 30 Novembris 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEmis et RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

Acquiescat.

Feria vero VI, die 2 Decembris eiusdem anni, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem EEmorum Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM quoad intentionem tempore s. ordinationis revocatam sorupulorum causa.

Beatissime Pater,

Titius sacerdos huius Dioecesis N. de validitate suae ordinationis anno 1875 factae mihi sequens exposuit dubium:

« Inter Ordinationis caeremonias revocavi intentionem Ordinis sacramentum recipiendi ; tamen ante verba in fine caeremoniarum : *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata etc.* intentionem ordinem suscipiendi renova vi ea sub conditione quod si prior ordinationis pars est valida, etiam hanc velim ultimam partem valide excipere ».

« Nunc temporis iam non certo mihi conscius sum quo momento hanc intentionis suspensionem perfecerim ; num hoc fecerim post manuum unctionem, vel post calicis et patenae porrectionem cum certitudine enunciare nequeo. Longum enim ab ordinatione distat tempus (anno 1875) et mentis pertubatio ex scrupulis orta erat magna. Credo tamen intentionis suspensionem iam post manuum coniunctionem evenire.

« Ratio, ob quam intentionem suspendi est quod secundum iudicium illius momenti non sufficienti modo caeremoniis participaverim. Mens mea hac de re perturbata est, et incidit mihi cogitatio, me reliquam ordinationis partem valide suscipere non posse. Sustuli intentionem, ne, uti putabam, perpetrarem sacrilegum.

« Quam adesse credidi participationis insufficientiam, in quantum memoria teneo, in eo erat, quod vel ad unctionem manuum verbum *Amen,* quod ordinandus respondere debet, tempore suo non pronuntiaverim, vel in eo quod ad calicis et patenae porrectionem calicem tangere non potuerim ; vel quod uterque evenerit defectus ».

Titius haec sua dubia iam praedecessori meo Antistiti N. N. duplici vice exposuit, et utraque vice ut acquiesceret responsum accepit.

Propria auctoritate, cum Titius novis crucietur dubiis, de re tanti momenti iudicium peremptorium pronuntiare non adeo et ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus pro Titio agendi rationem humillime expostulo. Et Deus.

Episcopus N. N.

Feria IV, die 30 Novembris 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEiîiis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Cum agatur de mero scrupulo, acquiescat.

Subsequenti vero feria VI, die 2 Decembris eiusdem anni in solita audientia R. P. D. Assessori impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem KEmorum Patrum adprobavit.

I. CAN. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM quoad baptismum administrat um per modum unctionis super frontem.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N., ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus supplex exponit casum sequentem, et postulat quid theorice putandum, et quid agendum in praxi.

Post mortem recentem sacerdotis N. parochi loci N. in hac dioecesi, certis testimoniis detectum fuit illum a pluribus annis baptismum pueris contulisse non per ablutionem, sed per modum unctionis in fronte cum pollice in aqua baptismali madefacto.

Impossibile dictu quot pueri et a quonam tempore sic fuerint baptizati: multi iam adulti: multi ad alias regiones profecti: multi iam mortui.

Quid putandum de validitate huius baptismatis et quid agendum in praxi cum sic baptizatis ?

Feria IV, die 14 Decembris 1898.

In Congregatione Generali coram EEiîiis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt :

Curandum ut iterum baptizentur privatim, sub conditione, adhibita sola materia cum forma absque caeremoniis et ad mentem. — « La mente è che si richiami in modo speciale 1'attezione del Vescovo sopra i battezzati nel modo esposto, i quali fossero stati poi promossi agli Ordini sacri ».

Sequenti vero Feria VI, die 16 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM utrum affinitas ex copula illicita promanans, tempore infidelitatis habita, matrimonium impediat post baptismum.

Beatissimo Padre,

Il Prefetto Apostolico N. N., prostrato ai piedi della S. V., espone che Andrea M., un tempo gentile, e poi convertito e battezzato, vuole sposare N. N. catecumena e prossima al battesimo.

Questa N. N. però era la seconda moglie (e però illegittima) del padre di Andrea, ora morto, il quale nella infedeltà aveva cinque mogli e la prima è legittima ancora vivente. Dippiù la stessa N. N., dopo la morte del padre di Andrea fu moglie illegittima del fratello del detto padre di Andrea ; ed inoltre era stata moglie illegittima dell'avo di Andrea.

Il Prefetto Apostolico perciò chiede umilmente la dispensa perchè Andrea M. possa sposare la N. N., e la chiede pure abituale per altri casi simili.

Feria IV, die 14 Decembris 1898.

In Congregatione Generali habita coram EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, proposito suprascripto supplici libello, rite perpensis omnibus rerum adiunctis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Si ambo sponsi, in infidelitate affines, post susceptum baptisma matrimonio coniungi petant, supplicandum SSmo pro dispensatione.

Quoad vero facultatem habitualem dispensandi in similibus casibus. Vicarius Apostolicus utatur facultatibus, si quas habet, dispensandi super impedimentis dirimentibus.

Sequenti vero Feria VI, die 16 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita, SSihus D. N. resolutionem EE. et RR. Patrum adprobavit, et petitam gratiam concessit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

EX S. CONGREGATIONE INDICIS

Feria V, die **15** Decembris **1898.**

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONE PAPA XIII Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana Republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 15 Decembris 1898, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur Opera:

Katholische Dogmatik, in sechs Büchern, von Herman Schell, Doktor der Theologie und Philosophie, Professor der Apologetik an der Universität Würzburg. Paderborn, Ferdinand Schöningh, 1889-1893.

Die göttliche Wahrheit des Christentums, in vier Büchern, von Dr. Herman Schell, Professor der Apologetik an der Universität Würzburg. Paderborn, Ferdinand Schöningh, 1895-1896.

Der Katholicismus als Princip des Fortschritts, von Dr. Herman Schell, Professor der Apologetik und derzeitigem Rektor der Universität Würzburg. Würzburg, Andreas Göbel, 1897.

Die neue Zeit und der alte Glaube. Eine culturgeschichtliche Studie von Dr. Herman Schell, Professor der Apologetik an der Universität Würzburg. Würzburg, Andreas Göbel, 1898.

Duggan Jacobus, Auctor Operis, cui titulus « Steps towards Reunion», *prohib. Decr. 1 Sept. 1898, laudabiliter se subiecit et opus reprobami.*

Zürcher Georgius, Auctor Operis, cui titulus « Monks and their decline» *prohib. Decr. 1 Sept. 1898, laudabiliter se subiecit et opus reprobava.*

LITTERAE SS. D. N. Leonis XIII ad Moderatricem universasque Sorores a Charitate, occasione celebrationis natalis centesimi a fundatione Instituti earumdem.

Dilectae Filiae, salutem et Apostolicam benedictionem. Ex epistola ad Nos data, obsequii ac devotionis plena, perspeximus quo alacri pioque studio Institutum vestrum centesimum natalem suum celebrare intendat. Officium sane debitum Deoque gratum ! Ea enim fuit Dei in vos benevolentia perpetuumque numen, ut, non modo numero praeter cogitationem sitis auctae, sed, quod pluris interest, operam vestram religioni civilique consociationi optime probaveritis. Nos igitur, qui probe novimus quam uberi utilitate tum pueris puellisque excolendis, tum miseris omne genus iuvandis intendatis animum, laetitiam vestram gratulatione Nostra Nostraque laude augere volumus. Auspicem vero munerum divinorum paternaeque Nostrae benevolentiae testem habetote, Dilectae Filiae, Apostolicam benedictionem, quam vobis universis amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VIII Aprilis anno MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

SYPONTINA

PRAECEDENTIAE

Die IO Septembris 1898.

Sess. 25 cap. 13. De Reg. et Mon.

COMPENDIUM FACTI. In oppido a ***S. Ioanne Rotundo*** nuncupato, Archidioecesis Sypontinae, plures constitutae sunt sodalitates ; et has inter frequentes usque fuerunt de praecedentia concertationes. Archiepiscopus arbitratus est, radicitus sopitas iri huiusmodi quaestiones si in lucem aspectumque publicum adducerentur decreta ***Regii assensus*** seu ***Exequátur*** quod vocant, quibus singulae sodalitates appro-

batae regia auctoritate fuerant. Unde antiquior haberetur et hinc praecedentiae iure pollens existeret, una sodalitas prae altera, iuxta prioritatem institutionis. Hoc criterio anno 1893 Archiepiscopus edixit, Confraternitati a Sanctissimo Sacramento praecedentiam competere super aliam a Septem B. M. V. Doloribus dictam.

Progressu temporis, adversus Confraternitatem a Sanctissimo Sacramento, instavit Confraternitas a *Puritate* nuncupata, vindicans sibi praecedentiam ob prioritatem obtenti *Regii assensus,* et Ordinarius quum ex documentis hoc constiterit, praecedentiam adiudicavit Sodalitati instanti ; at aegerrimo animo sententiam tulit sodalitas a SSmo Sacramento. Quare haec non obtemperans decretis Episcopi subire debuit etiam *Interdicti sententiam* quam Archiepiscopus ediderat in contumaces; ast eadem ad S. C. C. appellationem instituit.

Disceptatio Synoptica

IURA SODALITATIS A SSMO. SACRAMENTO. Advocatus, qui Sodalitatis SSmi Corporis Christi patrocinium suscepit, in primis memorat in huiusmodi quaestionibus Constitutionem Gregorii XIII *Exposcit* 15 Iul. 1583, prae oculis habendam esse. Ex qua omnes inferunt auctores, primarium praecedentiae titulum in iuris *quasi* possessione poni, subsidiarium in originis antiquitate ; ita ut inter decertantes sodalitates, ea praecedat, quae praecedere consuevit ; secus vero, si de hoc non constet, praecedat antiquior.

Haec sufficerent, iuxta advocatum ad archiepiscopale decretum abolendum : praeterea illud se facile demonstraturum advocatus confidit, tum ex praecedentiae quasi possessione, tum ex originis antiquitate, Sodalitati SSmi Corporis Christi praecedentiam deberi.

Praecedentiae quasi possessionem, testimonio Archipresbyteri, advocatus in primis ostendit. Et siquidem adversaria sodalitas quatuor testes affert, qui apud Syndicum retulerunt, quaestionem inter duas sodalitates iam olim de

praecedentia exarsisse: advocatus horum testium attestationem, attestationem Parochi destruere non posse contendit; tum quia hi testes adversariae sodalitati sint adscripti eorumque res quodammodo agatur: tum quia Parochus, ut testis qualificatus, longe graviorem sibi vindicat auctoritatem. Eoque magis quod alii adsunt testes, numero plurimi probitate insignes, aetate venerandi, qui idem, quod Parochus asseverat, luculentissime confirmarunt.

Quin etiam utriusque partis testimonium recepit, quibusnam esset accedendum, haud obscure significavit. Nam productos a sodalitate SSmi Corporis Christi *honestos et* •*fide dignos appellavit, « sulla deposizione dei Signori.....* *persone probe e degne di fede certifico* ». Quod de testibus adversariae sodalitatis asseverare non potuit « *sulla disposizione dei signori____certifico ».*

Deinde, de *originis antiquitate* disserere, advocatus supervacaneum dicit. Attamen, de hac quoque * sermonem instituit ; et probat, sodalitatem SSmi Corporis Christi longe antea, quam Sodalitas Paritatis, fundatam fuisse.

Inter documenta illud in primis recolit, nempe ineunte anno 1729, bonorum, quibus sodalitas pollebat, inventarium renovatum fuisse ; quia aliqua redituum confusio ob sodalitatis antiquitatem supervenerat : quod quidem supervenisse nemo credet, si ab undecim tantum annis sodalitas existebat.

Mox addit, in superioribus saeculis, saepissime SSmi Corporis Christi sodalitatem in Archiepiscopalibus decretis memorari : nec raro, utpote divitem et florentissimam, haud levibus in Ecclesiae utilitatem oneribus gravatam fuisse. Huic sane Archiepiscopus Ursinus S. R. E. Cardinalis (qui postea nomine Benedicti XIII ad Romanum Pontificatum provectus est), quum nova in oppido Ecclesia anno 1678 aedificari deberet, ut pecuniam de suo aere contribueret imperavit :

« Quam summam prout determinabitur, hinc percipi mandamus videlicet: Confraternitatum SSmi Sacramenti S. Mariae Montis Carmeli et S. Ioannis Baptistae pecu-

des et vaccas per fideles donatas, in hunc, qui hodie existit numerum multiplicatus, cum in damnum potius quam in utilitatem cedere nobis compertum sit vendi mandavimus... Illico autem post publicationem dicti decreti, modo quo supra factam, fuerunt ibidem vocati Mauritius Florentinus Prior suppressi Montis Pietatis, nec non Hieronimus Castellanus Prior Confraternitatis SSmi Corporis Christi... quibus iudicialiter fuit notificatum supradictum decretum ».

Hanc Confraternitatem idem Archiepiscopus pro erectione Seminarii, eodem fere tempore taxavit (1678) eiusque regiminis studiosus, quae regulas in illa gubernanda servare oporteret, accurate praefìniit (1676). Hanc ipsam Sodalitatem ante annos quinquaginta Archiepiscopus in visitationis relatione recensuit « *Pie 13 Novembris 1630 in terra S. Ioannis Rotundi Illmus ac Rmus D'Horatius Annibalis De Molaria Archiepiscopus Sypontinus Sancta Visitatione in civitate Gargano inchoata, iuxta praescriptum S. Conc. Trid. prosequi volens in hac terra* S. *Ioannis Rotundi*___ *visitavit cappellam ad, altare SSmi Sacramenti, in qua adest Confraternitas ipsius SSmi Sacramenti.*

Id ipsum, advocatus advertit, eruitur ex bonorum inventario, quod anno 1729, ad confusionem redituum evitandam, sodales, ut dictum est, renovarunt. Hi enim quamplura instrumenta passim memorantur, quibus sodalitas vetustissimis temporibus fidelium munificentia donata est. Et re vera Andreas Di Berardo die 17 Nov. anni 1655 fundum quemdam, olivis con situm, sodalitati legavit (act. Notarii Tortorelli) alium emit anno 1647 ab Horatio Carbone (act. not. Tortorelli die 28 Ian.) alium vero anno 1609 a Carolo Antonio Dragana pro soluto accepit (act. not. Dello Bianco die 17 Feb.). Magnifica oppidi Universitas, se Municipium favore eiusdem sodalitatis, duos census, super sua bona constituit, quorum alterum anno 1599 (act. not. Tortorelli die 6 Oct.): alterum anno 1588 (act. not. Hercolini die 29 Maii) alios vero ducatus 34, ex transactione anno 1662 inita (act. not. Dello Bianco die 28 Iul.) solvere coepit

quotannis. Quam probationem conficit historicus Sarnelli, iuxta advocatum ; nam cum anno 1678 sodalitates in oppido existentes enuclearet, de sodalitate SSmi Sacramenti, quae dudum existebat, mentionem utique fecit : non autem de Puritatis sodalitate, quae nondum fuerat instituta.

Exinde ad refellendas obiectiones, advocatus gradum facit : quarum primam in Archiepiscopi affirmatione constituit, qui testatus est hodiernam sodalitatem aliam esse ab antiqua: hanc enim anno circiter 1730 defecisse; aliam vero aliquot post annos in eius locum fuisse suffectam, quae anno 1776 regio assensu donata est. Quam affirmationem, ut nudam affirmationem nullo pacto probatam, perfacile explodi posse arbitratur. Etenim Puritatis sodalitas, ut ostenderet adversariam sodalitatem praecedentiam amisisse, non modo antiquam defecisse demonstrare deberet ; sed etiam ob culpam sodalium. ita plene defecisse, ut nullum extinctae sodalitatis in intervallo vestigium exstaret. Si enim vel sine culpa sodalium sodalitas tempus aliquod defecit: vel saltem non ita plene, ut nulla sodalitatis vestigia in intervallo invenirentur : communis est auctorum sententia restitutam sodalitatem, antiquae, iure quasi postliminii, privilegia recuperare. Audiatur S. Rota Romana quae in *Andrien. Praeeminentiarum super bono iure coram Aldrovando* (17. Feb. 1710) hanc sententiam dilucide confirmavit : *« Quoad praedictam revivificationem distinctum fuit, quod ei derelictio Confraternitatis provenisset ex culpa confratrum, tum per reviviscentiam eiusdem confraternitatis sive materialis sive formalis pristina iura et praerogativae et privilegia non reviviscunt. Sed si ex causa involuntaria alicuius infortuna sive pestis cessasset confraternitas, in hisce e converso terminis eadem confraternitas seu collegium veluti iure postliminii reversum recuperaret omnia iura honorifica et praerogativas quibus antea fruebatur iuxta doctrinam* Bartoli in 1. fin. n. 24, D. de Coli. etc.

Ad exceptionem penitus convellendam advocatus demonstrare nititur quod sodalitas ab anno 1730, quo dicitur ex-

cidisse, usque ad annum 1750, quo Episcopi sententia reviguit, immo usque ad annum 1776, quo a rege approbata est, feliciter, ut antea existebat. Id evincit bonorum inventarium, de quo supra mentio facta est. Primo enim quum huiusmodi inventarium anno 1729 renovatum sit; nemo credet illam ipsam post annum improviso intermortuam fuisse; nullam vero de cessatione mentionem in inventario sodales iniecisse, in quo fideliter acquisitiones et venditiones a sodalitate postmodum factae usque ad annum 1808 referuntur. Secundo autem in eodem inventario quamplura instrumenta occurrunt, quae hoc praecise intervallo (1730-1770) rogata fuerunt.

Et postremo tum ex eodem inventario ad nostra tempora in Archivio sodalitatis assidue asservato, tum ex facto existentiae, quod nemo poterit infitiari, deducit advocatus, eadem bona hodiernam sodalitatem usque ad leges eversivas, possedisse, quae ab antiqua possidebantur. Quod quidem factum non fuisset si alia esset ab antiqua; nam restituta sodalitas in antiquae bona nullum ius habere poterat, quae certe aliis usibus Episcopus post cessationem destinässet.

Quae omnia, adscriptorum libro advocatus confirmat qui anno 1784 renovatus, ad antiquum, qui anno 1500 inceperat, assidue se refert: et denique advocatus Francisci Nardellii, historici paulo ante memorati, refert auctoritatem, qui testatur hodiernam sodalitatem eam esse quae antiquitus existebat.

Quod si forte Archiepiscopus urgeret hodiernam sodalitatem in Ecclesia parochiali, ubi antiquitus fuerat instituta, haud amplius residere, sed suas in Ecclesia S. Catharinae nunc functiones obire, advocatus hanc Ecclesiae mutationem nullo pacto infitiatur: sed ex eo, quod vellet Archiepiscopus, deduci posse negat, hodiernam scilicet sodalitatem non eam esse quae antiquitus existebat. Primo enim si in alia Ecclesia,, suas obeat sodalitas functiones, antiquam in Parochiali Ecclesia sedem procul dubio retinuit. Ibi enim so-

dalium sacci et cetera, quae ad illum pertinent, assumuntur : ad eam in solemnioribus diebus sodales concurrunt, et ab ea discedunt, cum processiones ordinantur ceu Parochus fidem facit. Ceteras autem in Ecclesia S. Catharinae *Parochiali subiecta* ideo obit functiones, quia id, ut fama tradit, Capitulo placuit, ne forte sodalitatis functiones, capitulares functiones exturbarent.

De ceteris, quae occurrunt, obiectis, paucis se expedit advocatus. Frustra enim, eius sententia, ab Archiepiscopo obiicitur, sodalitati SSmi Sacramenti, ob prioritatem *regii assensus* super sodalitatem Septem Dolorum praecedentiam a se fuisse concessam, quin ullam reclamationem illa interponeret. Nam sodalitas SSmi Sacramenti, quae se sciebat antiquiorem, a sententia, sibi secunda, appellare non poterat, quamvis animadverteret, id quod sibi debebatur, haud ob veram, sed ob erroneam rationem fuisse concessum.

Sed praeterea invocatur textus cuiusdam transactionis, ***in*** *actis productas* initae a. 1787 inter sodalitates hodie contendentes, quare *alternis annis* ius praecedentiae sibi sodalitates constituerant, salva praecedentia Confraternitatis a SSmo Sacramento in processionibus in honorem Divinissimi Sacramenti ductis.

Respondet vero advocatus, quum parochi testimonium, seniorum testimonio comprobatum, sodalitatem SSmi Corporis Christi, assidue, ad nostra tempora praecessisse luculenter declaret: tenendum est vel huiusmodi conventionem numquam extitisse, vel si exstitit in charta mansisse, nec fuisse ad executionem adductam. Quo in casu concordia praecedentiae quasi possessioni praevalere non potest, quae per decem saltem annos continuata praecedentiam assignat (Pignatellius t. VI, cons. 67, n. 6, Ferraris loc. cit. n. 87).

Si corruit Episcopi sententia, interdictum post sententiam pronunciatum, necessario iuxta advocatum ^corruere debet. Eoque magis, quod inspectum in se, iniquum et iniustum appareat. Iniustum, nam Sodalitas SSmi Corporis

Christi ad Romanum Pontificem appellaverat: ideoque, appellatione pendente, ad ulteriora procedere Archiepiscopo nefas- erat. Iniquum nam aequitas non sinit ut sodalitas inquietetur, quae processionibus haud interesse mavult, quam loco sibi debito cedere.

Sed aliqua de meo munere advertam *in meritum* quaestionis. Cum primis quaestio suboritur an contendentes confraternitates sint *Ecclesiasticae* vel potius *laicales.* Iamvero Episcopus in suis litteris has sodalitates, semper *laicales* appellat, et innuit iampridem quaestionem fuisse agitatam an *ecclesiasticae* vel *laicales* essent istae confraternitates. Si vero *laicales* dicendae sint, seu subiectae saeculari auctoritati quoad suam erectionem et constitutionem tunc *Regias assensus* facile invocari potest ut fons cuiuscumque iuris quoad has sodalitates. In hoc propositum habetur magistralis decisio S. Rot. Rom. *in Urban. Archipresbyteratus 27 Maii 1697* coram Ansaldo, quam refert Monacelli ***m Appena,*** *ad Tom.* ***II,*** *sub* **n.** *35.* Cum ageretur de praesentatione ad beneficium Archipresbyteratus et ius praesentandi pertineret Confraternitati quaerebatur, an ei semestre concedi deberet, utpote *patrono laico;* vel potius *semestre* quippe patrono ecclesiastico. Hinc, cum in themate, non prostarent tabulae fundationis, referuntur coniecturae et argumenta tum quae locorum piorum ecclesiasticam qualitatem, tum quae viceversa laicam naturam suadent atque demonstrant < Indicia quae perpenduntur plura sunt. Nempe, confraternitas attenta antiquitate et visitatione Ordinarii in dubio praesumitur erecta auctoritate Episcopi. Confraternitas praesumitur ecclesiastica quoties habet ecclesiam cum altare; et maxime quando Episcopus absque contradictione illam libere visitavit. Confraternitas laicorum si in alienatione bonorum adhibuit beneplacitum Episcopi vel apostolicum, dicitur *ecclesiastica.*

Controversiam in qua quaerebatur de qualitate *laicali* vel *ecclesiastica* confraternitatis, quoad eius obligationem postulandi vel minus beneplacitum Apostolicum in bonis

alienandis, refert Pignatelli *tom. IV, consult. 21 et n. 1.* et ait : « Communis et vera distinctio est, quod in alienationibus huiusmodi bonorum sint adhibendae solemnitates requisitae in alienationibus bonorum ecclesiasticorum, quando constat confraternitatem vel hospitale etc. esse auctoritate Episcopi constitutum ac erectum vel id evidenter colligatur ex certis signis, ex aspectu eiusmodi hospitalis apparentibus, nempe quod sit in forma Ecclesiae, habeat campanile cum campana, altare permanens, nomen alicuius sancti, sepulturas, ibique divina oiflcia celebrentur etc.». Notant vero tum Pignatelli, tum Decisio Rotalis, haec indicia non posse assumi *seorsim,* sed *cumulative* concurrere debere ad demonstrandam qualitatem pii loci. Praeterea advertit Pignatelli *I. c. n. 5.* S. Visitationem Episcopi per se, non conficere signum omnino certum, quippe Episcopi *tamquam Sedis Apostolicae* delegati visitare possunt loca *pia laicalia,* vi Concil. Trid. *Sess. 22 de ref. cap. 8.*

Verum et Decisio Rotalis et Pignatelli conveniunt in hanc sententiam, scilicet *in dubio huiusmodi pia loca praesumi laicalia :* ait Pignatelli *n. 4:* « *In dubio autem. Confraternitas, Hospitale* etc. *non praesumitur erectum auctoritate episcopi* etc. » et Decisio Rotalis *n. 13: «Nihilominus motivo antiquitatis et ignorantiae* erectionis contraponebant DD. *regulam magis receptam* quod *in dubio praesumptio* stet pro *laicitate ».*

Sed forsan videtur remotum a conditione -nostrorum temporum, haec admittere principia per quae faciliter plures confraternitates *qualitate laicali* uterentur. Et revera habenda est prae oculis immutatio facta progressu temporis in natura horum piorum locorum. Antiquitus Hospitalia, Montes Pietatis et alia id genus, erigi solebant ab associationibus fidelium, seu a *confraternitatibus* quae amico foedere, pro felici illorum temporum conditione, coniungebant opera pietatis humanae naturalis, cum operibus religiosis. Huiusmodi est facti species de qua disserit *cit.* Decis. Rotalis et huc etiam spectat cit. Consultatio Pignatelli. Sed

auctis confraternitatibus ad scopum mere religiosum et supernaturalem, plures irrepserant abusus quippe laici homines statuta confingebant et saecularis auctoritas sodalitates et statuta approbabat, ad quae praepedienda incommoda Clemens VIII suam edidit Const. *Quarumcumque, diei 6 Decembris 1604.*

Quamobrem Amostazo, *De causis piis, Lib. IV, cap. 12 n. 6,* postquam adverterit, iure communi antiquo confraternitates posse erigi absque ullo beneplacito auctoritatis ecclesiasticae, advertit : « Contrarium vero hodie tenendum ex Const. Clem. VIII... decernentis, minime has Confraternitates esse instituendas absque Ordinarii licentia, prius statutis diligenter examinatis prout declaravit S. C. Concilii 7 Octobris 1617 ». Quocirca factum est ut Confraternitates ad opera pure religiosa erigentur auctoritate ecclesiastica.

Sed exinde, uti bene notat Amostazo *loc. cit. n. IO.* praeposterum esset inferre, post Constitutionem Clem. VIII. non posse haberi nisi Confraternitates *ecclesiasticas* et prohibitas esse *laicales.* Nam examen constitutionum earumque approbatio per se efficit ut huiusmodi pia opera sint *licita,* sed eorum naturam non pervertit ; quamobrem si *laicalia* constituta sint, talia perseverant.

Quae animadversio aeque quadrat iu *Regium Consensum* seu *Regium Placet* quod vocant. Hoc enim ius seu praebendi *Regium Placet,* sibi vindicarunt Principes saeculares ne institutiones Ecclesiasticae cederent in discrimen Reipublicae Civilis. Timor huiusmodi sane est Ecclesiae infensus, nihilominus Ecclesia ad vitandas cum civili principatu simultates, passa est ut huiusmodi *Regium Placet* exerceatur etiam in opera, in institutiones mere ecclesiasticas; unde cum approbatione ecclesiastica coniungeretur etiam saecularis ad sortiendos omnes effectus ecclesiasticos et civiles. Sed prouti, suapte natura, approbatio subaudit rem approbandam, ita beneplacitum sive ecclesiasticum sive saeculare rerum non constituit naturam, sed approbat et firmat.

Quocirca, quamvis in themate adversae confraternitates fruantur consensu tum ecclesiastico tum regio tamen praeterea inquirendum est an *ecclesiasticae* sint aut *laicales,* sensu iuris.

Quum vero desiderentur tabulae fundationis, in themate, *dubia* videtur natura harum sodalitatum, an nempe *ecclesiasticae* habendae sint aut *laicales.* Neque videtur posse adduci principium a S. Rota et a Pignatelli invocatum ; nimirum in dubio *laicales* praesumendas esse, siquidem *subiecta materia,* aliud suadet et demonstrat. Etenim cum primis indicia numero plura habentur quae significant qualitatem confraternitatis ecclesiasticae, scilicet si non Ecclesiam propriam, certe proprium habent altare; altera a nomine Divinissimi Sacramenti, altera a Virgine Perdolentissima nuncupantur et scopo inserviunt dumtaxat cultus divini. Haec munera autem quae spectant penitus ad disciplinam ecclesiasticam, exerceri debent sub regimine Ecclesiasticae potestatis; proindeque Sodalitas quae cum hisce muneribus nullimode coniungat aliquod pium opus *naturale* et *humanum* subesse non debet quoad suam constitutionem laicae potestati. Re quidem vera Amostazo */. c. n. 20.* sibi proposita quaestione an confraternitates pertineant, rem iudicialem quod attinet, ad forum *ecclesiasticum* vel ad forum *laicale* adhibet hoc criterium, nempe ait, perpendendum esse scopum, cui se devovet sodalitas. Si hic est pure ecclesiasticus, sodalitas non potest iudicari a potestate laicali, si mere laicalis sit, sodalitas pertinet ad forum laicale; si vero sit *mixtus,* seu *partim* religiosus et partim naturalis et humanus, tunc est *materia mixta* et *datur locus praeventioni,* prouti usque fit in materiis mixtis. Quare licet inferre tunc sodalitates posse erigi indiscriminatim vel ab auctoritate laicali vel ab ecclesiastica, quando scopus est *mixtus* ex utroque elemento.

Sed alia examinanda est quaestio ; videlicet an hodie sodales a SSmo Sacramento dicti adhuc subiaceant interdicto, quamvis appellaverit a sententia Ordinarii. Si enim inter-

dictum, in themate, latum sit *ad modum censurae* per appellationem a suo effectu non prohibetur ; siquidem censura, uti iubet *cap. 53 de appell., secum trahit executionem* seu non admittit appellationem in *suspensivo* sed tantum *in devolutivo,* uti loquuntur pragmatici. Quare hodie huiusmodi interdictum, si videatur absolutione dignum, deberet sive ab Ordinario sive a S. C. C. relaxari.

Sed in casu interdictum quippe generale seu extensum indiscriminatim ad omnes confratres etiam *non contumaces* et quia partim est *locale* seu efficiens Ecclesiam in quo Sodalitas viget, videtur non esse censura sed poena. Docet D'Annibale (I, 372): « *Venio ad interdicta quae magis poenae seu potius privationis cuiusdam vim habent: huiusmodi sunt interdictum personale generale;* et *interdictum locale seu generale seu speciale* ». Iamvero interdictum qua est *poena* non proprium habet *ut secum traitât executionem* non admittens appellationem nisi in suspensivo.

Praeterea dato etiam, interdictum in casu ad instar censurae se habere, nihilominus quum haec censura in sententia fuerit non *lata,* sed tantum *comminata* per appellationem suspenditur. Revera Vicarius Foraneus decretum tulit interdicti, nomine Episcopi, *die 26 Iunii 1895.* Ad rem Reiffenstuel *{de appell, n. 214)* postquam adverterit effectum suspensivum appellationis fallere *in censuris ecclesiasticis absolute inflictis;* ait « *Nam secus est dicendum si censura nondum fuerit lata, sed solum comminata atque in posterum ferenda: aut si fuisset lata sub conditione... Ratio disparitatis inter hunc et priorem casum est: quia ibi excommunicatio seu alia censura utpote lata absolute, iam arctat excommunicatum ante interpositam appellationem; secus in altero casu ubi lata fuit conditionate atque ante eius eventum extitit appellatum ».*

Haec de iure communi, sed de iure peculiari iampridem inducto in provinciis Regni Neapolitani advertendum est in animadversionibus a contendentibus Confraternitatibus in alia causa Neapolitana, hac eadem mane, apud S. C. C.

iterum agitata, saepius invocatas fuisse Regias praescriptiones *dierum 19 et 30 Iunii a. 1769* quibus edictum fuit *omnes Congregationes laicales expetere debere Regium Assensum et Sanationem defectus erectionis.*

Dein plura recoluntur decreta edita regia auctoritate, Ecclesiastica auctoritate non obsistente, quibus statuitur, praecedentiam inter confraternitates, ratione antiquitatis, mensurandam es»e a prioritate Regii assensus.

Quamobrem vis huiusmodi legum repetenda videtur a natura harum Confraternitatum, quae *cum coalescant ex hominibus laicis,* laicales habitae sunt nimirum obnoxiae quoad erectionem earumque disciplinam, laicali auctoritati.

Hisce animadversis supposita fuerunt diluenda

Dubia

I. *An sententia Curiae Archiepiscopalis Sypontinae sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

II. *Et an et quomodo, quatenus executionem habuerit, interdictum sit relaxandum in casu.*

RESOLUTIO S. C. C. re disceptata sub die **10** Decembris **1898** censuit respondere. Ad I. *attentis omnibus, sententiam esse infirmandum...*

Ad II. *provisum in 1.*

GIENNEN.

BINANDI

Die 17 Decembris 1898.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Nobilis vir, marchio e *Lacuna* in bonis habet quoddam vastissimum agrum, unde sumit agnomen, quo in latifundio nonnulli pagi continentur; atque hi dumtaxat ex ruricularum casis constant, valde inter se distantes. Pagi habent Cappellas, sed Sacerdotes non habent

eisdem addictos ; quamobrem agricolis admodum difficile est ad parochiales ecclesias accedere, aeque admodum a pagis dissitas. Parochialibus ecclesiis autem inserviunt, pro necessitate, unus aut alter Sacerdos; quare advocari non potest quidam Sacerdos qui Sacrum faciat in pagorum Cappellis. Exinde Nobilis et Pius Vir consilium coepit rogandi a Beatissimo Patre, quo sospite fruimur, ut dignetur veniam concedere iterandi Missas et hoc impertiatur indultum quoad tres Cappellas.

Primo quod ad Cappellani pagi vulgo *Tarafe* qui ab oppido *Albanchez* distat decem metrorum millia *(kilomet.)* quique *incolas* numerat ad *quadraginta* et nonnullos *advenas,* praesertim aestivo et autumnali tempore, suas operas locantes. In oppido, Parochiali ecclesiae addicti sunt Parochus et Coadiutor qui diebus festis Missam celebrare debent in sua ecclesia. Nisi Coadiutori venia detur Sacrum iterandi in Cappella dicti pagi, huius incolae et advenae sacrifìcio Missae destituuntur in diebus festis.

Secundo, quod ad Cappellani pagi vulgo *Torrubia* ab Urbe *Linares* distantis duodecim metrorum millia. Sacerdotes qui Sacris operantur in dicta Urbe, ex suis muneribus prohibentur quominus fons Sacrum faciant. Exinde *quinquaginta incolae* oppidi *Torrubia* et nonnulli *advenae* satisfacere non valent praecepto audiendi Missam. At Sacerdos qui in Urbe *Linares* addictus est, qua Cappellanus, carceribus, si facultas ei fiat iterandi Missam, ultro se conferet ad pagum *Torrubia* festivis diebus Sacrum facturus.

Tertio quod ad Cappellani pagi nuncupati *Vega S. Maria* qui *incolas* recenset *octo et triginta* et nonnullos *advenas* atque ab urbe *Baeza* distat sex metrorum millia. Inibi etiam incolae et advenae in misera versantur conditione ut in diebus festis Sacris interesse non possint, nisi venia concedatur sacerdoti Iuliano Castilla Casado, addicto cuidam ecclesiae Urbis Baefia, Missam secunda vice celebrandi in pago *Vega S. Maria.*

Disceptatio Synoptica

GRATIA DENEGANDA VIDETUR. Praemonitum fuit in precibus sedulo referri distantia pagorum ab ecclesiis parochialibus, sed non satis explicari quantum inter se distent diversi pagi, quum dumtaxat esse non parum inter se dissitos renuncietur. Neque haec notitia supervacanea dicenda est, tum quia si distantia pagorum ingens non sit, incolae unius possent accedere ad Sacrum audiendum in Cappella alterius pagi ; tum quia solemne usque fuit S. C. C. indultum non concedere iterationis Missae nisi urgeret *necessitas,* non tantum *commodum* uti rescriptum fuit a S. C. C. in una De Tulancingo die **10** Maii **1884.** Casus autem huiusmodi necessitatis ex celebri Const. Benedicti XIV *Declarasti Nobis* ad Episcopum Oscensem nec non ex praxi S. C. C. desumuntur et enumerantur apud Lucidi *tom. III, § 18, nn. 11 sq.;* et habentur quando parochus duabus parochiis vel duobus populis praesit vel populus universus uno eodemque tempore Missae nequeat adsistere ac ceteroquin minime praesto sit alius sacerdos. Praeter hos autem nullus casus admittendus videretur, cum Benedictus XIV *loc. cit.* plures rationes aliasque causas a Theologis moralibus nimis indulgenter perpensas, excludendas esse autumaverit. Neque aliter infertur *ex folio* Salamantinae relato ab eodem Lucidi in quo de iis causis disseritur ; ac idem docetur erudite ab Emo Zelada in voto quod edidit in Derthusen. **20** Augusti **1769** ubi afferuntur etiam S. C. C. responsiones ex libris Decretorum excerptae quibus, praeter casum supradictae necessitatis, constanter reponitur, Sacrificio iterando locum non esse.

GRATIA INDULGENDI VIDETUR. EX adverso si exempla revocemus classicae antiquitatis, palam est, olim ob copiam populi et sacerdotum defectum, plures Missas ab eodem presbytero eadem die celebrari consuevisse et hunc morem, sequentibus saeculis, intactum mansisse, Ecclesia permitten-

te, quamvis Sacerdotum numerus auctus fuisset Gard. Bona *Rerum tit. lib. cap. 18, § 5 seq.* Bened. XIV *De Syn. dioec, lib. 5, c. 8, n. 8.* Verum, tractu temporis, cum ad turpem quaestum nonnulli saepius in die Sacra litarent, Romani Pontifices, Leo IV primum, tum Innocentius III in *cap. Constituisti* et Honorius III in *cap. Te referente De celeb: missarum* ad abusus compescendos iterationem Missae, severa lege, prohibuerunt. Exinde forsan erui fas est, huiusmodi legem benigniore interpretatione intelligendam esse, cum omnis exulet avaritiae suspicio, urgeat necessitas et abusuum periculum removeatur. Benedictus XIV vero in cit. Const. casus significavit *taxativos* quibus Episcopis incumbit onus indulgendi indultum binationis ; sed S. C. C. in casibus etiam aequipollentis necessitatis, pro ea qua pollet auctoritate et prudentia, huiusmodi indulta impertire solet. Eo vel magis hac tempestate qua pluribus in locis actus publici religionis valde imrninuti sunt et religionis studium passim negligitur aut contemnitur, quare S. C. C. aliquantulum hac in re iuris rigorem emolliendum esse censuit, ut patet ex Pacen, die 16 Decembris 1896; Lingonen. et Turonen. 24 Augusti 1878; Mexicana 20 Decembris 1879; Vallisoletana 7 Aprilis 1873; Orationopolitana *eiusdem diei et anni;* Salernitana 4 Maii 1889 etc. Et S. Cong. De Prop. Fide a. 1832 Episcopo Nicopolitano significabat *Sedem Apostolicam* dictam facultatem concedere in bonum spirituale fidelium, desiderio ut omnes praeceptum ecclesiasticum adimplere possint. « Huic intentioni conformis est Instructio data a Cong. De Prop. Fide 24 Maii 1870, quae ad nn. 13, 14 ait, S. Sedem, pro recognoscenda necessitate in facti adiunctis, se remittere prudentiae et conscientiae Ordinarii. In themate Ordinarius refert : « *Illud in primis asserere mihi licet quod, nonnisi per binationem sacri, prout in ipsis precibus, satisfacere praecepto possint fideles in dictispraediis degentes* ». Hoc indultum autem concedi solet ad *tempus* veluti ad *triennium,* ad *quinquennium* quousque necessitas perseveret; ita in Castellanaten. die 5 Martii 1892

rescriptum fuit « Pro gratia, *arbitrio,* et *conscientiae* Episcopi ad triennium, *facto Yerbo coram SSmo* ».

Quibus praemissis quaesitum fuit quid precibus esset respondendum.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata, sub die 17 Decembris **1898** censuit respondere: *Pro gratia iuxta petita, prudenti arbitrio et conscientiae Episcopi; ita tamen ut sacrum iteretur diebus festis de praecepto tantum, vetita eleemosynae perceptione pro secunda Missa; dummodo sacerdos liber inveniri non possit, gui ad celebrandum in singulis oratoriis accedat; imposita singulis celebrantibus Evangelium aut Christianam doctrinam explanandi respectivi loci fidelibus, ad quinquennium, facto verbo cum SSmo.*

EX S. CONGREG. EPISC. ET REG.

ORDINIS PRAEDICATORUM. Religiosae loci Marienthal in Hollandia sub regula Tertii Ordinis obtinent persequi regulam Secundi Ordinis, et ut Monasterium subiiciatur clausurae papali.

In loco vulgo *Marienthal* prope *Venloo,* in Hollandia, annuente Episcopo Ruremondensi, erectum est anno 1882 monasterium sub regula Tertii Ordinis inclyti Patris Dominici. Verum Sorores in eodem degentes, maioris perfectionis studio inflammatae, enixis precibus Antistitem Ruremondensem adprecatae sunt ut Regulam Secundi Ordinis eiusdem S. Patris sibi liceret persequi; quarum laudabili voto obsequens Episcopus, ex Tertio in Secundum Ordinem Monasterium de *Marienthal* commutavit anno 1888, et exinde moniales vitae institutum ad tramitem Regulae Secundi Ordinis tenuere. Iamvero cum in Bulla Bonifacii IX fel. record, incipiente: *Sacrae Religionis,* Sorores Secundi Ordinis uti mulieres Religiosae solemnibus votis adstrictae habeantur, earumque monasteria papali clausurae obnoxia, moniales memorati monasterii de *Marienthal,* ut plene sua vota explerentur, SS. D. Leonem PP. XIII rogaverunt ut suum monasterium uti monasterium clausurae papalis, et mo-

nialium professionem tamquam solemnem dignaretur agnoscere. Quocirca Sanctitas Sua, cui nihil magis cordi est, quam ea media quae ad perfectiorem spiritualem vitam viam sternunt virginibus Deo sacratis praesto esse, auditis Ordinarii Ruremondensis et Procuratoris Generalis Ordinis Praedicatorum commendationibus, sanans in radice quidquid super hac re irreguläre esse potuerit, praesertim quoad novitiatus et professiones usque adhuc emissas, praedictum monasterium clausurae papali obnoxium, et vota quae in eo sanctimoniales emittunt solemnia esse declarat, tribuens eidem omnia iura et privilegia quibus huiusmodi monasteria fruuntur et gaudent, facta potestate Ordinario Ruremondensi, quoad clausuram, relaxandi eam in casibus, in quibus necessitas id omnino postulaverit. Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Episcoporum et Regularium, die 7 Februarii 1899.

S. CARD. VANNUTELLI *Praef.*

L. * S.

A. TROMBETTA *Secretarius.*

EX S.CONGR.S.R.U.INQUISITIONIS

DUBIUM; Sacerdos dubitat an tetigerit patenam, dum in propria Ordinatione Episcopus formam proferebat, quamvis meminerit eamdem antea tetigisse.

Beatissime Pater,

N. N. sacerdos meminit se rite, iuxta indicationem caeremoniarum magistri, digitos accommodasse ad contactum instrumentorum in sua Ordinatione ad Presbyteratum; sed in actu, quo manus ab ipsis instrumentis retraxit, dubitavit, aut saltem non recordatus est an dum forma ab Episcopo prolata, fuit immediate tetigerat patenam nec ne. Quod dubium initio sprevit, fretus consilio alicuius viri prudentis; sed postea valde anxius ob hanc rem de valore suae Ordinationis, ad tranquillitatem animi nunc humillime petit a S. V. quomodo se gerere debeat.

Feria IV, *die 14 Decembris 1898.*

In Congregatione generali coram Emis ac Revmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus generalibus

habita, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem Emi ac Revmi Patres respondendum mandarunt:

Acquiesçât.

Sequenti vero Feria VI, die 26 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita, SSriius D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI, 5. *R. et U. Inquis. Not.*

DUBIUM; dubitatur de validitate Ordinationis in qua Episcopus secundam peregit manuum impositionem postquam sacramentalia verba protulerit.

Beatissimo Padre,

Il Sacerdote N. N., prostrato ai piedi della S. V., umilmente espone che quando fu ordinato sacerdote,'il Vescovo non tenne la mano elevata sugli ordinandi mentre diceva le parole: *Oremus fratres eharissimi etc.;* ma avvertitone la elevò e la tenne elevata alquanto tempo: però ciò fece quando era già finita la detta orazione, e non si sa se nel tempo che tenne elevata la mano ripetè sotto voce le parole sacramentali.

Chiede perciò umilmente che cosa debba fare per tranquillare la sua coscienza.

Feria IV, die 14 Decembris 1898.

In Congregatione generali habita coram Emis ac Rmis DD. Cardinalibus, in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem Emi ac Revmi Patres respondendum mandarunt :

Acquiescat.

Sequenti vero Feria VI, die 16 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita,. SS. D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI, *S. R. et U. Inquis. Not.*

DUBIUM; dubitatur an liceat accersere ministrum haereticum apud catholicum institutum, quando in eodem adest acatholicus moribundus.

Beatissimo Padre,

La Superiora generale delle Piccole Suore de' Poveri, prostrata ai piedi della S. V., umilmente chiede come debbano regolarsi le Suore quando si trovi fra i vecchi ricoverati nelle loro case qualche acattolico che in fine di vita, non ostante i loro sforzi perchè muoia convertito alla vera Religione, pur voglia senz'altro il ministro eretico. Possono esse chiamare siffatto ministro?

Feria IV, die 14 Decembris 1898.

In Congregatione generali ab Emis ac Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Detur Decretum in Colonien, fer. IV. 14 Martii 1848 una cum Declaratione ad Vicarium Apost. Aegypti fer. IV. Ô Februarii 1872.

Porro Decretum in Colonien, ita se habet:

« Beatissime Pater,

«D. Evens, presbyter dioecesis Coloniensis in Borussia, S. V. humiliter exponit quod in civitate Neutz, eiusdem dioecesis, existat hospitium, cuius ipse Rector et Capellanus est, ac in quo infirmorum curam gerunt Moniales, dictae Sorores Nigrae. Cum autem in hoc hospitio subinde recipiantur acatholicae religionis sectatores, ac iidem ministrum haereticum, a quo religionis auxilia et solatia recipiant, identidem petant, quaeritur utrum praefatis Monialibus falsae religionis ministrum advocare licitum sit? Quaeritur insuper utrum eadem danda sit solutio, ubi haereticus infirmus in domo privata cuiusdam catholici degit; utrum scilicet tunc catholicus ministrum haereticum advocare licite possit.

« Resp.: Iuxta exposita, non licere; et ad mentem. — Mens est quod passive se habeant ».

Sequitur Declaratio ad Vicarium Apost. Aegypti:

« Nella fer. IV, 31 Gennaio 1872, fu proposta a questi Emi Inquisitori Generali la dimanda di Monsig. Vicario e Delegato

Apostolico dell'Egitto... diretta ad avere istruzioni sul come diportarsi negli ospedali misti, serviti da Monache cattoliche, quando qualche scismatico o protestante infermo ivi degente richiede l'assistenza del suo ministro.

« Il S. Consesso, dopo aver preso l'argomento con i suoi aggiunti in matura considerazione, trovò conveniente di emettere il seguente Decreto : *B. P. D. Vicarius Apostolicus se conformet Decreto fer. IV, IS Martii 1848, et opportune eidem explicetur sensus verborum eiusdem Decreti* PASSIVE SE HABEAT. Infatti Egli nella sua lettera manifestava il suo imbarazzo nello interpretare quelle espressioni, ossia nel tradurle in pratica. Sul qual proposito i prelodati Eminentissimi intendono sia fatta apposita avvertenza a quel Prelato, nel senso che alle Monache o ad altri individui cattolici addetti alla direzione o al servizio dell'Ospedale, non sarebbe lecito prestarsi direttamente alle richieste degli acattolici infermi in quanto al chiamare un loro ministro, il che è bene che alla evenienza lo dichiarino; ma in pari tempo soggiungono che per la chiamata possono servirsi di qualche soggetto appartenente alla rispettiva loro setta. In questa guisa rimane salva la massima in quanto alla vietata comunicazione *in divinis* ».

Sequenti vero feria VI, die 26 Decembris eiusdem mensis et anni, in solita audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. et RR. Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI, *S. B. et U. Inquisii. Not.*

DUBIUM quoad ieiunium praecedens sacram Ordinationem et Ecclesiarum consecrationem.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N. ad pedes S. V. provolutus, humillime petit benignissimam declarationem quomodo sit intelligendum *ieiunium* ante Ecclesiae consecrationem et ante Ordinationes.

In casu vero quod ieiunium hocce in Pontificali Romano praescriptum comprehendat tum abstinentiam a carnibus, tum etiam unicam in die saturationem, humillime petit Episcopus, orator, qui pluries per annum Ecclesias consecrat et Ordinationes facit, pro se, pro Ecclesiae adscriptis et pro Ordinandis

mitigationem dicti praecepti, quatenus Sanctitas Vestra indulgere dignetur dispensationem a carnibus quoad prandium, tum ante Ecclesiae consecrationem, tum ante Ordinationes, ita ut maneat, excepta sic dicta *suppa,* abstinentia a carnibus in coena et ieiunium pro more regionum nostrarum servandum.

Causae sunt: 1.° Dispensationes pro diebus quadragesimalibus a S. V. similiter concessae. 2.° Asperitas aëris in circumstantia victus nostrarum regionum. 3.° Infirmitas moralis multorum laicorum Ecclesiis nostris adscriptorum etc.

Feria IV, die 14 Decembris 1898.

In Congregatione generali coram Emis et Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. RR. Patres respondendum mandarunt:

Quoad Ordinationes, sufficit servare ieiunia Quatuor Temporum; nam pro Ordinationibus extra Tempora non adest ieiunii obligatio.

Quoad Consecrationes Ecclesiarum servetur Decretum S. R. C. in Mechlinien, *diei 29 Iulii 1780 (n. 2519, edit. noviss.) ad I, quod ita se habet:* « Ieiunium in Pontificali Romano praescriptum esse strictae obligationis pro Episcopo consecrante et pro iis tantum qui petunt sibi Ecclesiam consecrari; idemque ieiunium indicendum esse die praecedenti Consecrationi ad formam Pontificalis Romani ».

Quoad vero petitam dispensationem pro ieiunio in Consecratione Ecclesiae, supplicandum SSmo iuxta paeces.

Sequenti vero feria VI, die 16 Decembris eiusdem anni, in solita audientia a SSmo D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit, et petitam gratiam concessit, contrariis non obstantibus quibuscumque.

I. Can. MANCINI, *S. R. et U. Inquis. J\ot.*

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

DUBIUM; dubitatur an sese componere debeant cum Ecclesia emptores bonorum piorum mere laicalium.

Beatissimo Padre,

Giusta anche la ven. Decisione emessa dalla S. Penitenzieria Apostolica il 9 Marzo 1894 le facoltà concesse agli Ordinarii *circa compositionem* non si possono estendere a beni appartenenti a cause o luoghi pii amministrati dalle Congregazioni di Carità, quando esse cause o luoghi pii non hanno alcun carattere *ecclesiastico,* ma sono cause puramente laicali, giacché non si riscontrano in tali beni gli elementi indicati dalle espressioni del Rescritto *circa, compositiones,* cioè: *bona aut iura Ecclesiae erepta, sine eiusdem Ecclesiae nenia.*

Ora, verificandosi talvolta il caso in cui mi viene chiesta o licenza o sanatoria per acquisto di tali beni amministrati dalle Congregazioni di Carità, supplico Vostra Beatitudine che si degni di autorizzarmi a concedere siffatte licenze e sanatorie, applicando in tali casi le medesime condizioni ed usando dei medesimi criteri, coi quali si usa la facoltà *circa compositiones* dei beni *ecclesiastici,*

Che della grazia ecc.

Il Vescovo N. N.

Sacra Poenitentiaria, mature consideratis expositis, ad praemissa respondet: Sensus Rescripti diei 9 Martii 1894 est, emptores bonorum ad causas pias mere laicales pertinentium, generatim loquendo non indigere compositione, nisi, ratione onerum super iisdem bonis impositorum, aliquod ius Ecclesiae competat: quo casu Ordinarius utatur facultatibus huius S. Poenitentiariae *circa compositiones.*

Datum Romae, in S. Poenitentiaria, die 14 Decembris 1898.

B. POMPILI S. P. *Corrector.*

R. CELLI S. P. *Sub.*

EX S. C. SUPER DISCIPLINA REGULARI

LITTERAE Eminentissimi Praefecti quoad religiosos qui degere cupiunt extra claustra.

N. N. Episcopo N.

Illme ac Revme Domine uti Frater,

Difficili Regularium hodiernae conditioni occurrere satagens, S. Congregatio super Disciplina Regulari, pro illis Religiosis, qui gratia vocationis destituti, vel de alia rationabili causa muniti, extra claustra degere voluerunt, et tractu temporis vellent, auditis Superioribus generalibus Ordinis, maturo consilio, statuit atque decrevit: « ut ipsis facultas tribueretur manendi « extra claustra habitu regulari dimisso, ad annum: quo tem- « pore S. Patrimonium sibi constituerent; Episcopum benevolum « receptorem invenirent; atque deinde, pro saecularizatione per- « petua, iterum recurrerent, et interim Sacra facientes, verbum « Domini praedicantes, fidelibus populis pia conversatione prodesse valerent ».

Quibus autem dispositionibus iurisdictio Episcopalis nulli subest detrimento: namque Ordinarius invitus non cogitur illos in suum Clerum cooptare, neque Beneficiis ecclesiasticis proponere: sed perdurante gratia concessionis, eiusdemque a Sede Apostolica consecuta prorogatione, ad sacra obeunda ministeria, pro lubitu in sua dioecesi habitare potest, si velit. Neque ullam huic agendi rationi dubitationem infert Decretum *Auctis admodum* 1892, quia hoc per regulam generalem afficit Instituta recentia votorum simplicium; ac tantum per exceptionem respicit Ordines proprie dictos, in quibus vota solemnia Religiosi nuncupant. Quae tamen exceptio, si fieri contigerit,, in singulari decreto adamussim notatur, ita ut speciale Rescriptum eiusque conditiones legem pro individuo constituunt: et solummodo ab eo Ordinarius sui agendi rationem quaerere debeat.

Iam vero litteris, quas die 4 Iulii currentis anni Amplitudo Tua ad hanc S. Congregationem mittere existimavit, relate ad PP.... Ordinis Sanctissimae Trinitatis, et pro quibus, ut ait: « quin « onera Episcopi benevoli receptoris in se suscipiat, aliquod le- « vamen ipsis offerre desiderat; ideoque licentiam exposcit, ut « Ordinem exercere valeant ad suum beneplacitum etc. ».

Hic S. Ordo respondit: « Religiosos huiusmodi esse saecu-« larizatos ad annum et interim etc. (ut supra), pertinere ad « Ordines votorum solemnium; proinde nisi sint aliqua speciali « censura irretiti » nulla ipsi indigent nova facultate, ut Sacris ministeriis, Episcopo auctorante, in respectiva dioecesi possint vacare.

Et haec dicta sint, ut ius et regula agendi in re Tibi proponatur, cui a Deo Optimo Maximo cuncta felicia adprecamur.

Amplitudinis Tuae uti Frater Addictissimus

S. CARD. VANNUTELLI *Praef.*

DECRETUM, quo indulgetur Magistro Ordinis Praedicatorum dispensare certum numerum Conversorum ut intra clausuram recipiantur, quando incoeperint annum decimum octavum.

Beatissime Pater,

Fr. Hyacinthus Maria Cormier, Procurator Generalis Ordinis Praedicatorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, exponit quod decretum fel. record. Clementis X, 16 maii 1675, prohibentis Conversos habitu donari, imo intra clausuram admitti, antequam vigesimum aetatis suae annum compleverint, non levibus hodie obnoxium esse inconvenientibus. Nam iuvenes qui, afflante divina gratia, sacra claustra ingredi expetebant ad salutem aeternam tutius consequendam, has sanctas dispositiones, crescentibus annis, saeculi fallaciis decepti, saepe nimis amittunt, et, quando vigesimum annum attingunt, iam passionum illecebris falsaeque amore libertatis inveniuntur illaqueati. Quod si adhuc de sectanda religiosa perfectione familiae pulsant, audientes se debere sex menses postulatus peragere, posteaque per tres annos in qualitate Tertiariorum Religioni inservire, ut deinde ad novitiatum admittantur, post annum novitiatus vota simplicia et demum post tres alios annos vota solemnia tandem emissuri, tot inducias formidantes haud raro recedunt. Inde necessitas servos saeculares in Conventibus adhibendi cum dispendio non levi tam paupertatis quam vitae regularis. His perpensis et approbante Reverendissimo Ordinis Magistro P. Fr. Andrea Frühwirth, dictus Procurator suppliciter a Sanctitate Vestra petit, ut Ordinis Magister pro tempore certum numerum

Postulantium Conversorum a Sanctitate Vestra determinandum, possit, quando annum decimum et octavum incoeperunt, intra clausuram recipere ut ibi seriem probationum prudenter in Ordine stabilitarum percurrant, suoque tempore ad professionem admittantur.

Sacra Congregatio super Disciplina Regulari, attentis expositis, benigne annuit pro petita facultate, sed per quindecim tantum Postulantes. Conversi saltem decimum octavum annum expleverint; et si aliquando ad formalem probationem fuerint admittendi, non prius admittantur nisi expleta aetate a Constitutionibus Apostolicis et Ordinis praefinita et in loco pro Novitiatu designato: servatis ceteris conditionibus, quae in decreto diei 10 iunii 1880 reperiuntur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romae, diei 23 augusti 1898.

S. CARD. VANNUTELLI, *Praef.*

Loco •£ Sigilli.

A. TROMBETTA, *Secret.*

EX 8. CONGREGATIONE RITUUM

AUGUSTAE TAURINORUM. Consecratio Christifidelium Cordi Deiparae Virginis facienda Dominica postrema mensis Maii

Quo religio et pietas erga Beatissimam Virginem Mariam pacis nostrae apud Deum sequestram et coelestium thesaurorum administrum, aeque ac spes in materni eius Cordis amore et bonitate magis magisque foveatur atque succrescat, complures Sacrorum Antistites, in Italia, praeeuntibus Emis Cardinalibus, Archiepiscopo Mediolanensi et Episcopo Anconitano, una cum Revmo Archiepiscopo Taurinensi, nuperrime Augustae Taurinorum in unum collecti, non tam privata devotione quam publica fidelium utilitate permoti, a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII humillime efflagitarunt, ut in iis Ecclesiis et Oratoriis in quibus pium exercitium mensis marialis, approbante loci Ordinario, peragitur, solemnis quoque fiat Christifidelium consecratio eidem Purissimo Cordi Deiparae Virginis,

Dominica postrema mensis Maii per unicam formulam ab ipso Sanctissimo Domino Nostro proponendam, et cum Festo in honorem eiusdem tituli hac ipsa die recolendo sub ritu duplici primae vel secundae classis.

Sanctitas porro Sua hisce precibus clementer deferens, praevio Sacrorum Rituum Congregationis consulto, ita votis annuere dignata est, ut religiosus actus consecrationis totius populi vel Dioecesis in honorem Purissimi Cordis Mariae quotannis peragi queat die trigesima prima mensis Maii, si haec incidat in Dominicam, vel proximiore eidem diei Dominica, adhibita formula huic Decreto adnexa et ab ipsa Sanctitate Sua approbata et commendata. Indulsit etiam, ut eadem Dominica in supradictis Ecclesiis et Oratoriis Dioecesium tum Reviîiorum Antistitum Oratorum, tum aliorum Ordinariorum singillatim petentium, unica Missa solemnis seu cantata, et altera lecta pro fidelibus ad sacram Synaxim accedere cupientibus, celebrari valeat de ipso Purissimo Corde B. M. V. ut in festo; dummodo non occurrat Duplex primae classis, vel Dominica item primae classis: neque omittatur Missa Conventualis vel Parochialis Officio diei respondens, ubi eiusdem celebrandae adsit onus: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 12 Decembris 1898.

C. CARD. MAZZELLA, 5. *R. C. Praef.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI, *Secretarius.*

Atto di consacrazione di una Diocesi al Cuore Purissimo di Maria Vergine

Vergine amorosissima e Madre nostra Maria, volgete lo sguardo sul popolo di questa Diocesi, umile porzione della vostra grande famiglia, che qui a Voi dinanzi si prostra, e fa di sè stesso al vostro Cuore materno una irrevocabile consacrazione. A questo ci muove non pure il nostro filiale affetto per Voi, ma il bisogno altresì, che tutti in questi torbidi tempi sentiamo, d'una più particolare vostra assistenza.

Vedete, o Maria, come si cerca di spegnere nei cuori nostri la fede col ghiaccio della indifferenza e della incredulità: deh! Voi che siete la Sede della sapienza, preservateci tutti dalla falsa scienza del secolo e teneteci immobili nella fede san-

tissima del Figlio vostro. Mirate le insidie che da ogni parte si tendono al buon costume, contaminando ogni cosa di immonda sensuale licenza: deh! Voi, o Immacolata, purificate la terra da tante sozzure, o serbatene almeno illese tutte le nostre famiglie. Osservate come si tenta sconvolgere la società tutta intera e gettarla nei vortici della ribellione ad ogni legge ed autorità; Voi dunque, o augusta Regina, mantenete saldo tra le classi del vostro popolo quell'ordine che fu da Dio stabilito, e non permettete che i consigli degli empi abbiano a prevalere. Finalmente abbiate pietà della Chiesa, o Aiuto de' cristiani, pietà del venerando suo Capo, e affrettate il momento, che alzando la testa dalla lunga oppressione, respirar possano un'aura di pace e di libertà.

Accettate dunque, o buona Madre, la consacrazione che questo popolo oggi fa di se stesso al vostro Cuore materno, e come frutto del vostro gradimento fate che tutti sentano la vostra protezione in vita ed in morte. E così sia.

Sancta Maria, succurre miseris, iuva pusillanimes, refove flébiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum iuvamen quicumque Cordi tuo purissimo se dicaverunt.

f. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix:

R). Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Corde beatae Mariae* Virginis dignum Spiritus Sancti habitaculum praeparasti: concede propitius, ut eiusdem purissimi Cordis festivitatem devota mente recolentes, secundum Cor tuum vivere valeamus. Per Dominum.... in unitate eiusdem.

CAMILLUS CARD. MAZZELLA, *Ep. Praenestinus,*
S. R. C. Praefectus.

L. * S.

DIOMEDES PANICI, 5. *R. C. Secret.*

UTINEN. Dubia quoad aquam baptismalem.

Rmus Dominus Aegyptianus Canonicus Prugnetti Provicarius Generalis Archidioeceseos Utinensis a Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutionem humillime postulavit, nimirum:

I. Utrum aqua baptismalis, Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes, benedicenda sit in ecclesiis tantum parochialibus, vel etiam in filialibus quae sacrum fontem legitime habent?

II. Et quatenus affirmative ad secundam partem, utrum sufficiat aquam benedicere, usque ad Ss. Oleorum infusionem exclusive in parochiali ecclesia, et inde aqua ad alias ecclesias delata, in singulis ecclesiis Ss. Oleorum infusionem peragere, vel debeat integra in singulis ecclesiis fieri benedictio?

III. Utrum deficiente clero in ecclesiis filialibus, vel eodem impedito mane Sabbati Sancti ob functiones parochiales, et vespere ob domorum benedictionem, liceat renovationem fontis ad alium diem differre?

IV. Utrum Parochus in cuius paroecia plures sunt ecclesiae cum fonte baptismali, quique ius habet conficiendi in singulis renovationem sacri fontis, quam per se nequit perficere, debeat alium Sacerdotem delegare ad eam Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes peragendam?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae omnibusque expensis, rescribendum censuit:

Ad I. et II. *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam, iuxta Rubricas et Decreta.

Ad III. *Negative,* et in casu adhibeatur *Memoriale Rituum pro Ecclesiis minoribus* iussu Benedicti XIII editum.

Ad IV. *Affirmative.*

Atque ita rescripsit, die 13 Ianuarii 1899.

C. CARD. MAZZELLA *S. R. C. Praefectus.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI S. *R. C. Secret.*

ALATRINA quoad nonnullas consuetudines servandas.

R. D. Raphael Rossi, hodiernus Magister Caeremoniarum Revmi Episcopi Alatrini, et de eius consensu, a Sacrorum Rituum Congregatione sequentium Dubiorum solutionem humillime postulavit, nimirum:

I. In Cathedrali Basilica Alatrina quum Episcopus Pontificalia sit peracturos, Canonici in eiusdem associatione ab aede epi-

scopali ad Ecclesiam, quamdam processionem instituunt, nempe praeit Crux cum candelabris, Seminarium, Beneficiarii, Canonici, et postremo loco Episcopus; quaeritur: An ista consuetudo servari possit.

II. Item cum Episcopus paramenta sacra pro Pontificalibus assumit, Subdiaconus numquam Emum induit caligis et sandaliis, sed hoc officium committit cubiculario; quaeritur: An haec consuetudo sustineatur?

III. In eadem Missa Pontificali Diaconus et Subdiaconus altari inservientes debentne altare ipsum osculali, cum pace recipiunt?

IV. Tribus diebus Rogationum praefati Canonici ab antiquo Missam de feria in Cathedrali praecinunt, deinde processionem peragunt ad benedicendam crucem in portis civitatis; qua benedictione expleta, singulis diebus Ecclesiam parochialem ingrediuntur, ubi Parochus Missam privatam de feria celebrans processionem expectat, priusquam consecrationem efficiat. Consecratione peracta, processio statim revertitur ad Ecclesiam Cathedralem: quaeritur: An haec consuetudo sit iuxta rubricas, et servari possit?

V. An in solemni expositione SSmi Sacramenti in forma XL Horarum, ante benedictionem cum eodem Venerabili recitari possint Litaniae B. M. V. loco Litaniarum Sanctorum?

VI. An in Conservatoriis puellarum Missae a Cappellano celebratae inservire possit extra cancellos vel longius ab altari aliqua ex puellis vel monialibus, quum non facile sit alium inservientem invenire?

VII. An diebus quibus prohibetur Missa de Requie possit celebrari Missa de festo current' pro anima alicuius. defuncti, sed dato prius lugubri signo pro eadem Missa cum aere campano?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibus diligenter expensis, rescribendum censuit:

Ad I. Servetur Caeremoniale Episcoporum, lib. I. cap. 15.

Ad II. Affirmative, dummodo Subdiaconus, qui caligas et sandalia defert, assistat.

Ad III. Negative iuxta Caeremoniale Episcoporum, lib. I. cap. XXIV.

Ad IV. Negative ad utramque quaestionem.

Ad V. Expedit servare Instructionem Clementinam.

Ad VI. Affirmative in casu et ex necessitate.

Ad VII. Negative.

Atque ita rescripsit. Die 18 Martii 1899.

C. CARD. MAZZELLA 5. *R. C. Praef.*

L. * a

DIOMEDES PANICI *S. R. C. Secr.*

SANCTI DEODATS Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Sor. Aiexiae Le Clerc Fundatricis instituti Nostrae Dominae.

Beato Petro Fourier inter sanctos solemni ritu nuper relato tribuenda est gloria patris atque auctoris Instituti Nostrae Dominae, quod matrem et fundatricem in Alexia Le Clerc habuit ac recognovit. Haec Dei ancilla ex parentibus Ioanne et Anna Sagay pietate, nobilitate et censu praestantibus orta est die 2 Februarii anno 1576 in civitate *Remiremont,* Lotharingiae ditionis, tunc Tullensis nunc S. Deodati dioecesis; atque ipso nativitatis die sacris baptismatis aquis abluta fuit. In puellula virtutis indoles mirifice respondebat parentum curis atque exemplis, qui eam admirantes peculiari amore amplectebantur. Adolescentiam vix ingressa cum suis aequalibus conversando potius muliebri corporis cultui quam christiano spiritus ornamento indulsit: quae deinceps ipsa dolens ac poenitens uti iuventutis delicta fassa est. Undeviginti annos nata, gravi morbo corripitur, in quo dum spirituali lectioni super sacramento confessionis dat operam, timore Dei perculsa, animae maculas diligentius scrutari acriusque expiare statuit. Perfectiore vitae statu sibi proposito, pluries oblatas a parentibus nuptias constantissime respuit ut castitatem Deo voveret. Hoc sanctum consilium B. Petro Fourier qui Mattincuriam ceu parochus advenerat, Alexia patefecit, una cum exquisitiore quam antea, ac sacramentali peccatorum confessione. Famulae Dei claustrale coenobium ingredi cupienti proponebatur asceterium Clarissarum civitatis *Pont-à-Mousson.* Renuentibus parentibus ob vitae austeritatem, Alexia se mente et cogitatione convertit ad novam familiam sacrarum virginum instituendam, quae erudiendis educandisque puellis praesertim pauperibus tota incumberet. Tres adulescentulas ad hoc paratas invenit, et ad B. Petrum adduxit, qui praevio

experimento, dum domi manebant, et opere probato, beatissima nocte Nativitatis Domini an. 1597 primitias illas nascentis Instituti congrega vit. Ppussaji, adiuvantibus canonissis regularibus et B. Fourier modérante, ipsa cum suis sodalibus et primam Instituti scholam aperuit, et sub regula ab Episcopo Tullensi approbata vitam iniit religiosam, in qua tribus votis additum est quartum institutionis puellarum. Ineunte anno 1603, instante ac favente Lotharingio Duce ac praesertim eius filio Carolo S.R.E. Cardinali, Alexia, comitante Claudia Chauvenelle, Nancejum venit et in aedibus proximis Nosocomio sancti Iuliani optatissimam scholam fundavit. Voti compos factus praelaudatus Cardinalis, Auctoritate Legati Sanctae Sedis, Congregationem, indito nomine a Nostra Domina approbavit; potestatemque fecit famulae Dei in tota Lotharingia alias domus atque scholas stabiliendi. Itaque auspice Deipara Virgine et divina providentia opitulante, ann. 1604 Nanceji commodior et primaria domus Congregationis constituta est, novis aedif)cationibus per Episcopum Tullensem de Lenoncourt deinceps aucta; et annis sequentibus flores e viridario Nancejensi selecti in pluribus aliis civitatibus apparuerunt, fructus praebentes uberrimos. Praedictae Congregationis constitutionibus a B. Petro exaratis et per eundem Episcopum Tullensem iussu et auctoritate Summi Pontificis Pauli V confirmatis, celebrante hoc ipso sancto viro legitime delegato, in primatiali Ecclesia Sancti Georgii Alexia cum duodecim ex antiquioribus sororibus die 21 Novembris 1617 religiosum habitum induit, assumpto nomine Teresia a Iesu ; et tyrocinio rite expleto, die 2 Decembris 1618 cum sex aliis sodalibus vota nuncupavit. Unanimi sororum suffragio antistita generalis Congregationis electa, anno 1620 pro munere suo ad civitatem S. Nicolai proficiscitur, sed post tres menses saevo morbo vexata in domum Nancejensem redire cogitur. Ingravescente morbo, humilis Dei famula subditae potius quam praesidis spiritu semper acta instantissime petiit atque obtinuit ut ipsi altera sufficeretur mater et antistita Congregationis Angelica Milly quam ipsamet cum filialis animi gaudio et demissione recognovit. Tandem Alexia fere quotidiano agone contra malignos spiritus iam assueta et ab extremo acriori certamine victrix evadens, omnibus Ecclesiae Sacramentis refecta cum pace et tranquillitate obdormivit in Domino die 9 Ianuar. 1622, aetatis suae quadragesimosexto. Fama sanctitatis Servae Dei

in vita et post obitum clara atque in dies clarior Processui Ordinario in Curia S. Deodati conficiendo viam aperuit, qui rite expletus et Romam delatus in Actis Sacrorum Rituum Congregationis exhibitus est. Instante autem Rmo Domino Archangelo Lolli e Can. Reg. Later. huiusce Causae Postulatore, atque attentis quamplurimis litteris postulatoriis Emorum S. R. E. Cardinalium, Rmorum Sacrorum Antistitum ac Praepositorum Generalium Ordinum vel Congregationum Regularium una cum officiosissima commendatione Francisci Iosephi Imperatoris Austriae et Regis Hungariae, Emus et Revmus Card. Lucidus Maria Parocchi Episc. Portuen. et S. Rufinae, eiusdem Causae Relator, praevia Apostolica dispensatione ab interventu et voto consultorum, in Ordinariis Sacrae Rituum Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: « *An sit signanda commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* » Et Emi ac Riïii Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuerunt : « *Affirmative seu signandam esse Commissionem si Sanctissimo placuerit».* Die 11 Februarii 1899.

Facta postmodum de his omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae ipsius Congregationis ratam habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Venerabilis Servae Dei Sor. Alexiae Le Clerc, fundatricis Instituti Nostrae Dominae, die vigesima prima iisdem mense et anno.

C. CARD. MAZZELLA EP. PRAENESTIN. 5. *R. C. Praef.*

L. « S.

D. PANICI S. *R. C. Secret.*

ANDEGAVEN. Beatificationis et canonizationis Servae Dei Ioannae Delanoue Institutricis sororum a s. Anna nuncupatarum. (1)

ANIMADVERSIONES

R. P. D. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur f

Eròe ac Rme Domine.

Volupe sane esset caelestes honores constituere Ioannae Delanoue, quae Divino numine Iansenianis erroribus erepta, opus aggressa est caritatis insigne; quo pauperculis expositisque puellis tutum ac certum perfugium patuit. Quod quum illa divina unice prudentia innixa et susceperit et perfecerit merito a ***Divina Providentia*** nuncupatum est. Verum quominus res auspicato cedat obstare nonnulla videntur, illudque in primis quod quum Dei Famula decesserit anno **1736** modo tantum de causa eius introducenda cogitatum sit. Ita siquidem factum est, ut deficientibus legitimis ac sufficientibus probationibus ad subsidiariae probationis beneficium confugiendum fuerit. Quo in casu prae oculis habendum est Decretum Benedicti XIV, anni **1741,** eiusque requisita sedulo expendenda: quaedam tamen ante dicenda sunt.

CAPUT I.

Animadversiones prodromae

Notum est dubium de signanda commissione discuti non posse nisi revisis approbatisque scriptis Servi Dei vel Servae Dei de cuius causa agitur. Hoc quidem praestare satagerunt causae Postulatores, atque in Ordinariis Comitiis diei **19** Decembris anni **1893** Emis ac Rmis Patribus rescribendum placuit = ***attenta non repetitione scriptorum procedi posse ad ulteriora (Decret, in Summario).*** Quid tamen? Testis LXIV R. P. Franciscus Ory S. I. de documentis originalibus ad Ancillam Dei spectantibus sub num. **4** inquit = Manuscrit **4** de format in **12,** intitulé Extraits ou fragments des discours, entretiens, que la Soeur Delanoue... a faits à

(1) Recole huius Vol. pag. 380, 417 et seqq. ut integrum processum habeas ioannae Delanoue.

ses soeurs... et cet... il contient 15 entretiens sur divers points de la Vie Chrétienne, aux religieuses. ***Le premier seul a été écrit de la main de la Servante de Dieu ; c'est comme l'ébauche et Va-hr égé de sa Règle*** „. Et reapse inter documenta manuscripta in actis compulsata, adest manuscriptum de quo loquitur testis, in quo Capiti I cui titulus = ***Avertissement*** = sequitur = ***Premier entre-tien*** - pone subiicitur = ***Le seul écrit de sa main (D. F.) qui est*** *comine* ***l'ébauche et l'abrégé de sa régie.*** Ergo nisi scriptum hoc legitime perquisitum, riteque expensum atque approbatum fuerit, adhuc ad ulteriora procedi non posse iure contendo.

Dices scriptum istud Dei Famulae autographum non esse quippe, eodem Teste auctore, = ***Tous les écrits vrais ou supposés de la Servante de Dieu sont contenus dans les documents que je vais déposer. Du reste sous la signature au Registre des Actes d'Association il ne reste aucun autographe de Jeanne Delanoue*** = Sed ex eo quod autographum deperditum sit, num ideo illud scriptum Dei Famulae non erit? Num sub imperio legis non erit de scriptis perquirendis atque revidendis ?

CAPUT n.

De probationibus.

Causis antiquis, quae ob defectum testium de visu perpetuo silere debuissent, occurrit Benedictus XIV celebri decreto an. 1741 quo statuit de causis antiquis agi quidem posse, si tamen duo demonstrata sint, nempe primo ut nulla fuerit Postulatorum fraus vel culpabilis negligentia ex quibus factum est ut tandiu Apostolicae inquisitiones dilatae sint, donec ***nullus de visu testis superesset;*** alterum ut subsidiariae probationes idoneae sint, et ***in genere suo perfectae.*** Quo igitur Causae huius Actores Benedictino indulto frui possint, illa duo demonstrent necesse est. Quid vero ipsi?

Ad primum quod attinet ; de re silet omnino elegans Patroni elucubratio, silentque Testes: tantum testes XXXII et XL VIII candide fatentur " On était plutôt étonné que les Religieuses de S. Anne aient attendu si longtemps à pousser à la vénération de leur fondatrice, et ***laissé perdre des souvenirs précieux.*** Je regrettai amèrement que l'on ne se fut préocuppé sitôt après sa mort de faire l'enquête canonique qui aurait permis de recueillir des faits précieux pour sa cause „. Oportet itaque ut causae dilationis in

medium proferantur, quod nisi fiat vel in hoc iudicii limine causa haereat necesse est. ***(Cf. Benedictum XIV. lib. III C. III p. 17-25).***

Ad alterum quod spectat dicam : ***subsidiaria probatio perfecta in genere suo*** in casu non est. Namque etsi Ordinaria inquisitio Andegavensis, quoad extrinsecam actorum formam nihil prae se ferat, quod praesertim in hac iudicii sede deduci oporteat, si documentorum, quam vocant, compulsationem excipias, de quo tamen postea opportunior erit dicendi locus ; etsi sex illos supra sexaginta testes idoneos honestosque omnes non negem, tamen quae ex illorum dictis probatio exsurgit ***perfecta in genere suo*** dici non potest. Siquidem testes toti sunt in enucleandis quae in historiis iam consignata leguntur; de traditione vero a maioribus accepta ne verbum quidem habent.

Utique non inficior testes quosdam aliqualem traditionem inter scientiae causas afferre. Sed haec ipsa traditio generica prorsus est ; atque ***specificas*** notitias iidem Testes nonnisi ex historiis hauserunt. Idcirco qui Vitae Commentaria se non legisse declarant, ad interrogatoria 9 ad 22, in quibus de integra Servae Dei vita et praecipue de illius virtutibus, supernis donis atque sanctitatis fama, qua vivens floruisse fertur, quaeritur, sicce et ieiune reponunt = *Se **nihil** sciite* - Testis II, III ad Interrog. 9 ad 25, quod est postremum = Je n'ai rien à ajouter =; Testis V ad interrog. 9 ad 22 "Je ne sais rien „ ; Tertis XVI ad interrog. 9. 22 " Je ne sais rien que ce que raconte la tradition générale „ ; Testis XIX = Je ne sais rien de particulier =; Testis LV ad interr. 9-22 = Je ne sais rien,,; Testis LVIII ad interr. 9-22 = Je ne sais rien -; Testis XL VII Inter. 9-22: Nihil respondit =; Testis LXIII. Se nihil scire. Item Testes, qui Vitae commentaria legerunt, ad eadem Interrogatoria 9-22 vel pariter reponunt = «Se ***nihil scire*** = vel tantum, id quod ex scriptis documentis acceperunt. (Confer. Testes IV, XVIII, XX, XXI, XXII, XXIII, XXIV, XXVI; « Je ne sais que ce que j'ai lu dans les Articles =; XXVII, XXVIII, XXIX, XXXI, XXXII, XXXin, XXXVIII, XXXIX; Testis XL = Nihil respondit; XLI, XLIV, XLV, XLIX, L, LI, LU, LIV, LVI, LVII, LXV et I ex off.; LXVI et II ex off.

Quae cum ita sint probatio isthaec ex testibus ***perfecta*** dici non potest, sed uti adminiculum habenda " ***Si quaestio*** (ita in r« nostra Benedictus XIV) ***excitaretur, num in re de qua nunc agitur validior probatio statuenda sit in probatis historicis, an in probatis testibus de auditu ei de publica voce et fama ; ea forte***

definiri posset respondendo, probatos históricos et probatos testes de auditu aequalem constituere probationem, dummodo testes de auditu causam scientiae reponant in communi et continuata fama a suis maioribus fide dignis ad ipsos transmissa. Quod si scientiae causam constituerint in iis, quae in historicis legerunt, uti saepe contigit, maior vis probationis stabil pro historicis et testes vel validi adminiculi vices, vel inferioris probationis efficaciam obtinebunt „.

Ex his, quae hucusque disseruimus in comperto est praecipuum huiusce Causae fundamentum in historicis documentis reponendum esse. De istis, deque fide ipsis danda fuse loquitur Testis LXIV R. P. Franciscus Ory S. J. " J'ai lu, ita ipse, les ouvrages de **6** historiens, qiii ont écrit sur la Servante de Dieu. Trois ont composé leurs livres sur les documents originaux, savoir; M. M. Céver, Aumônier des Bénédictines de N. D. du Calvaire, à Chinon : Macé, Aumônier de l'Hospice de la Providence à Saumur; Voleau, Aumônier de la Maison Mère des Soeurs de S. Anne à S. Florent. Trois autres, savoir: Dom. Chamard, Jean Bodin et Célestin Port sont de simples biographes, auteurs de seconde main, qui en grande partie, ont pris pour guides les écrivains précédents „ his itaque postremis sepositis de tribus prioribus loqui interesset, sed quoniam prae istis, primus, nempe Céver, maximo in pretio habendus esse videtur, quippe vix transactis sex aut septem annis ab obitu Servae Dei illius Commentarium prodiit, anno videlicet **1743,** dum reliqui duo, Macé et Voleau, qui novissime scripserunt, primus nempe anno **1845** et alter novissimis hisce annis, videlicet anno **1882,** candide fatentur se Céver vestigiis institisse; hinc de uno Céver quaerere praestat.

Opuscula, quae Céver tribuuntur duo sunt; primum, cui titulus ***Discours sur la Vie et les Vertus de la Vénérable Soeur Jeanne De La Noue, Fondatrice et première Supérieure de la Maison de la Providence de Saumur, décédée le 16 Août 1736 en odeur de sainteté -*** alterum, quod inscribitur = ***Extraits ou fragments des discours, ou Entretiens, que la Soeur Delanoue, première Supérieure et fondatrice de la Maison de la Providence a faits à ses Soeurs sur divers points de la vie chrétienne et religieuse;*** = utrumque in Actis ***compulsatum est,*** primum typis editum Andegavi anno **1743,** alterum autographo deperdito, a quodam apographo se excripsisse affirmat Testis LXIV R. P. Franciscus Ory S. L " J'en déposerai, ita Testis, une copie manuscrite, que j'ai collationnée moi-même Ugne par ligne, et mot par mot sour l'ancien

exemplaire, l'unique, que les Soeurs gardent précieusement à la. Maison Mère. Cet ancien exemplaire n'est lui-même qu'une copie. Qu'est devenu le Manuscrit primitif d'un ouvrage si important, c'est à dire l'autographe de Céver? Il a disparu, on ne sait quand „ ; obiter notem Testem proprio marte exemplar confecisse absque ullo- S. Tribunalis mandato, cuius tantum fuisset alicui iurato scribae munus demandare exemplum conficiendi, quod postea, audientibus et probantibus Iudicibus et Promotore Fiscali, in Processum inseri debuisset, quod, cum factum non sit, exemplar a Teste confectum pro legitimo haberi non potest.

Sed iam quae sit auctoritas Céver videndum. In primis certo» non constat num revera Céver Commentarii sit auctor cum auctoris nomen in opere desideretur. " II (idest Céver), inquit Testis LXIV a caché son nom, et c'est seulement la tradition orale fixée peut-être par une petite note, que j'ai lue à la suite de l'Epitre **dedi-**catole sur la copie manuscrite des Soeurs de la Providence, qui nous apprend que l'Auteur du Discours est M. Céver, Aumônier des Dames du Calvaire de Chinon **1741.** Note Manuscrite du Registre in folio „ et vide ex quo notitias hausit auctor, quicumque fuerit. Ipse in praefatione, quam Vitae Commentario praemittit, quamque sororibus ab Ancilla Dei institutis inscribit, operis rationem ab se exarati pandens, ait: " Je n'ai pu me refuser, mes Révérendes Mères et chères Soeurs, à la demande, que vous m'avez faite par votre Mère Supérieure de vous tracer l'Histoire de la vie et le tableau des vertus de celle, dont la mémoire vous est si chère. J'ai d'abord disputé avec moi-même si j'entreprendais cet ouvrage. L'appréhension de n'y pas réussir, que mon insuffisance m'a dû inspirer, ***le peu de connaissance que j'ai par moi-même de ses actions ne l'ayant vue que deux ou trois fois, et encore forte peu de temps à chaque fois,*** la confusion, que j'ai remarqué ***dans les mémoires extraorclinairement longs, que vous m'avez présentés, et qui ne pouvaient guère être autrement, puisque vous ne les avez recuellis qu'après sa mort, et que de votre aveu, son humilité la porta un jour à faire brûler ceux qu''elle découvrit que vous écriviez pendant sa vie „.*** Ergo Sorores, vivente adhuc earum parente, quae in illa suspiciebant, quotidie litteris mandabant. Et revera si Testem LXIV R. P. Ory audias: " II est manifeste, à première vue, que cette collection de notes a été faite avec des écrits détachés laits au jour le jour au hasard **d**'une vie très occupée et à des époques très diverses „.

Harum vero notitiarum Auctrix perhibetur quaedam Soror, Maria Laigle nomine quae Dei Famulae familiaritate et consuetudine usa fuerat, atque in locum eius suffecta, pergit Testis LXIY " Par voie de conjecture fondée, on se fait l'idée, que Soeur Marie (idest Maria Laigle) voulut d'abord écrire elle-même la Vie de Jeanne Delanoue , seul titre général, qu'elle donne à ses mémoires, et qu'elle répète de sa main, au haut des 33 premières pages du Registre; puisqu'elle passa à Céver son travail commencé avec toutes les notes prises sur des feuilles volantes.... ,, Extant adhuc commentaria isthaec. Eorumdem exemplum, etiam privata auctoritate, confecit Testis LXIV quod in acta insertum est, de quo citatus Testis habet: " Le document par excellence dans ce procès, ce sont les Mémoires de Marie Laigle, qui occupent les 125 premières pages d'un grand Registre in folio, conservé avec un soin extrême à la Maison Mère des Soeurs de la Providence à S. Florent. J'en déposerai une copie, que j'ai vérifiée mot par mot, sur le Registre même, et dont je garantis l'exactitude, ayant fait de ma propre main les rares corrections nécessaires pour que la conformité fût parfaite „. Num autem commentaria ista revera Mariae Laigle sint tribuenda in ambiguo est ; siquidem Testis LXIV inquit: " Je ferai remarquer que le grand Registre n'a nullement pour titre: Mémoires de Marie Laigle: = mais uniquement = La Vie de notre très chère Mère Jeanne Delanoue et cet... „ Quibus positis Testis concludit = Le nom de Marie Laigle n'est point écrit après le titre initial, c'est donc la force et l'évidence de la tradition des Soeurs et l'usage des historiens, qui ont fait donner couramment au grand Registre le nom = ***de Mémoires de Marie Laigle „.***

Quaedam autem in hisce commentariis narrantur quae haud credibilia videntur. Unum vel alterum delibare iuvabit. Testis LXIV ex Maria Laigle refert: "Elle (D. F.) fut ravie en esprit, où il lui fut dit: Venez donc avec moi que je vous présente à la Reine du Ciel; je lui ai présenté toutes les filles de ce ressort, elle n'a pas voulu en accepter aucune, il n'y a plus que vous à lui présenter... Elle fut conduite à cette grande Reine du Ciel, qui vint au devant d'elle, l'embrassa et lui dit: = Voilà, Voilà, celle, que je fais chercher depuis long temps ! Et (elle) lui fit prendre place auprès d'elle, elle lui témoigna l'aimer beaucoup, et ensuite la Reine disparut! (Marie Laigle p. 12). Ensuite Jeanne toujours en extase eut une vision de l'enfer: elle se sentait pénétrée de voir tous ces da-

mnés: puis elle tomba dans un endroit, où elle vit quantité de personnes, qui étaient comme des bêtes dans des tannières, elle.... s'empressait fort d'y vouloir entrer pour les retirer de ce pitoyable état... Des hommes, qu'elle pria instamment de lui venir aider à retirer ces pauvres gens, ne firent que se moquer d'elle, elle se trouva transportée, voulut en aller chercher d'autres.... En ce moment (elle) trouva toutes celles, qui ont été associées toutes les premières avec elle, la plus jeune de toutes se moqua d'elle, ***et notre Soeur Delanoue transportée de zèle lui mit une épée dans le coté et la laissa là....*** Enfin la S. Vierge se rapparut à elle vers la fin de ce long ravissement, et lui présenta un Rosaire et un à M. G-enneteau (hic erat S. Dei Confessarius): l'un et l'autre eurent de la peine à y atteindre, et la S. Vierge leur dit: = Ceux qui atteindront à ce Rosaire auront la grâce „.

Sed satis ; ex his namque patet, quanti facienda sint commentaria Mariae Laigle tributa; proindeque quanta sit auctoritas Céver aliorumque, qui hanc sequuti de Dei Famula scripserunt. Isti enim omnes, omniumque primus Céver ex Maria Laigle commentariis, tamquam ex unico fonte, scribendi materiam hauserunt. Sed iam de probationibus multa, quae tamen huc usque disseruimus, satis sunt, ut de illarum vi iure merito valde dubitemus.

CAPUT III.

De Fama Sanctitatis.

De Famae origine potissimum ac sedulo inquirendum iubet ius nostrum ; ut pateat num ex ***probabilibus causis,*** hoc est ex virtutum praestantia, ortum illa duxerit. Iam audi quae sit famae origo sanctitatis Ancillae Dei *" **Les fidèles V avaient en telle odeur de sainteté „***, que d'après son premier Historien on coupait des fragments de ses vêtements et on les conservait comme des reliques „. Ergo fama sanctitatis eius non ex virtutibus, sed ex commentariis illis orta est, quae quanti facienda sint paulo superius notavi; quippe quae composita ex imaginario commento Sororum, quae matris suae studiosissimae actus omnes eius, quaeque maxime caelestia dona putabant, litteris consignarunt.

Ceterum mirum non est ut qui vitae Dei Famulae, non ex actibus eius, sed ex commentariis Sororum notitias hauserint, mirabilia illa ac pene singularia legentes in opinionem venerint sanctitatis. Ecquis sane sanctam illam non diceret quam Virgo Dei-

para amicissime amplectitur? cui vel ipsa Virgo SSma precatoriam coronam tradit, ut quidquid ipsa peteret, assequeretur? quae et vivens in inferno descendit? Ecquis sanctam non diceret, quae victu in primis aspero atque horrido utebatur, ita ut vel austerissimos anachoretas superaret?

Quoniam vero in hanc de vitae Dei Famulae austeritate quaestionem incidimus praestat notare quae de re in commentariis illis habentur tam ridicula esse, adeo absurda ut manifestissime non ex rei veritate sed ex cerebroso penu Sororum deprompta appareant. Ita sane, puta, quae de pulicibus habes in commentariis. ***Elle,*** ita Maria Laigle, ***m'a dit elle-même comment ces poux la tourmentaient, et quelle n'avait jamais pu en supporter aucun; et comme elle demandait au bon Dieu qu'il lui fît faire pénitence, il lui envoya cette vermine, qui la mangeait jusque dans la moelle des os.*** Ita cetera quae, ne audientibus stomachum moveant, t. LXIV latina lingua referre petiit. Hic postquam retulit " notre Soeur hérita le méchant habit de ce pauvre, qui se trouva sur le lieu, où il se périt, dont il avait fait un sac d'un de ses bas = addit = Quam pediculis et lentibus omnino scatentem impleverat ille omnigenis panum frag mentis. Istum vero panem squalidum soror nostra secum retulit, denique e sacco extractum posuit in catino. Videbantur pediculi tum latius moveri in pane, sicut formicae in suis cuniculis agitari solent. ***Nostra*** autem Soror panem decoxit cum pediculis atque omnia simul comedit „.

Haec aliaque huiusmodi, quae, ni fallor, vitio potius quam virtuti vertenda sunt, in commentariis illis, ex quibus fama orta est, veluti heroicarum virtutum actus praedicantur. Ne vero haec mea exageratio dicatur, audi Mariam Laigle exclamantem : ***c'était un sacrifice héroïque*** quale tamen? ***de ne point vendre............ni tenir boutique ouverte les saints jours du Dimanche.*** .Rem, prouti a teste LXIV, qui ex commentariis Mariae Laigle hausit, narratur, referre iuvat: " M. G-enneteau lui fit bien de rebuts, à notre pénitente, car il y avait longs temps qu'elle cherchait un Confesseur pour la faire avancer dans la chemin de la perfection. Enfin il l'accepta, mais à condition qu'elle prît la résolution ***de ne point vendre.... ni tenir boutique ouverte les saints*** jours de Dimanche. Notre pénitente écoutait.....avec attention......„. Si divinis parere iussis, si quod boni omnes faciunt heroicum est, mundus totus heroicis virtutibus ditatus est.

Ceterum de heroicis virtutibus deque perfecta sanctitate Ioan-

nae vel testes ipsi et biographi subdubitasse videntur, quum Dei Famulae animam expianti igni traditam dicunt. Céver scribit: " ***passant de cette vie à V éternelle, elle n'a trouvé nul obstacle pour voir Dieu aussitôt face-à-face ;*** ou que du moins la dernière épreuve qu'il lui a fallu souffrir après sa mort, ***pour jouir de la vue de son Créateur,*** n'a pas été de longue durée „. Sed clarius testis XXXIII ***Vaumônier actuel de la Communauté de Ste. Anne M. Voleau, après avoir dépouillé tous les documents, aurait dit*** " Ma conviction est que Jeanne Delanoue a passé par le purgatoire „. Eccur nam vir Monasterio addictissimus postquam cuncta expedisset documenta hanc sibi persuasionem induxit, nisi quod Ioanna et vixit et decessit sicuti ceteri Christiani omnes, qui bene quidem non vero heroice vixerunt?

Demum, si tanta polieret sanctitatis fama Ioanna, uti asseritur, frequens esset populus ad sepulcrum eius; at scimus quidem pluries corpus Dei Famulae in unum et alium locum translatum, sed testis non est, si unum aut alterum excipias, qui vix sepulcrum memoret. Atqui solemnia sunt Benedicti XIV verba: ***Testari possum, dum fungebar munere Fidei Promotoris, non modicum illatum fuisse Causae Beatificationis cuiusdam Servi Dei praeiudicium; eo quia non adfuerat ; vel siquidem adfuerat, iam cessaverat concursus populi ad eius sepulchrum.*** Atque haec de tama ; restat ut dicam :

CAPUT IV.

De Obstaculis.

Quae hucusque et de probationibus et de fama sanctitatis disseruimus satis sunt ut a signanda Commissione introductionis Causae Dei Famulae Ioannae Delanoue abstinendum esse dicatur. Obstacula quippe habes, quae non dicam vix, uti Benedictus XIV ait, sed nullo modo superari posse videntur in formali causae discussione. Obstant probationes, quae totae unis Mariae Laigle, si tamen ipsa auctrix est, commentariis innituntur neque spes est fore ut per Apostolicas tabulas ex novis documentis illae suppleantur. Quae enim et Céver ceterique biographi ad haec nostra tempora de Ioanna retulerunt, omnia, veluti ex unico fonte e commentariis Mariae Laigle hauserunt, quippe quae ***unicum*** multae auctoritatis documentum. Hinc, ex Benedicto XIV, ***insuperabile obstativum nedum erit illud, quod obstat excellentiae, fulgori, et, ut consueto***

verbo utemur, relevantiae virtutum; sed etiam illud, quod obstat earum probationi. Obstat fama sanctitatis non ex virtutum fulgore orta, sed ex iis quae de famula Dei fabulosa et commentitia narrantur.

Obstant et mirabilia illa quae passim de Ancilla Dei feruntur de quibus iam aHquid delibavimus, quaeque eadem Ancilla Dei Mariae Laigle pandere non renuebat; quod tanti fecit Testis LXIV. R. P. Ory, ut ideo maximae auctoritatis dixerit Mariae Laigle commentarium, quod, quae illa scripsit, ex ***ore ipsius Ancillae Dei*** acceperat. En illius verba : " Enfin, Soeur Marie (Laigle) était un témoin bien informé. Entrée à la Providence, dès **1706,** devenue dès **1712** la confidente et comme la Supérieure de sa Supérieure, la Servante de Dieu, restant toujours auprès d'elle pendant **30** ans consécutifs sans l'abandonner jamais, l'observant avec une vigilante admiration ***et ßxant ses souvenirs dans ses notes quotidiennes*****.....** la narratrice a vu et entendu immédiatement ce qu'elle raconte, comme elle le rappelle ***du reste,*** à ***chaque instant dans ses mémoires. J'ai vu.... c'est elle-même, qui me l'a dit.... elle me faisait l'honneur de me communiquer.... etc.... „.***

Putabis forte in re adeo gravi atque plena periculi Ancillam Dei consilio vel saltem Confessarii facultate egisse. At vehementer falleris, quippe illa ingenio suo indulgebat, quo uno ducebatur, spretis Confessarii consiliis, immo Confessario reluctante. Pluribus acta redundant, ex quibus id planum fit; unde hoc etiam utitur argumento citatus Testis LXIV, R. P. Ory quo Mariae Laigle auctoritatem extollat; inqint enim: "Malgré l'admiration et Taffection vive, qu'elle (Maria Laigle) a pour sa bonne Mère, elle dit ingénument ce qu'elle pense. Par exemple; Notre Mère parla d'une manière blâmable à son Directeur : car elle lui déclare qu'elle ne permettrait jamais que sa nièce portât aucune marchandise dans les marchés.... que ce n'était point ces affets-la qui fournissaient aux besoins de tant de pauvres, mais que c'était le Seigneur, qui fournissait aux besoins.... „. At non ita sentiebat Dei Famula, quae adeo propositi tenax erat négotiandi etiam diebus Dominicis, ut quo ab hoc consilio desisterei, ***un sacrifice héroïque*** uti vidimus necesse fuerit.

Sed alia prorsus erant, in quibus Ancilla Dei, quin Confessario pareret, illi contradicere non verebatur. Quum enim ageretur de excipiendis quibusdam postulantibus quae haud bona fruebantur valetudine, Sorores omnes, ipso praeeunte Confessario, renuebant,

Dei autem Ancilla quae se divino instinctu motam putabat iis omnibus pervicaciter resistebat. Res, prouti accidit, describitur in commentariis Mariae Laigle tributis, in capite : Autre connaissans sur la charité ubi legitur : * Mais notre Soeur (D. F.) commença à dire au Seigneur: Vous voulez que je donne l'habit à ces postulantes, notre Directeur et les Soeurs s'y opposent, je n'ai pas même assez d'étoffe pour leur donner des habits, il s'en manque bien quatre ou cinq aunes. Elle connaît qu'elle ne se devait pas mettre en peine et qu'il s'en trouverait assez. Notre Mère, ***qui était toujours dans la crainte d'être trompée,*** dit: Seigneur, je ne croirai pas que c'est vous, qui voulez que ces postulantes aient l'habit, que vous ne m'ayez donné de l'étoffe ; mais elle connut qu'elle en avait assez, mais elle dit: Je n'en ai pas assez, il en manque plus de quatre ou cinq aunes pour les trois habits, mais elle connut qu'elle n'avait qu'à les faire couper et qu'elle en aurait assez. Elle ne voulut pas les faire couper sans permission de son Directeur, et aussitôt qu'elle eut fait sa proposition, il s'y opposa et il dit qu'il n'y consentirait jamais, à cause qu'il savait que les Soeurs y mettraient opposition. Notre Mère dit au Seigneur : Mon Directeur ne veut pas que les postulantes aient l'habit; puis elle connut qu'elle n'avait qu'à faire couper les habits et qu'elle en trouverait assez et qu'elle en ferait connaître la vérité a son Directeur. Comme elle était dans l'incertitude de savoir s'il était vrai qu'il se trouverait assez d'étoffe, elle les fit couper et il se trouva que la chose était vraie, comme elle l'avait connu. Le jour que l'étoffe se coupa, le Directeur se trouva à la maison, et il lui demanda: Que faites-vous là? Elle lui dit: Mon père, j'ai voulu voir si ce que j'ai connu était vrai, et il est vrai, je trouve toute l'étoffe, comme je l'avais connu. ***Son Directeur lui dit: Faites donc tout ce que le Seigneur vous inspirera, pour moi, je ne consens point à ce que vous faites „.***

Aliquando etiam Sororum suarum conscientiae Moderatricis partes sibi tribuit. En quid habet Céver : " Plusieurs jeunes Pilles de la Maison de la providence, s'étant confessées et préparées à communier un jour de Fête de Notre Dame, allèrent lui (D. F.) en demander la permission. ***File les renvoya toutes, ayant appris dans son oraison, qu'elles avaient fait des confessions sacrilèges:*** elle parla même à chacune en particulier, avec tant de douceur et de prudence, qu'elle fit avouer à toutes que par honte et par crainte elles n'avoient pas entièrement déclaré leurs péchés au Prêtre: ***elle les obligea de lui permettre cl'en avertir le Confesseur,*** lequel jugea

à propos de les mieux préparer, en faisant faire à toutes des confessions générales. ***La Soeur connut par la même lumière surnaturelle, que ces dernières confessions étoient bonnes, que rien ne les empêchoit d'approcher du Sacrement de Vadorable Eucaristie, et alors elle le leur permit,*** et l'on aperçut bien-tôt un grand changement dans leur conduite „: Alias Dei Famula " prit la confiance de dire a son Directeur qu'il prit garde à celles, à qui il permettoit de faire des retraites et qu'elles pouvoient, nuire à plusieurs, qu'elles pourroient abuser des grâces qu'elles y recevoient, ***qu'il tint*** pour suspectes certaines larmes de tendresse, de componction et d'union qu'elles répandoient, qu'il y avoit souvent beaucoup d'amour propre dans ces effusions et qu'il étoit dangereux d'entretenir dans les voyes d'union celles en qui on n'avoit pas encore reconnu une sincère humilité....

Nil itaque mirum si Ancillae Dei Confessarius quodam die illam ita exprobaverit ***" qu'elle ÇD.*** F.) ***faisait cela par ostentation, et que c'était l'orgueil et Vhypocrisie qui la faisaient agir et non l'esprit de Dieu, et qu'elle s'en voulait couvrir et qu'elle faisait tout cela de sa tête, sans l'avoir consulté „.*** Verbis quidem modo relatis Maria Laigle ista praeponit. " Notre bon Dieu, qui voulait faire souffrir sa servante, fit oublier à son Directeur qu'il lui avait permis cela, il prit occasion de là de lui dire bien des duretés en la présence de cette Soeur, il lui dit qu'elle faisait cela.... „. Sed haec tribuenda sunt insitae iam ante menti opinioni filiae matris suae studiosissimae. Et heic obiter nota : confessarius, qui ita cum Ancilla Dei se gessit non ille erat, qui, uti ianseniana lue iniectus traducitur, quemque eadem Ancilla Dei, matre demortua, dereliquit, sed ille, qui Ioannae divinitus datus asseritur : " Le Seigneur lui (D. F.) fit connaître qu'elle devait changer son Confesseur... C'est alors qu'apparaît le saint Prêtre destiné par Dieu; il s'appelait Mr. Grenneteau, et était Directeur à l'Hotel Dieu „. Haec sane nisi industrie refutentur, causam vel ab hoc initiali iudicio arcere valent. Itaque ceteris missis, quae satis amplam obiiciendi segetem suppeditabunt, si de virtutibus quaestio fiet, unum tamen adhuc vel alterum innuere iuvabit, antequam animadversionibus finem faciam.

In Commentariis Mariae Laigle tributis legitur: ***" Enfin le Seigneur voulait que cette maison fut soutenue par des secours tout divins, car il inspirait à plusieurs personnes de donner de l'argent à notre Soeur pour se faire dire des messes, en leur as-***

surant que le Seigneur en recevrait mieux le sacrifice ; et en effet, car le Seigneur fit connaître à notre Soeur quelle devait se servir de cet argentei qu'elle n'eût point á se mettre en peine, et qu'il se trouverait de saints prêtres, qui la déchargeraient des messes; dont elle s'était servie de l'argent pour le soulagement de ses chers pauvres. Mais comme notre Soeur avait la conscience si nette et dans une si grande appréhension d'être trompée pai' le mauvais esprit, que cela fit qu'elle consultait tous les prêtres, qu'elle pouvait connaître les plus éclairés, elle ne se contentait pas de ceux qui étaient dans la ville, elle allait partout, où elle pouvait savoir qu'il s'en trouverait qui fussent capables de lui donner de saints avis et conseils. Par le même moyen, elle s'en fut trouver un bon et saint prêtre, qui était curé ; notre soeur lui conta de la manière que le Seigneur inspirait à certaines personnes de lui mettre de l'argent en mains pour faire dire des messes, et que cet argent ne venait que dans le temps qu'elle était dépourvue de tout secours pour tout ce qui regardait les besoins de ses chers pauvres, et c'est ce qui fit que notre Soeur parla avec tant de sincérité de son intérieur à ce bon et savant prêtre ; mais après qu'il eut entendu que le Seigneur lui en donnait de divins, enfin ce bon prêtre lui dit seulement : faites ce que le Seigneur vous inspirera; mais pour vous ôter d'inquiétude des messes, dont vous vous faites une si grande peine de conscience à cause que vous vous servez de l'argent pour les besoins de vos chers pauvres et que cela emphêche que vous vous acquittiez de ce qui parait de raison et de justice; mais que tout cela ne vous empêche point de vous servir de l'argent quand vous en aurez besoin. Il semblait que ce bon prêtre aurait du décharger notre Soeur de quelques unes de ses messes, mais ce fut tout le contraire, car il lui donna quarante sols pour qu'elle lui fît dire des messes à sa commodité. Mais comme notre Soeur revenait de chez ce bon prêtre, elle disait: Quoi! Seigneur, je croyais recevoir quelques consolations de ce bon prêtre, et qu'il aurait pu me décharger de quelques unes des messes, dont je suis chargée, mais au contrarie, il m'en a encore chargée d'en faire dire, mais comme ceci venait purement de Dieu et non pas des hommes, il permettait que notre Soeur allât consulter un autre saint prêtre, qui demeurait à trois lieues de Saumur. C'était un vrai homme de Dieu, un grand solitaire, qui ne sortait que pour dire la messe; il n'était chargé d'aucun bénéfice, c'est pourquoi il déchargea notre Soeur de tou-

tes les messes dont elle s'était chargée de les faire dire „. Rem, prouti describitur, integre referre placuit, ut facilius de re iudicari possit.

Neque illud praetereundum: Vix Ioanna Institutum a Providentia condiderat, graves passa est aerumnas : domuncula hospitalis, quae duodecim puerulas tunc primum collectas, excipiebat, corruit unamque e bissenis puellam oppressif: " Dès Janvier **1702** le rocher qui abritait une oeuvre naissante s'écroula; une de ses enfants fut écrasée et les onze autres restaient avec leur mère adoptive sans aucune ressource. ***C'est alors que l'on dit par une sorte de raillerie: Il n'y a plus de la Providence chez Jeanne Delanoue „.*** Quamvis Testis, qui id refert, addat: " On se trompait: la Providence commençait véritablement „* Haec adnotanda visa sunt ut PP. EE. perspectum sit quae quantaeque sint in hac causa difficultates.

RESPONSIO AD ANIMADVERSIONES

P. P. D. PROMOTORIS FIDEI.

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur t

Eme ac Rme Domine.

Volupe quidem est atque periucundum in tanta temporum calamitate et civilis societatis perturbatione, dum christianae charitatis institutiones subvertere earumque loco inane beneficentiae simulacrum extollere iniquo ausu Ecclesiae inimici conantur, causam dicere coram Sacro hoc Coetu virginis beneficentissimae, quae a nostris castris profecta, divini amoris igne flagrans unique Deo fidens, neque obstaculis neque sua indigentia deterrita, " opus est aggressa charitatis insigne, quo pauperculis expositisque puellis tutum ac certum perfugium patuit,,. Nil proinde opportunius, nil aequius videtur, nobisque nihil gratius, quam consilium ac desiderium Sororum a S. Anna a Providentia nuncupatarum, quae, fere bis saecularibus abruptis moris, méritos honores ab Apostolica Sede decerni exposcunt parenti suae amantissimae Ioannae Delanoue, cuius vita, in maternum divinae providentiae sinum omni sui ipsius

abiecta cura, mirabile fuit Hberalitatis et misericordiae exemplum. " Dans ce siècle de naturalisme, scite ad rem adnotat Testis LXIV, où l'on ne compte pour réussir que sur la science et sur l'argent; à une époque d'égoisme, de cupidité et de sensualisme raisonné, la béatification d'une fille du peuple qu'a fait des merveilles avec les seules ressources de sa foi et de son dévouement, en se faisant elle même un prodige de charité, de détachement et de pénitence, cette béatification, dis-je, serait une magnifique leçon de surnaturel donné au monde et une preuve saillante de l'amour maternel de l'Eglise pour les petits et les pauvres, aussi bien que de sa divine puissance pour les secourir, les sanctifier et les sauver,,. Habeat igitur impietas lethale hoc alterum sibi inflictum ab insonti muliere vulnus, ab eaque hanc alteram referat ignominiae notam.

Quae cum menti obversantur, quumque animo complectimur omnia, quae fortissima haec mulier Ecclesiae bono et societatis emolumento peregit, quaeque eius memoriam et sanctimoniae laudem posteritati commendarunt, atque insignia perpendimus divinae largitatis charismata, queis vivens ditata fuit et post obitum nominis celebritatem adepta est, in alacriorem spem attollimur huius charitatis Heroidis causam felici cursu, ac veluti caelesti aura velas inflante, optatum esse portum occupaturam. Neque vota nostra irrita efficere aut remorari poterit causae ipsius antiquitas et probationum apparatus, quibus ad eam tuendam instructi accedimus; nam si deplorandi quodammodo sunt miseri rerum eventus, qui praenobilem hanc causam looupletioribus testimoniis fecerunt expertem, huic iacturae subvenit sapientissimus iuris nostri Praeceptor, qui, ceu animadvertit vel a suae orationis exordio egregius Fidei Vindex, subsidiariae probationis beneficium, ex testibus videlicet de auditu et historicis documentis conflatae, indulsit. Nullum ex hisce probationum firmamentis ac presidiis nobis deest; habemus enim vetera documenta non pauca, quorum auctores tum ob scientiae causam, tum ob vitae probitatem fide dignissimi sunt; habemus testes numero plurimi omnique exceptione maiores, qui in actis rite rogati ea uti plurimum referunt quae ab incunabulis constanter audiverunt a maioribus suis: indeque adeo perfecta ac legitima de fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum Ancillae Dei probatio exurgit, prout inferius videbimus qua praestantiorem nec leges nostrae requirunt, neque in causis antiquis semper praestare valeant solertissimi earum actores.

Antequam vero causae meritum attingam, nonnulla praef ari oportet de scriptis Dei Famulae tributis, ne ordinem praevertam a solertissimo Censore praestitutum, qui ante eas quae probationes respiciunt, adnotationes de quibusdam scriptis non exhibitis posuit; proximum subinde locum dedit iis quibus famam sanctitatis impugnat; postremo autem obstacula collocavit, quibus vitium Ancillae Dei aut virtutis defectum insimulan praesumitur. Eumdem igitur et ipse ordinem sequutus vim et robur, quibus singula quaeque praedita sunt, seorsim expendam et enucleate dissolvam: idque eo alacrius et libentius praestabo, quod videam nullam tanti momenti difficultatem oggeri ex adverso, quae prosperum causae exitum praepedire possit. Sit itaque

CAPUT I.

De Animadversionibus Prodomis.

Quae in prodomis adnotationibus obiiciuntur nihil sane continent quod laboriosam defensoris operam exposcant, siquidem incertum est utrum illud scriptum, quod in iuridica perquisitione scriptorum Dei Famulae iuxta Censoris sententiam exhiberi debuisset, eidem tribui possit; imo contrarium prorsus infertur ex prologo, quod monitionis ad instar historicus Céver codici apposuit, ubi primo loco scriptum praefatum relatum est una cum sermonum ac sententiarum laciniis, quas ex ore Ancillae Dei haustas Uteris mandaverat sodalis eius Maria Laigle, ab eaque acceptas laudatus historicus opportune emendavit, emendatasque in elegantiorem formam digessit typis tradendas, ut maternae dilectionis monumenta adeo saluberrima filiarum oculis iugiter paterent, indeque legentes ad eius sectanda vestigia excitarentur.

Ex quibus satis manifesto deprehenditur neminem se posse constituere vadem de scripti, de quo est quaestio, primigenia forma ac natura, ubi tales factas esse mutationes haud immerito timendum est, quibus veluti autographi exemplar haberi amplius nequeat. Etsi in eius fronte adnotatum sit: " ***le seul écrit de sa main*** (nempe Servae Dei) ***qui est comme l'ébauche et abrégé de sa règle „***, non inde tamen inferre licet nil in eo immutatum nil emendatum fuisse ab historico Céver, cuius verba superius relata utpote generalia ad omnia documenta ab eodem descripta in illo codice typis edendo referri oportet, ac idcirco contrariam persuasionem de concordantia scriptis illius cum Servae Dei autographis

vehementer inducunt ac firmant. Eiusmodi adnotationem eo consilio ab historico Céver documento praefato fuisse appositam dicendum puto, ut origines ac fontes, unde universa ab ipso in suo opere digesta documenta hausta erant, legentibus innotescerent; non vero ut assereret integritatem documenti Dei Famulae manu exarati ; secus enim neque Antistita Generalis, penes quam scriptum illud asservatur, dicere potuisset: " ***La servante de Dieu n'a laissé aucun écrit, nous ne possédons d'elle que sa signaturae sur les actes*** „ ; neque Soror Maria a S. Paulo, quae annos triginta quatuor in eadem Congregatione exegerat, idipsum confirmasset inquiens : " ***Je ne connais rien venu directement de la servante de Dieu „.***

Quum itaque ex hactenus dictis liquido constet quaedam addita et quaedam deleta vel reformata fuisse aliena manu in eo scripto, quod Ancillae Dei tribuitur, recte consequitur impune posse ab eius traditione abstinere causae actores, donec autographum reperiatur, quod unum in nostra specie sub imperio legis de revisione scriptorum esse liquet. Si vero aliqua dubitatio Amplissimorum Patrum animo adhuc inhaereat, haec non eo certo certius tendere potest ut praesens remoretur iudicium; nam scriptum pluries memoratum ab Ioannae filiabus P. Francisco Ory sponte exhibitum in actis habemus, ipseque Fidei Vindex religiosissimus, de quo dubitari nequit quin illud accurate perlegerit ac expenderit, fateatur oportet, nihil in eo deprehendi quod non egregie cogitatum non sancte traditum fuerit, atque tam luculenter ex sui natura quamlibet censuram excludere, ut supervacaneum videatur vel rigidissimi Censoris examini et iudicio idem de more subiicere.

CAPUT II.

De Probationibus.

Quum anno a reparata salute MDCCXXXVI e vivis erepta fuerit Dei Famula, de cuius causae introductione nunc primum agitur, et ordinarius Processus diu post eiusdem obitum, anno videlicet MDCCCLXXXVIII institutus sit, ultro libenterque fatemur cum Censore clarissimo necessitatem nobis imponi utendi beneficio Constitutionis latae a Benedicto XIV anno **1741** pro causis antiquis Servorum Dei, quorum de vita et virtutibus testes de visu haberi non possent. Abs re non erit Benedictinae Constitutionis laciniam, utut notissimam, maioris perspicuitatis gratia referre. " ***Ex***

quadam aequitate, ne interdum scilicet contingat causas, Dei atque hominum iudicio ceteroquin promoveri dignas, ex solo testium de visu quandoque non culpabili defectu, lacere omnino et perpetuo derelictos; praesertim cum, neque raro, claris de coelo signis et prodigiis audiatur Deus, huiusmodi defectu non attento, Amicum suum, ut superius ascendat, invitare; possit... subsidiaria probatio admitti et in causis simplicium Dei Servorum per viam non cultus procedentibus; quando tamen non constiterit primos auctoritate ordinaria Processus fuisse dolo malo aut culpabili negligentia tamdiu dilatos, donec testes de visu nulli supe ressent „ (Bened. XIV, lib. III, cap. XXIV).

Liquet ex hisce Pontificem sapientissimum, cum vellet aequam sternere viam ad eas provehendas causas quae propter ipsarum antiquitatem et iuris rigorem, deficientibus testibus de visu, suscipi nequivissent, vel susceptae ad exitum perduci, subsidiarias in illis admitti probationes induisisse, quae nempe ex testibus de auditu et historicis monumentis conficiuntur; non omnes tamen indiscriminatim causas probationibus directis destitutas, neque omnes probationes subsidiarias admitti; sed eas dumtaxat causas, atque iis adimpletis conditionibus, quae in Pontificio decreto designantur. Quo enim Benedictino huiusmodi indulto Postulatoris frui possint duo concurrere debent: videlicet primum ut nulla intercesserit eorumdem fraus vel culpabilis negligentia, ex quibus factum sit ut tamdiu Apostolicae inquisitiones dilatae fuerint, donec ***nullus de visu testis superesset ;*** alterum ut subsidiariae probationes, quae afferuntur, idoneae sint et ***in genere suo perfectae.*** Hasce conditiones singillatim memorat laudatus Pontifex in ea declaratione, quam Decreto nuper relato praemittit; utrasque conditiones in nostrae causae limine perpendi oportere solertissimus Censor opportune admonet, eumque in iis expendendis libenter sequimur.

Etsi nulla a testibus, nulla a nobis causa prolata sit, cur centum et sexaginta fere annorum mora inter Dei Famulae obitum et ordinarii Processus confectionem interiecta fuerit, non ideo tamen huiusmodi dilationem dolosam aut culpabilem dicere, vel doli aut culpae suspicionem ingerere fas est, quum ne verbum quidem nec signum, nec vola sive ex inquisitionis tabulis, sive ex aliis quibuslibet documentis de dolo malo, de fraude, de culpabili negligentia promatur. Notissimum et iuris adagium : " Dolus et culpa numquam praesumuntur „. Quod si omnibus iudiciis maxime valet in nostris potiorem obtinet auctoritatem, uti admonet Card. Petra

(ad Const. Apost. Tom. 3. pag. 93. n. 9) : " In hac materia Canonizationis nemo supponitur velle decipere, praesertim inter catholicos; hinc ***suspicio*** quae urgeat in contrarium eiusmodi sit necesse est quae Iure nostro ***vehemens ac violenta*** nuncupatur, quae nonnisi ex magnis, urgentibus vehementibusque argumentis, iisque manifestis, oriri ac constare adeo dilucide debet, ut Iudicis animum non impellat modo, sed cogat ad credendum, uti advertit Farinacius ***Quaest. Crim. 187, num. 36. Vehemens seu magna suspicio dicitur ea, quae nonnisi ex magnis, fortibus vehementibusque coniecturis et argumentis oritur.*** Et num. 43. ***Violenta dicitur suspicio quae Iudicem cogit et arctat ad credendum „.*** Ubinam quaeso sunt argumenta et vehementes coniecturae, unde ***violenta*** suspicio adstrui possit, quae sapientissimos Iudices nostros ad credendum de dolo, fraude vel culpa non modo impellat sed cogat? Etsi penitus laterent rationum momenta tam diuturnae cunctationis in hac causa promovenda, semper esset Animadversionis fraudolentae dilationis vel saltem culpabilis negligentiae manifesta indicia et argumenta proferre. Id apprime est consonum, etiam decreto Benedicti XIV, qui ait eiusmodi accusationem vindicandam esse ubi prius adfuisse constiterit. Ipse enim subsidiariae, qua nos in causa utimur, probationi locum facit, " ***quando tamen non constiterit primos auctoritate ordinaria Processus fuisse dolo malo aut culpabili negligentia tamdiu dilatos, donec testes de visu nulli superessent „.***

At nedum legum et doctorum auctoritas, sed etiam ratio dolum et fraudem excludit. Quodnam enim emolumentum obventurum nostrae causae a dilatione sperari poterat? Nullum sane a cunctatione emolumentum in hisce causis, in queis non restituitur cunctando res, sed magis pessumdatur ; quisquis enim qui dabitur annus, aliquid ex hominum memoria delet, probationum monumenta conterit. Quod vel ipsi duo Tesses, quos ad demonstrandum nullam in actis huiusce morae causam proferri nobis Censura obiicit plane intellexerunt: " Je regrettai amèrement, ita eorum alter, que l'on se fut préoccuppé sitôt après sa mort (nempe Servae Dei) de faire l'enquête canonique qui ***aurait permis de recueillir des faits précieux pour sa cause „.*** Alter vero inquit: " On était plutôt étonné que les Religieuses de Sainte Anne aient attendu si longtemps à pousser à la vénération de leur fondatrice, ***et laissé perdre des souvenirs précieux ...*** Non est itaque quod ad "causae commodum sese adlaborasse sperarent Sorores a S. Anna, quarum

erat fundatricis suae promovere causam, prolatando, quum hoc ipso maioribus obsitam difficultatibus et tenebris involutam eius pertractationem et exitum efficerent, praesertim quod, deficientibus testibus de visu, quatuor ad Beatificationem miracula leges exposcant. Qui ita ageret, quasi causae utilitati consulturus, non eum doli, negligentiae vel desidiae accusaverim, sed fere insanire reputaverim. Nullum igitur ne leve quidem ex diuturna cunctatione oriri potest dolosae vel culpabilis negligentiae argumentum.

Haec satis esse quisque videt ad quamlibet fraudis vel culpae suspicionem ab hac causa removendam, ne tamquam Benedictino indulto indigna perpetua silentii poena mulctetur. Idcirco possem impune declinare onus quod Censura imponit dum causas dilationis in medium esse proferendas edicit. Quoniam vero nihil mihi est antiquius quam ut Censurae desideriis obsequar, quatenus meae vires concedunt, libenter edisseram quidquid de huius cunctationis causis ad meam notitiam pervenit. Communis error, quo plures decepti rebantur haud licere de causis Servorum Dei agi, nisi quinquaginta elapsis annis ab eorum obitu, dilationis prima ratio et causa fuit. Probos multos prudentesque viros diu versatos esse in erronea interpretatione decreti Urbani VIII, quo vetitum fuit procedi ad disceptationem super virtutibus Dei Servorum ante lapsum quinquaginta annorum a pretioso eorumdem obitu, a Benedicto XIV edocemur, qui haec scribit : " ***Plerique et sane cordati viri rerumque experientia pollentes existimaoerunt, prohibitum esse in dicto decreto conficere processum aut auctoritate Ordinaria, aut auctoritate Apostolica, nisi post lapsum quinquaginta annorum a die obitus Servi Dei „*** (Lib. II, cap. ult. num. 2). Etiamsi vero erronea haec opinio de tempore, quo huiusmodi causas suscipi liceret, Ioannae filias ab eius causa suscipienda non esset remorata, Iansenii doctrinae ac motus, quae perdifficilem et incertam rèddidissent inquisitionem, prudenti cuique moram et cunctationem suasissent. Cuius temporis difficultates memorat etiam Testis XL VIH inquiens: " Je ne regrettai qu'une chose dès ce moment, c'est qu'elle (Dei Famula) fût morte dans le cours du 18ème siècle ***époque néfaste entre toutes, où on avait peur des Saints, et de tout ce qui touche à la vie surnaturelle et mystique „.***

Ceterum inficiari nequit causae nostrae ob temporum vicissitudines et calamitates id contigisse, quod multis aliis et insignibus accidisse huic Sacro Coetui compertum est. Nemo sane est rerum historicarum tam ignarus qui nesciat quanta publicae rei pertur-

batió, quanta religiosarum familiarum disiectio et eversio, elapsa saeculo et praesenti, Galliam universam et Ecclesiam funestaverit. Neque post tam saevam cladem diuturnamque procellam cuncta facile componi, et ad pristinum ordinem revocari potuerunt. Quare nil mirum si diu cunctatum est, antea quam ad huiusmodi provehenda negotia religiosae sodalitates mentem animumque converterent, deficientibus uti plurimum viribus, quibus causae pondus sustinere. Hasce veluti probabiles morae causas innuisse sufficiat, docente Benedicto XIV, quamlibet probabilem causam satis esse ad diluendam culpabilis dilationis notam. "***Postulatores*** (sunt eius verba) ***notam culpabilis dilationis*** feliciter ***propulsarunt ostendendo*** probabiles causas, ***propter quas tanto tempore Processus Apostolici constructionem distulerint*** „. Idipsum confirmat praxis constans Sacrae Congregationis, quae lenissime semper gessit in hac culpa aestimanda, quamvis Processuum confectio perdiu fuisset dilata. Et merito quidem, secus enim negligentiae eorum, qui causa» provehere possunt, poenas quodammodo luerunt ipsi Dei Famuli quorum sanctimoniam historia, traditio ac signa divina mirifice testantur atque praedicant.

Altera ex requisitis a Benedictino decreto conditionibus illa est, ut probationes subsidiariae sint ***in genere suo perfectae.*** Haud tales esse probationes, quibus instructi causam hanc tuendam suscipimus, contendit lectissimus Censor, et a testibus sermonem instituens, omnes rite rogatos esse fatetur, omnesque idoneos, et honestate praeditos non inficiatur. Quid ergo? " Testes toti sunt, inquit, in enucleandis quae in historiis iam consignata leguntur j de traditione vero a maioribus accepta ne verbum quidem habent „. Ne verbum quidem de traditione habent? Quid quaeso valent Testis I verba? " Depuis 30 ans que je suis Religieuse de S. Anne, j'ai entendu continuellement parler de la Servante de Dieu, ***surtout par les plus anciennes Soeurs. Quelques unes avaient vécu avec des Religieuses toutes voisines de la tradition primitive:*** toutes avaient entendu parler de Jeanne Delanoue, et toutes en parlaient dans les termes de la plus profonde vénération „. Num a maiorum traditione nihil accepit Testis II, nonagenario maior? Atqui ille ingenue professus est : " Je me rappelle>bien que ma grande mère ***née en 1735,*** avant la morte de Jeanne Delanoue, avait une grande vénération pour cette pieuse personne. ***Ma grande mère est morte en 1829, j'ai vécu avec elle 32 ans. Je lui ai entendu dire souvent*** que Jeanne Delanoue avait retiré du vice un grand.

nombre de jeunes filles, et se chargeait de leur procurer un travail „. Quid dicam de Teste XII, cuius haec sunt verba? " J'ai entendu parler de la Servante de Dieu par ma mère, qui m'en parlait comme d'une Sainte, ***par ma grande tante,*** religieuse de S.Anne et qui ***ne tarissait pas sur les vertus de la vénérable Fondatrice „.*** Consideret Censura, obtestor, verba Testis XVIII septuagenario maioris. ***Ma grande mère, née 14 ans seulement après la mort de Jeanne Delanoue, m'a parlé très souvent de la Servante de Dieu comme de la femme vertueuse par excellence.*** Dans ma carrière mouvementée ce souvenir là m'est toujours resté présent à la mémoire, ***et ce que j'entends dire maintenant dans mon âge plus avarice concorde avec ces souvenirs de ma première jeunesse „.***

Atque ad familiarem traditionem manifesto provocat Testis XX dum profitetur: " Depuis mon enfance j'ai entendu parler de la Servante de Dieu, ***surtout clans ma famille. Ma belle mère aimait à nous raconter ce que lui disait sa grande mère:*** Mes enfants, vous pouvez être fiers, et vous pouvez redire à vos enfants, que vous avez eu comme compatriote dans ce même quartier une véritable Sainte „. Graviora sunt verba Testis XXIV aperte declarantis: ***" Tout ce que je sais je le tiens de ma grande mère morte à 85 ans, après une vie toute de foi et de piété „.*** Neque minus gravia et aperta sunt quae a Teste XLIX habemus. "Né, inquit, dans la maison où est morte Jeanne Delanoue, j'y ai vécu jusqu'à l'âge de 1.2 ans, et je me souviens du parfum de sainteté dont Jeanne Delanoue remplissait notre maison et le quartier .Fenet. ***Ma grande mère tenait de son beau père, qui avait connu personnellement Jeanne Delanoue, les détails édifiants de sa vie.*** Dans notre maison, ce nom vénéré revenait souvent sur les lèvres „. Eamdem scientiae causam nempe familiarem et numquam interruptam traditionem significat Testis I ex officio vocatus. " J'ai entendu parler de Jeanne Delanoue dès mon plus bas âge, ***surtout par ma mère;*** son nom est resté mêlé à mes premiers sentiments, à mes premières émotions „. Hinc multa et paeclara quae de Ancillae Dei sanctitate a matre hauserat praefatus concludit : " Tous ces renseignements qu'elle aimait tant à me donner, ***elle les tenait elle même d'une de ses tantes, Mlle. Chapeau, presque contemporaine de la Servante de Dieu*** et renommée par sa piété „.

Hisce traditionibus addere oportet eas quas memorat tes. XXXV " Depuis que je suis religieuse, j'ai entendu maintes fois parler de notre vénérée Fondatrice surtout au temps de mon Noviciat, ***par***

deux de nos anciennes Mères. Elle avaient vécu avec des Soeurs contemporaines de Jeanne Delanoue, et elles nous répétaient toujours: Soyez dévouées comme Jeanne Delanoue „. Eadem habet Testis XLIV, XLV. Alios plures possem laudare testes, qui ad familiares traditiones vel ad antiquarum monialium testimonia provocant, sed eos libenter praetereo ; nam ii quos expendi satis nos certiores faciunt, nedum de traditione a maioribus accepta, sed etiam veteres huius traditionis, anulos ab Ancillae Dei coaevis descendentes et nunquam interruptos manifestant.

Haec omnia minime latebant sagacissimum Censorem, qui plane intelligens haud recte incusari testes in actis rogatos quasi notitias omnes ex historiis, nihil ex maiorum traditione didicerint, temperare accusationem festinat inquiens : " Utique non inficior testes quosdam aliqualem traditionem inter scientiae causas afferre; sed haec ipsa traditio generica prorsus est, atque *specificas* notitias iidem testes nonnisi ex historiis hauserunt,,. Nemo ut arbitror peculiaria iterum exiget, post ea quae superius retulimus, testimonia, quibus evincatur plures in actis occurrere testes, qui scientiam suam hauserunt ab iis qui cum coaevis Ancillae Dei colloquuti sunt, quippe non aliqualem et genericam traditionem inter scientiae causas indicant, sed traditiones domesticas et antiquarum monialium testimonia, queis annorum lapsus nihil adiecit vel detraxit, quum senes a senioribus, recentiores a natu maioribus perpetua serie, non vitiata vel interrupta, eadem accepissent. Illud praeterea, ceu antea vidimus, testes nostri praestare feliciter potuerunt, quod non semper in causis antiquis praestare queunt defensores, ut traditionis anulos, quibus rerum notitia ad ipsos descendit, tardique Ancillae Dei admiratores cum coaevis eiusdem sanctimoniae praeconibus coniunguntur, enunciarent ac describerent. Ecquid amplius desiderari potest, ut testes perenni traditione edoctos, et traditionem a testibus legitime probatam dicamus?

Inani labore, coacervatis pluribus processus locis, demonstrare adnititur Censura sagax *specificas* notitias nonnisi ex historicis testes hausisse. Etsi omnes qui a Censura laudantur testes ad interrogatoria de virtutibus , supernis donis ac sanctitatis fama, qua vivens floruit Ancilla Dei, sicce ac ieiune reposuerint se nihil scire, vel tantum id quod ex scriptis documentis acceperunt, ac idcirco, prout Censura insinuare conatur, flocci faciendi sint, levis iactura esset; scitum est enim in causis omnibus, praesertim antiquis, non omnes testes aeque locupletes esse, ac saepe aliquot occurrere,

e quibus perpauca licet excerpere. Quot hi tandem sunt universi? Puto octo et triginta. At etiamsi ex sexaginta sex hosce demas, supersunt octo et viginti, quorum ope causae pondus commode sustineri potest. Hi enim ***specificas*** notitias, licet in iure non requisitas, siquidem non de virtutibus, sed de fama disceptatur, non tam ab historicis quam a traditione maiorum accepisse aperte declarant, ut passim videre est in eorum responsis, ubi de virtutibus in specie disserentes saepe traditionem nominatim praeseferunt. Haud inficior hosce quoque multa ex lectione proferre; sed id causae non officit, quamvis de virtutibus in specie agendum foret, modo iidem ex utroque fonte, orali nempe et scripta traditione, scientiam deprompserint.

Nemo plane nos cogere poterat ut testes omnes historiae ignaros adduceremus, quum enim testes idonei afferendi sint, difficile, ne impossibile dicam, omnino esset eos reperire qui, licet multa per auditum et traditionem didicerint, neglexerint tamen inspicere scripta monumenta, et aliquid ab hisce depromptum in responsionibus non admisceant. Nonne in antiquis omnibus fere causis id usuvenire conspicimus? Non enim integrum probationis pondus a solis testibus auritis Legislator noster prudentissimus voluit sustineri; sed partem oneris historicis documentis attribuit. Sic enim docuit: " Quod virtutes et martyrium per ***historias et chronica*** probari valeant, si agatur de causis procedentibus per viam casus excepti ***vel de causis antiquis, in quibus propter temporis antiquitatem testes de visu haberi non potuerunt,*** facile dignoscitur. In causis quippe praedictis fit locus probationi subsidiariae, et in ***linea probationis subsidiariae*** suum sibi videntur locum vindicare debere ***historiae, et historica monumeuta.*** Additum fuit in superioribus, virtutes et martyrium in causis, de quibus modo sermo habitus est, historicis monumentis comprobari, sed iuxta modum explicandum. Hunc autem modum aperientes dicimus iuxta praxim Sedis Apostolicae ***testes de auditu, et de publica voce et fama*** historicis iniungendos esse, ut virtutes et martyrium probata dici possint ad effectum formalis Beatificationis in causis antiquis procedentibus per viam non cultus „. ***Bened. XIV, lib. III, cap. VII, num. 4.***

Ex quibus patet Censuram contra iuris praescripta et luculentam rei veritatem impugnare vim eius subsidiariae probationis, quae nobis ex testibus praesto est, ut legitime causam hanc tueri possimus. Nam exigi profecto nequit, ut omnes testes nominatim

singula facta enarrent quae historici dixerunt, aducientes iurantesque hoc a patre didicisse, illud vero rescivisse a matre, quae a maiori avúnculo fuerat edocta. Hoc ritu certe nulla inquisitio Apostolica vel Ordinaria confici poterit; sed illud unum requiritur, ut testes *de auditu et de publica voce et fama* historicis iungendi non desint. Hinc cum in causa nostra triginta et amplius testes adsint, qui fere omnes nedum ex publica voce et fama edocti ac instituti sunt, sed ex maiorum traditione, cuius anulos a Dei Famulae coaevis descendentes non pauci describunt, quumque eorum testimonia cum historicis plane cohaereant, satis plus habemus quam iura nostra requirunt. Neque est igitur cur solliciti simus de iis testibus, quos nihil faciendos Censura ducit, quod quaestionibus super virtutibus, supernis donis et fama sanctitatis, qua vivens enituit Dei Famula, satisfacere nequiverint. Nihilo secius hi quoque indefensi omnino deserendi non sunt.

Etsi nihil habeant de virtutibus, de supernis donis et sanctitatis fama Servae Dei in humanis adhuc agentis, non tamen ita despiciendi sunt, prout eos Censura iudicat. Etenim satis ampla et ipsi ediderunt testimonia (quod Censura sollers ne in dubium quidem adducit) de sanctimoniae et miraculorum fama, quae iugiter post Dei Famulae obitum viguit ac viget per traditionem ad nos usque provecta ideoque omnes optime causae suffragantur. Immo nimis audax eius opinio non esset, qui censeret ex hisce solis testibus plenam et legitimam confici posse probationem rei, dè qua in hoc iudicio controversia est. Ac sane, quidnam in hoc iudicio quaeritur? Reponit Benedictus XIV " *quod pro obtinenda signatura Commissionis non est necesse probari in specie virtutes et miracula (id enim reservatur ad aliud iudicium....), sed opus tantummodo est, ut virtutum atque miraculorum fama probetur* „. Rationem autem huius famae probandae tradens sapientissimus idem Pontifex ita docet: " *Fama sanctitatis erit a testibus bene probata, si alter ex eis deponat, se in certo loco audivisse populum loquentem ex. gr. de fidei virtute, aut de certis actibus fidei, cdter autem deponat se in alio loco audivisse populi multitudinem loquentem ex. gr. de virtute charitatis, aut de certis actibus charitatis* „.

Ratione itaque inspecta quam iuridica famae probatio confici potest, videamus quid de Ancilla Dei neglecti a Censura testes enuncient ac praedicent. Aiuíít hi fere omnes se audivisse maiores loquentes de Serva Dei non quasi de communi et vulgari muliere,

sed tamquam de viragine sanctimonia et miraculorum fama insigni. " J'ai toujours entendu, ait Testis TV, parler de la Servante de Dieu, Jeanne Delanoue, comme d'une personne d'une vertu et d'un mérite extraordinaires, comme d'une Sainte „. Similiter Testis V. " Par mes parents et par les personnes de mon entourage, j'ai entendu parler de Jeanne Delanoue ***comme d'une Sainte, j'ai entendu lui attribuer beaucoup de faits miraculeux „.*** Atque Testis XVI haec habet: " Elle a laissé après elle ***sa réputation d'une Sainte, surtout pour la charité incroyable „.*** Itemque Testis XIX: " J'ai entendu toujours vanter tout spécialement sa charité et son humilité; et on disait: ***II n'y en aura jamais de comme elle „.*** Fusius Testis XL VII: " Pendant toute ma jeunesse j'ai entendu ma mère et ses amies parler de Jeanne Delanoue avec la plus grande vénération. Elles redisaient sa charité inépuisable, elles nous racontaient comment elle donnait sans compter, sans regarder s'il y avait quelque chose pour le lendemain, pleine d'une confiance absolue dans la Providence qui ne lui fit jamais défaut. Et en parlant de sa charité, ces pieuses femmes ***entendaient parler de toutes les autres vertus, et elles résumaient leur pensée entière sur Jeanne Delanoue, en disant d'elle: c'est vraiment une Sainte „.*** Ne taedio legentes praeter necessitatem afficiant, alia id genus testimonia praetereo ; ii enim quos adduxi testes quidpiam maius adstruere videntur, quam quod iura nostra ad assequendam Commissionis signaturam requirunt. Nam quum satis fuisset quosdam afferre declarantes se in certo loco audivisse populum loquentem de una vel altera virtute Servae Dei, aut de certis eiusdem virtutis actibus ; nemo non videt quam gravius et luculentius sanctitatis fama comprobata sit a nostris testibus, qui manifesto declarant maiores suos nedum virtutes Dei Famulae celebrasse, sed etiam maxima existimatione nomen et memoriam illius esse prosecutus, ipsamque uti sanctam ab omnibus iugiter fuisse habitam. Ergo non sum audacia arguendus, si dixi legitimam ac necessariam probationem ex solis hisce testibus confici in praesenti iudicio posse.

Quod si tanta vis est probationis in testimoniis, quae Censura quasi praetereunda putavit, quantam vim inesse dicemus eorum dictis qui ex oralis traditionis fonte depositiones suas magna ex parte hauserunt? Perperam Benedicti XIV locus affertur, ut evincatur causam nostram inter eas esse recensendas, in quibus maior vis historicorum auctoritati quam testibus tribuitur. Si testes cuncti in omnibus depositionibus mutuati essent scientiam suam ab histo-

riae scriptoribus, plane fateri oporteret eos nonnisi adminicuK loco haberi posse, iuxta ea quae tradit Benedictus XIV. Atqui in causa nostra non pauci quidem fuere testes, qui de Ancillae Dei virtutibus se nihil scivisse declararunt praeter ea quae ex lectione didicerunt, sed iidem de sanctitatis fama et miraculis multa retulerunt ex maiorum traditione accepta; alii vero plures reperiuntur, qui licet historias lectitarint, tamen cum ***scientiae causam reponant in communi et continuata jama a suis maioribus fide dignis ad ipsos transmissa,*** et saepe in virtutibus enarrandis traditionem praeseferant, parem vim et auctoritatem cum probatis historicis sibi vindicant, aequalem que probationem constituunt. Expendant Patres E ini ea qua assolent religione ac diligentia Summarii tabulas ; inquirant in scientiae fontes, in virtutes singulas, et ipsi dicant, ipsi iudicent utrum reapse diuturna temporis mora, quae aetatem nostram ab illa Dei Famulae separat, specificas cuiusvis generis virtutum probationes in hisce causis requisitas deleverit.

A testibus ad historica documenta digrediens solertissimus Censor, postquam haec diligenter adnumerasset, unum prae ceteris omnibus maximo in pretio habendum esse declarat, Commentarium nempe vitae Dei Famulae, vix transactis sex aut septem annis ab eiusdem obitu, auctore Sacerdote Céver Andegavi typis editum, anno videlicet 1743, cuius vestigiis recentiores historici se instituisse fatentur; hinc de uno Céver quaerendum esse edicit. Libenter et nos cum Censore Amplissimo quaestionis limites ad hoc unum Commentarium coarctamus, reliqua in gravius de virtutibus certamen reservantes, quippe nulla modo necessitas nos impellit nec suadet ad alia documenta confugiendi, cum ex uno Céver opere talia emergant, quae traditione coniuncta plenam ac perfectam de fama sanctitatis Servae Dei probationem conficiant. " De tous les Historiens de Jeanne Delanoue, ait Testis LXIV, Céver est incontestablement celui qui a la plus d'autorité, il est même sous ce rapport, tout-à-fait hors ligne „. Quoniam vero idem Céver, praeter Commentarium typis vulgatum, codicem alterum exaravit, ubi sermones et materna monita ex Dei Famulae ore ab eiusdem sodalibus accepta digessit, quumque huius codicis exemplar a Teste mox laudato confectum ab eodem cum aliis documentis ad suas confirmandas depositiones exhibitum fuerit, religiosissimus Fidei Vindex, antequam ad praecipuum opus expendendum gradum faciat, animadvertit, obiter quidem, praefatum exemplar pro legitimo haberi non posse, utpote proprio marte a Teste confectum absque ullo S. Tri-

bunalis mandato, cuius tantum fuisset alicui iurato scribae munus demandare exemplum conficiendi, quod postea, audientibus et probantibus Iudicibus et Promotore Fiscali, in Processum inseri debuisset. Verum nemo non videt ac intelligit, hasce iuris solemnitates ea dumtaxat respicere documenta, quorum fides incerta atque ambigua videri posset, quaeque ad probationes coadiuvandas uti plurimum Postulatores in acta inseri exposcunt; minime vero ad documenta pertinere a iuratis testibus ex aliquo privato archivio vel probato auctore deprompta et ad suas depositiones explanandas vel confirmandas exhibita. Nam si fides plena adhibenda est testium responsionibus coram S. Tribunali prolatis, iisdem plena fides quoque debetur quum eodem in loco documenta in illarum confirmationem exhibent, quae authentica esse declarant, quaeque veluti depositionum pars et implementum habenda sunt. Quum itaque Testis LXIV quaedam protulisset documenta " ***pour confirmer mes dépositions*** „ uti ipse professus est, quumque declarasset memoratum codicem inter alia documenta exhibitum in omnibus concordare cum antiquo exemplari, quod in principe domo Sororum a S. Anna asservatur, et huius concordantiae rationem reddidisset inquiens: " ***j'ai collationnée moi-même ligne par ligne et mot par mot sur l'ancien exemplaire, l'unique, que les Soeurs gardent précieusement à la Maison Mère*** „, ecquis iuris solemnitatum defectum obtendet ne documenti collatio uti fideliter peracta et certa habeatur? Novum et inauditum foret spectatissimi huius Testis depositionum partem excipere et partem repudiare ; omnia enim iura proscindi testimonia vetant.

Sed iam quae sit historici Céver auctoritas videndum. Certo non constare num is revera Commentarii auctor sit, cum auctoris nomen in opere desideratur, in primis adnotat Amplissimus Censor; ac paullo deinceps, expensis fontibus unde idem auctor notitias hausit, etiam harum notitiarum, quas uteris consignasse traditur Soror Maria Laigle, intima Dei Famulae sodalis, incertum esse auctorem dicit, quum eius nomen in antiquis monumentis, numquam typis vulgatis, desideretur. Supervacaneum non erit heic ea recolere quae ad rem tradit Praeceptor noster. " Quaeres secundo an auctoritate destitutum censendum sit opus referens virtutes aut Martyrium alicuius Servi Dei vel Beati, ***si ignoretur a quo scriptum sit, swe deinde opus praedictum fuerit typis impressum, sive semper manuscriptum in Bibliothecis, aut archiviis tempore praeterito delituerit***„. Atque expositis hinc inde sententiis,

eam amplectitur quae documentorum valorem tenet, licet eorum actoris nomen ignoretur, licet ea nunquam edita praeterito tempore in bibliothecis vel tabulariis delituissent. Eamque esse huius Sacri Ordinis disciplinam et praxim demonstrat ac perbelle illustrat exemplis. " Profecto, quando in Sacrorum Rituum Congregatione agebatur (sic Pontifex sapientissimus) de virtutibus S. Iulianae de Falconeriis, et de Martyrio S. Ioannis Nepomuceni, ***ipse tamquam Fidei Promotor inter caetera opposai, contemporalibus monumentis fidem praestandam non esse, quod auctorum nomina ignorarentur : eademque oppositio facta ast ab Archiepiscopo Philippensi Fidei Promotore,*** dum in Sacrorum quoque Rituum Congregatione agebatur de virtutibus Beati Ioannis Cantu. ***Sed ab ipsa Sacra Congregatione oppositio haec neglecta fuit,*** utpote vindicata a Postulatoribus monumentorum sinceritate atque ostensa eorum gravitate, ita ut nihil suspicione dignum in eis reperiri potuerit. Novum etenim non est, a viris piis et eruditis, praeteritis saltem temporibus, vitas Confessorum et passiones Martyrum fuisse conscriptas, minime apposito nomine Auctoris; quae forte numquam typis editae fuissent, si eas edendi curam non suscepissent socii Bollandiani, et tot alii eruditi viri, qui similibus suam operam praestiterunt „.

Ex hisce manifesto liquet scriptoris auctoritatem minime nutare, si eius nomen ignoretur, modo eius scientia atque probitas in comperto sint. Verumtamen incertum vel ignotum esse auctorem Commentarii, de quo agimus, dicere nolumus ; etenim antiqua et constans traditio passim ab historicis confirmata aperte docet non alium fuisse illius Commentarii scriptorem quam ***" M. Céver, Aumônier des Dames du Calvaire de Chinon „*** , quemadmodum etiam asserit Testis LXIV nedum orali traditioni innixus, sed certior factus " ***par une petite note „*** quae reperitur " ***à la suite de V Epitre dedicatorie sur la copie manuscrite des Soeurs de la Providence, qui nous apprend que V Auteur du Discours est M. Céver „.*** Hoc ipsum confirmatur ab altero Ancillae Dei historiógrafo A. Macé, qui item declarat: " ***Une copie manuscrite, qui porte la date de 1741, nous apprend que V Auteur était Aumônier des Dames du Calvaire de Chinon, et se nommait Céver „.*** Idem vero Test. LXIV, qui primigenia monumenta, quibus in texenda Dei Famulae historia usus est presbyter Céver, suis inspexit oculis accurateque expendit, licet candide fateatur, ceu in Animadversione relatum est, " Le nom de Marie Laigle n'est point écrit après le titre initial „ :

tamen hanc sententiam depromere non dubitavit: " ***Mais la tradition qui est le témoin par excellence ne permet pas le moindre doute „)*** prouti etiam testatur hodierna Antistita Generalis Sororum a S. Anna, a qua haec habemus: " J'ai lu les manuscrits conservés à la maison mère, et ***qui ont toujours passé pour l'oeuvre originale authentique de Marie Laigle,*** assistante et confidante de Jeanne Delanoue, et après elle, seconde Supérieure de la Congrégation „. Gravia et plura argumenta affert Testis superius laudatus ex scribentis locutionibus, scientia ac aetate ut plurimum petita, ex quibus illud invicte ostendit, quod constantissima traditio docet. Ex multis hoc unum adducere sat est. ***En comparant son écriture avec la signature de Marie Laigle au Registre des actes d'association on constate l'identité,*** seulement on vit que la transcription des Notes a eu lieu vers l'époque ou l'âge et le travail manuel avaient alourdi la main de l'auteur, ce qui est assez sensible dans la série des signatures successives apposées aux actes d'association par la Soeur Marie Laigle „. Ceterum quamvis mihi imperitissimo hunc Sacrum Coetum docere non liceat quantum auctoritatis in rebus domesticis sibi vindicet familiaris traditio, animadvertere tamen licebit antiquitatis monumenta, de quibus loquimur, ideo in religiosae sodalitatis a Dei Famula institutae tabularla veluti pretiosum mnemosynon asservari, quod a Maria Laigle, quae parentis amantissimae familiaritate et consuetudine usa fuerat, conscripta. Iamvero quum haec traditio ab eius coaevis ad antiquas moniales descendent, et apud recentiores viguerit semper et vigeat nunquam interrupta, videmur et nos dicere posse cum eodem Teste LXIV: " La tradition certaine, constante, ininterrompue d'une Congrégation religieuse qui ne date que d'un siècle et demi, et qui montre un grand attachement à -son Institut et à ses origines, est une preuve irréfragable de l'authenticité de cette collection de Notes sur la Fondatrice „.

Hisce constitutis, quae non ad causae necessitatem, sed ad pleniorem perspicuitatem et muneris nostri perfunctionem pertinere Patres Emi facile dignoscent, propius videre oportet quantam historico Céver fidem et actoritatem ipsius probitas ac scientia concilient. Sacerdotii dignitas qiia erat insignitus, munusque ipsi concreditum, erat enim ***Aumônier des Darnes du Calvaire de Chinon,*** indubia praebent de eius honestate et gravitate argumenta. Quae scriptoris dotes perspicue etiam elucent ex praefatione, quam idem operi praemittit, et cuius laciniam nobis legendam offert humanis-

simus Censor, quibusdam adnotatis verbis, quibus perperam scribentis auctoritatem in dubium posse adduci autumat. Rogatus enim ille a Dei Famulae sodalibus, ut opus biographiae conscribendae suseiperet, difficultates non paucas eius mentem occupasse, quae ipsam haesitantem efficiebant, candide fatetur, easque ita pereenset: " ***L'appréhension de n'y pas réussir, que mon insuffisance m'a dû inspirer,*** le peu de connaissance que j'ai par moi-même de ses actions, ne l'ayant vue que deux ou trois fois, et encore fort peu de temps à chaque fois, la confusion, que j'ai remarqué dans les mémoires extraordinairement longs, que vous m'avez présenté, et qui ne pouvoient guère être autrement, puisque vous ne les avez récueillis qu'après sa mort, et que de votre aveu, son humilité la porta un jour à faire brûler ceux qu'elle découvrit que vous écriviez pendant sa vie „. Mox vero subiicit: " ***La peine que je considerois qu'il J'audroit prendre, par conséquent, pour mettre en son lieu chacun des faits, placés sans ordre ni distinction, et pour distinguer ce qu'il falloit dire, d'avec ce qu'il falloit omettre, toutes ces choses, je l'avoue jointes au peu de loisir que j'ai, m'ont d'abord un peu rebuté et fait hésiter si j'entreprendrais un ouvrage dont l'exécution me paroissoit difficile „.*** Ex hisce manifesto deprehenditur causas potissimas quae scriptorem a negotio suscipiendo haesitantem detinebant in ipsius animo resedisse, qui se operis magnitudini imparem censebat, seque imperitum profitebatur. Quare eximia eius sinceritas, humilitas atque prudentia nihil celare, nihil temere aggredi sibique nihil arrogare volentis, demiranda maxime sunt, quae pignus et securitatem firmissimam praebent eumdem in perficiendo semel suscepto opere omnem contulisse curam, eaque omnia quae in eodem opere continentur plenissimam sibi conciliare fidem.

Ut vero quisque tutiori sententia iudicare valeat utrum historicus Céver eam mereatur fidem et auctoritatem, quam probatissimo scriptori et certa rerum scientia praedito tribuendam esse iura nostra decernunt, nonnulla adhuc in facto declarare et in aprico ponere praestat. Atque in primis alterius epistolae partem afierre iuvat Commentario praepositae, per quam auctor opus dicatum voluit. ***A Monseigneur l'Illustrissime et Reverendissime De Vaugirauld Evêque d'Angers.*** En epistolae exordium. " Monseigneur, J'ai entrepris de satisfaire au désir de vos Filles en Dieu, les Servantes des Pauvres, les Soeurs de la Maison de la Providence de Saumur, en décrivant les faits les plus remarquables, et les vertus

de leur Mère et Fondatrice la Soeur De La Noue, ***décédée U y a quelques années. L'estima que j'auois déjà conçu du mérite de cette pieuse Fille, et l'utilité que j'ai pensé que plusieurs pourraient retirer de la lecture de tant d'exemples édifians, me Vont fait entreprendre. Ce n'a pas été d'abord sans quelques difficultés, que je m'y suis déterminé; mais plus j'ai approfondi les traits de sa vie, tels que je les ai trouvé couchés dans les Mémoires qu'on m'a fourni et dont je n'avois nulle connaissance auparavant, plus j'ai été persuadé qu'il ne fattoli priver le Public de la lecture d'une vie, dont il tirera de plus grands avantages que je ne pensois d'abord*** „. Haec plane demonstrant, si qua difficultas ob causas, quas vidimus superius, in negotio suscipiendo haesitantem scriptorem detinuit, eam, vix expensis monumentis, ab illius mente penitus exulasse, et nullam unquam dubitationem de veritate factorum, quae ab ipsomet enarranda erant, eiusdem animo haesisse.

Praeterea idem auctor rationum momenta breviter attingens, quibus gratum acceptumque religiosissimo Antistiti opus suum futurum fore censebat, in praefata epistola sic pergit: " Si je m'arrête à la personne qui fait le sujet de mon ouvrage, je suis déjà assuré de la grâce que je vous demande, Monseigneur. ***U estime et la vénération qu'elle s'est attirée pendant sa vie, de la part des gens de bien,*** non obstant les plaintes et les contradictions que ses vertus même lui ont attirées, de la part de ceux qui ne jugent des choses qu'en mondains et suivant la prudence de la chair, la fermeté avec laquelle elle a toujours demeuré dans la Foy Catholique, et dans l'obéissance entière à toutes les décisions des Pasteurs légitimes, malgré les différentes tentations auxquelles elle a été exposée de ce côté-là. Le grand cas qu'en a fait feu Monseigneur Poncet De La Rivière, votre illustre Prédécesseur, lorsqu'après une longue conférence qu'il eut avec elle, il lui permit de suivre son ancien régime, et sans rien rabbatre de ses austérités qu'il vouloit modérer d'abord; témoignant par-là, qu'elle n'agissoit que par l'esprit de Dieu, et qu'il ne falloit pas s'opposer à sa sainte volonté. ***Le cas qué vous avez fait Vous-même, Monseigneur, de cette vertueuse Fille,*** tout le temps qu'elle a vécu sous votre conduite. Enfin la paternelle protection dont vous honorez encore les Filles de la Communauté, qui est le fruit de son zèle, de ses prières, de ses larmes et. de sa sainte vie, et l'approbation autentique que vous avez donné à la règle, sous laquelle elles vivent. Toutes ces cho-

ses, Monseigneur, me sont autant de sujets d'assurances, que vous ne réfuserez pas non plus d'approuver et autoriser le Livre qui contient le récit de la vie et des vertus de cette bonne Eille. Il n'y a plus qu'une chose qui pourroit empêcher ou retarder la protection que vous aviez d'ailleurs tant d'inclination de lui donner, ***c'est le peu mérite de son Autheur qui ne vous est guère connu, et qui ne peut souffrir que son nom paroisse à la tête du Livre. La bassesse de son stile, bien des fautes que vous pourrez remarquer dans sa narration. Je préviens en partie les difficultés, en vous envoyant cette Histoire manuscrite, et*** vous suppliant de la faire corriger, et d'y faire ajouter ou en retrancher tout ce qu'on voudra, ***soumettant le tout d votre jugement et décision „.***

Iamvero si conscientiam tutam et certam persuasionem factorum omnium laudatus scriptor non habuisset, ob maximum quod Episcopo suo profitebatur obsequium ac reverentiam nequivisset illorum narrationem eidem religiosissimo Antistiti exhibere, ut eius nomine et auctoritate communita in vulgus ederetur. Eacile enim scientissimus Praesul in rebus sibi notissimis illam minus veridicam deprehendere valuisset, eamque utpote veritati haud plane consonam, aut nunquam suo nomine communitam typis tradi sivisset vel a se revisam ante et emendatam. Quare nec factorum certam scientiam, nec probitatem aut prudentiam historico Céver defuisse dicamus oportet, eique veracitatis laudem ac plenissimam fidem nonnisi per summam contradictionem posse denegari, quemadmodum multa paucis complectens scite ac graviter animadvertit Testis LXIV. " Un livre (inquit) ne saurait avoir des sources plus sûres et un contrôle plus exact. ***Ecrit par un contemporain, immédiatement après la mort de la Servante de Dieu, et sur les mémoires des témoins les mieux informés et les plus autorisés; révisé par l'Evêque diocésain témoin oculaire lui-même, et du reste l'un des Prélats les plus sages et les plus saints de l'Eglise d'Angers;*** imprimé par la volonté et par les soins des Soeurs de la Providence; ***publié au moment où vivaient presque autant de témoins oculaires, que Saumur et les environs comptaient d'habitants; admis par tout le monde sans qu'on trouve une seule trace de réclamation au siècle dernier ; cité de confiance par tous les Auteurs, même libres-penseurs,*** avant que M. l'Abbé Macé eut écrit son Hvre cent ans après (1845), ***l'ouvrage de Céver satisfait aux exigeâmes les plus rigoureuses de la certitude historique „.***

Iure igitur meritoque asserere possumus, Dei Famulae vitae

commentario ab historico Céver exarato maximam probationis vim inesse, docente iuris nostri Conditore, *primum fidei et auctoritatis pondus deberi Historicis, qui res scripserunt, quibus interfuerunt* vel ab eis qui viderant, audiverunt, *dummodo tamen Historici probi fuerint prudentesque, et ideo fide digni* Bened. XIV lib. III cap. VIII. num. 10. Ingenue enim fatetur humanissimus Censor, Dei Famulae Sorores, vivente adhuc earum parente, quae in illa suspiciebant quotidie litteris mandasse; scitum autem est historicum Céver rerum ab ipsomet narratarum notitias ex purissimis hisce fontibus hausisse, opera et studio Sororis Mariae Laigle comparatis quae diu Servae Dei comes et secretorum custos fidelissima fuit, et de qua audire praestat Testem LXIV. " Entrée à la Providence des 1706, devenue des 1712 la confidente et comme la Supérieure de sa Supérieure, la Servante de Dieu restant toujours auprès d'elle pendant 30 ans consécutifs sans l'abandonner jamais, l'observant avec une vigilante admiration et fixant ses souvenirs dans ses notes quotidiennes, *la narratrice a vu et entendu immédiatement ce qu'elle raconte*, comme elle le rappelle, du reste, à chaque instant dans ses mémoires. *J'ai vu... c'est elle même qui me l'a dit... elle me faisait l'honneur de me communiquer...* etc. Tous les faits extérieurs racontés par elle étaient connus et confirmés par les autres Soeurs „. At nedum antiquas moniales, sed et iuratos testes habemus affirmantes narrationem ab historico Céver exaratam traditioni plane esse consonam et ab omnibus uti veridicam haberi, contradicente nemine. Oportet igitur receptos omnes iuris et criticae canones susdeque vertere, si quid fidei et auctoritatis praefato Commentario detrectare velimus, tradente Benedicto XIV: *"In rebus antiquissimis viventium memoriam excedentibus fidem esse historicis adhibendam, si his antiquitus a maioribus adhibita fuit; et hanc quidem regulam sibi vindicare locum etiam in Causis Beatificationis et Canonizationis „.*

Neque fidem et auctoritatem quam aetates omnes, quae ab edito opere defluxere, eidem concordes tribuerunt ac testatae sunt, infirmât aut convellit Censura sagax dum it quaedam in Mariae Laigle commentariis, unde Céver notitias in opus suum deriva vit, narrari asserit quae haud credibilia videntur. Ecquis enim in historia et archeologia aliquantisper versatus inficiari poterit, Graecos aliasque ethnicas nationes Iovi tamquam supremo numini cultum exhibuisse? Si quis hoc neget, nullis sese unquam uteris imbutum ostendit. Quid vero dixeris si idololatrici et universalis illius

cultus existentiam quispiam ideo infirmari contendat, quod multa quae de love traduntur partim sint minus certa, partim fidem omnem exsuperent? Anne falsum est illum pro numine fuisse habitum, quia neque Cretae genitus probatur, nec caprae Amalthaeae traditus alendus, neque inter Corybantes educatus, neque in taurum vel cycnum conversus, ut Europam aut Ledam illuderet, neque Iunonem uxorem duxerit, nec gigantes debellarit? Anne minus verum est Romulum Quirinum tamquam Deum praesentem ac tutelarem Romae a vetustissimis patribus nostris fuisse adoratum, eo quod nec Martis filius fuerit, nec lupa nutrice usus, nec vi compellat! voti ad Iovem Statorem Sabinos profligarit, nec inter procellas ad sidera inter superos erectus? Si in suspicionem vocandi essent quotquot historici facta describunt quae legentibus minus vera aut inusitata videri possunt, omnibus Sanctorum historiis cogeretur Censura denegare fidem, et eo magis quod mirabilia multa in iisdem enarrantur, quae nedum inusitata sed omnino incredibilia a profanis censentur: qua öane ratione nulla commodior occurreret aut expeditior ad omnem vim antiquis praesertim historiis adimendam. Si raptus, visiones ac revelationes quae de Ancilla Dei in praefatis commentariis narrantur, veluti nova et insolentiora habenda forent, num ideo etiam cetera omnia nutarent, quae de eiusdem vita et rebus ab ipsamet praeclare gestis in iisdem commentariis recensita sunt?

Gratulari tamen oportet, rationalistas iudices nos minime habere, qui id tantum admitti praedicant, quod in puro putoque naturae ordine fieri ab homine potest. Ecquid enim tam insolens in Mariae Laigle commentariis de Ancilla Dei relatum est, quod illis fidem potius adimat quam conciliet? Charitatis officia erga afflictos et egenos vix exercere magno animo susceperat Dei Famula, dum mira visione recreata est, cuius integram narrationem ex. ipso contextu deprompta Patrum Emorum oculis subiicimus. " Le lendemain de la Fête de Dieu, elle tomba dans une extase ou ravissement : elle y fuit trois jours et trois nuits sans boire ni manger... Elle fut ravie en esprit où il lui fut dit: Venez donc avec moi, que je vous présente à la Reine du Ciel, je lui ai présenté toutes les filles de ce ressort, elle n'a pas voulu en accepter aucune, il n'y a plus que vous à lui présenter. Elle fut conduite à cette grande Reine du Ciel qui vient au-devant d'elle et l'embrassa et lui dit : Voilà, voilà celle que je fais chercher depuis longtemps, et lui fit prendre place auprès d'elle, elle lui témoigna l'aimer beaucoup et

ensuite cette Reine disparut. Elle retomba dans une profonde vallée où elle vit l'enfer ; il lui fut dit de passer par-dessus, ce qu'elle fit avec bien du travail; elle se sentait très pénétrée de voir tous ces damnés; elle... voyait une grande plaine de champ et entre les sillons, qu'elle passait par-dessus, elle voyait ces malheureux damnés, et après avoir passé sur tous les dits sillons où l'enfer lui paraissait être, elle tomba dans un endroit où elle vit quantité des personnes qui étaient comme des bêtes dans les tanières; elle fut portée d'aller l'es retirer de ce pitoyable état où elle les voyait réduites. II se trouva des hommes à l'entrée de ces cavernes qu'elle pria instamment de lui venir aider à retirer ces pauvres gens; mais ils ne firent que se moquer d'elle; elle se trouva transportée et voulut en aller chercher d'autres pour lui aider à les retirer. En ce moment, trouva toutes celles qui ont été associées, toutes les premières avec elle ; elle les pria de venir lui aider à retirer ces pauvres gens qui s'allaient perdre; ils la regardent tous sans vouloir lui aider: la plus jeune de tout se moqua d'elle et notre S. Delanoue transportée de zèle lui mit une épée dans le côté et la laissa là. ***Elle connut dans cette extase tout ce que le Seigneur demandait d'elle, tant pour la charité qu'elle devait avoir pour les pauvres, tant pour le temporel que pour le spirituel et la grande perfection où il la voulait par ce grand dénument d'elle-même.*** La S. Vierge se rapparut à elle et lui présenta un rosaire et un à Monsieur Genneteau (qui erat eius Confessarius) : l'un et l'autre eurent de peine à y atteindre et la S. Vierge leur dit: Ceux qui atteindront à ce rosaire auront la grâce. Monsieur Genneteau y attint le premier et notre S. Delanoue ensuite... ***Après cette extase, elle dit que Dieu voulait qu'elle menât un autre régime de vie; notre Soeur a bien correspondu aux desseins de Dieu : elle a entrepris avec une grande fermeté, une charité sans bornes, remplie d'un amour de Dieu, avec une foi vive que personne ne pouvait comprendre. Notre Soeur fait tout ce que Dieu lui a fait voir ce qu'elle devait faire au sujet des pauvres et son régime de vie qu'elle devait faire pour acquérir toutes les vertus que Dieu lui avait promises „.***

Solus hic visionis exitus satis evincit, eam haud esse incredibilibus accensenda, siquidem Card. Bona docet huiusmodi visiones, quas imaginarias vocat eo quod in rerum imaginibus seu figuris consistunt, veras esse " ***secundum ea quae spiritualiter et mystice significant, non secundum existentiam; neque enim verum est quod***

revera sint in coelo boves, leones, aquilae et alia huiusmodi quae scribit Ioannes se vidisse; sunt tamen virtutes et mysteria quae per illas figuras designantur* „.** Quum itaque constet in ea visione clare Dei Famulam perspexisse genus vitae, ad quod divinitus vocabatur, Congregationem ab ipsamet condendam, primas Instituti sodales et alia idipsum spectantia; quumque exinde animum et incitamentum maximum sumpserit ad sanctum urgendum propositum, seque totam divino famulatui et egenorum solamini mancipaverit, eccur visionem illam quasi incredibilem repudiandam dicemus? Utitur hisce modis Deus, ut amorem suum animabus sibi dilectis ostendat, easque ad sui amorem vehementius incendat. " ***Quia si caeco, scribit S. Gregorius, ***si longe a Deo posito cordi sermo divinus voce propria ac voce divina loqueretur, non caperet; per quaedam aenigmata misericorditer monet et revocat, et per res notas latenter ei amorem rerum non notarum insinuât* „.**

Sane si hoc visionis genus quasi absonum vel incredibile repudiandum foret, uti insinuare videtur Amplissimus Fidei Vindex, multa etiam quae in historia vitae S. Catharinae Senensis, S. Theresiae, S. Mariae Magdalenae de Pazzis, S. Rosae Limanae, S. Veronicae de Iulianis, B. Margaritae Mariae Alacoque memoriae prodita sunt, atque fidelium admirationi proposita pie ab iisdem creduntur, repudianda erunt atque improbanda. Numquid harum virginum aliarumque complurium historias ignorare se, aut oblitum esse fingit sapientissimus Censor? Innúmera afferre possem exempla ex sanctarum virginum historiis deprompta, atque luculenter ostendere revelationes id genus, visiones atque raptus haud dissimiles ab iis, quae in Mariae Laigle commentariis de Ancilla Dei leguntur, frequenter in illis occurrere ; sed omnia praetereo, ne Patrum Emorum patientia abuti videar absque ulla rei necessitate, docente Benedicto XIV: " ***De qualitate revelationurn non in hoc iudicio agendum, sed tantum quando proponitur dubium de virtutibus. Tunc scilicet onus est Fidei Promotoris strictim perpendere qualitates eius, cui apparitio, visio aut revelatio facta est, earumque modum et effectus inde productos*** „. Patet igitur eiusmodi narrationes historici veracitatem eiusque probitatem minime laedere aut obscurare posse, praesertim si ex Dei Servorum ore, uti in specie nostra, acceptae sint, tradente laudato Pontifice : " ***absonum profecto esset fidem non praestare his quae Servi Dei de seipsis retulerunt* „ :** easque potius luculentum praebere argumentum de eximia scriptoris sinceritate, quippe qui illas impune reti-

cere valuisset. Vindícate- itaque a censoriis conatibus universo probationum instructu, quo huius causae moles sustinetur, modo est videndum an exinde ea conficiatur famae demonstratio, quam iura nostra requirant.

CAPUT III.

De Fama Sanctitatis.

Late admodum patuisse et patere famam sanctitatis, qua duobus ferme abhinc saeculis nomen et memoriam Dei Famulae inclaruit, implicite fatetur vel ipse humanissimus Censor, qui de eius amplitudine ac perseverantia nullum certamen iniicit, et universae disceptationis fines ad eiusdem expendendam originem coarctat. Purum ac legitimum haud esse fontem, unde haec sanctimoniae fama defluxit, videlicet non ex virtutum praestantia, sed ex supernis muneribus, quibus ditata apparuit Ancilla Dei, hanc famam ortum duxisse ostendere adnititur egregius Contradictor, afferens verba Testis I aientis: " Les fidèles l'avaient en telle odeur de sainteté, que d'après son premier Historien on coupait des fragments de ses vêtements et on les conservait comme des reliques „. Non ii profecto sumus qui inficiari velimus huiusce sanctimoniae famam haud exiguum suscipere potuisse incrementum, licet ex actis id inferri nequeat, a supernis charismatibus quae in Dei Famulae vitae commentario descripta reperiuntur; hoc nostrae non officeret causae, sed eidem prodesset, quum scitum sit huiusmodi dona in Servis Dei, quorum virtutes aliunde probentur, *verum signum esse singularis favoris et divinae dilectionis, datumque intuitu illius vitae, et ad eius sanctitatem evulgandam;* sed praecise negamus supernaturalia dona ex imaginario Dei Famulae Sororum commento, ceu Censura scribit, in vulgus edita in causa fuisse, cur Ancilla Dei uti sancta haberetur. Numquid omnes istius sodales aures tantum habebant, quibus narrationes de illius visionibus et supernis revelationibus exciperent, et oculis non utebantur, queis eiusdem integritatem vitae et christianarum virtutum repetitos actus inspicerent? Numquid in commentariis, quae laudat Animadversio, caelestia dona dumtaxat relata sunt, non vero virtutes quibus exornata ad obitum usque refulsit Dei Famula? Ecquomodo igitur dici potest, ea legentes non ob vitae integritatem et virtutum praestantiam, sed tantum ob supernorum munerum copiam in eius sanctitatis opinionem venisse?

Verba Testis I superius relata non ita sane intelligenda sunt, quasi per ea asseri voluerit, Dei Famulam ante eius commentarii editionem sanctimoniae fama haud floruisse ; secus totum illius testimonium veluti sibi aliisque cunctis refragans ahiiciendum omnino foret; nam idem Testis de sanctitatis fama, qua vivens Ancilla Dei fruebatur, aperte testatur: " Ce que je sais sur ce point par tradition, c'est que ***ses Sœurs la vénéraint comme une Sainte „*** ; loquens vero de illius pretioso obitu inquit: "***Iljallât retarder d' un jour ses funérailles pour satisfaire la piété des fidèles „.*** Ex quitus plane intelligitur Dei Famulam, longe antequam eius vitae commentarium vulgaretur, nedum apud Sorores sed etiam penes populum sanctitatis opinionem obtinuisse, quemadmodum luculentius constat ex ipsis commentariis Mariae Laigle. " ***L'estime qu'on a fait*** de sa vertu ***a pjorté de quantité de personnes à venir la voir et la prier, même après sa mort. Elles en sont venues jusque*** à couper des morceaux de sa robe et elles le conservent comme des reliques d'un grand prix „. Habuerit, si ita Iubet laudati Testis verba componere, haec fama post commentarii editionem maius apud extraneos incrementum; novum hoc noxiumve unquam fuit, praesertim in causis sanctimonialium virginum, quarum maior vitae pars in claustri recessibus abscondita manet: perabsurdum tamen esset eius originem a miris donis in commentariis Sororum studio relatis repetere, quum sciamus etiam apud extraneos eam viguisse saltem sexennio antequam huiusmodi commentaria in vulgus ederentur, eamque ex Ancillae Dei virtutibus esse partam. Non enim superna quibus ipsa affluit dona, bene vero ***l'estime qu'on a fait de sa vertu*** fidelium turmas, eius vix demortuae reliquias arripere certantium, ad sacrum invisendum corpus arcessivit. "Le bruit de sa mort (ita Céver qui sexennio post illius obitum Commentarium vulgavit) s'étant répandu dans le quartier et dans la Ville, un grand concours de peuple s'empressa d'y venir.... On n'y venoit pas pour la recommander à Dieu, mais pour se recommander à ses prières: on pensoit moins à jetter de l'eau bénite sur son corps, qu'à lui faire toucher des chappelets, à coupper quelque morceau de sa robe, pour l'emporter et la conserver comme une Relique précieuse,,. Iamvero percuntor, utrum quotquot ad implorandum demortuae Servae Dei patrocinium confluxerant, eius sanctimoniam agnoverint per divinam revelationem eo ipso die quo illa decessit, an compertam habuerint ex eo quod in eius moribus spectaverant, vel de eius virtutibus audiverant. Dicendum sane vitae

sanctitatem et heroicas virtutes in causa fuisse cur Dei Famula sancta haberetur, et commentarium vitae effecisse ut eius sanctimonia magis innotesceret.

Neque diu immorari oporteret in iis refellendis, quae Censura sagax ad obscurandam famae originem oggerit de vitae austeritate, quam praesertim in victu Dei Famula servabat. Semel atque, testibus ducibus, superius ostensum est Dei Famulam ab eius Sororibus uti christianarum virtutum omnium exemplar absolutissimum fuisse habitam, et ideo sanctitatis famam adeptam esse, praesertim vero ob eximiam eius charitatem, quae adhuc in proverbio apud omnes manet, iam liquet quam inane sit Censurae perfugium, dum ostendere adnititur illam uti sanctam a sororibus fuisse celebratam, quod victu tam aspero atque horrido utebatur, ut vix hisce narrationibus fides adiungenda sit. Rem tamen universam, quamvis stomacho ingratam, cum bona venia Patrum Emorum in conspectu ponere praestat, prout in commentariis Maria Laigle refertur, quippe ad causam mirifice illustrandam pertinet, atque a sanctorum historiis non prorsus est aliena. " Notre Soeur ne portait point de chemise, elle ne portait qu'une grosse tunique de serge qui l'a bien fait souffrir, car on peut dire qu'elle a souffert l'espace de huit années un martyre par les poux qui la mangeaient; elle en avait un si grand nombre qu'elle les prenait à poignes dans son pauvre corps qui était tout en feu à force de gratter. Elle m'a dit elle-même de quelle manière ces poux la tourmentaient et qu'elle n'avait jamais pu en supporter aucun, et comme elle demandait au bon Dieu qu'il lui fit faire pénitence, il lui envoya cette vermine qui la mangeait jusque dans la moelle des os „. Haec tam ridicula esse, adeo absurda censet Animadversio ut manifestissime non ex rei veritate sed ex cerebroso penu Sororum deprompta appareant. Idemne Patribus Amplissimis videtur?

Num ridicula et absurda omnia dices, atque ex cerebroso scriptorum penu deprompta, quae nuper relatis fere similia in aliorum Sanctorum historiis reperiuntur? Accipe exempli gratia quae de S. Veronica de Iulianis leguntur. Scite testis LXIV, R. T. Franciscus Ory, qui mirabilia prorsus poenitentiae exempla, quibus Ioanna Delanoue, inspirante Deo, suam carnem terebat, quin inde ullum valetudinis detrimentum illa caperet, coram Iudicibus exposuit, ita animadvertit: " Notre Seigneur voulut bien faire comprendre que les austérités de Jeanne venaient de Lui, et qu'il soutenait par miracle la vie et les forces de cette pénitente extraordinaire „.

Quare haud minus recte et nos de eadem dicere possumus, quidquid suadere studeat Censor dum ea vitio potius quam virtuti vertenda asserit, quemadmodum de Maria Magdalena Martinengo a Barco in decreto super miraculo V nonas Iulii vertentis anni edito dictum est : ***poenitentiae exempla reliquit admiranda magis quam imitabilia.*** Vulgus ipsum iam probe est edoctum, plura austeritatis exempla in historiis sanctorum perlegi, quae admiratione quidem digna sunt, minime tamen imitationi proposita. Ne vetera exempla recolam, quae vel apud ipsum Benedictum XIV relata prostant Regentium commodo, unum adhuc commemorabo Benedicti Iosephi Labre, qui Canonizationis honores a sapientissimo Pontifice nostro Leone XIII promeruit, et cuius vitae historiam nemo ignorat. De eo, ne maiora satis cognita referam, haec in memoriam revocare sat est quae in Breviario Romano leguntur: ***Corporis plene oblitus, tecto, ut plurimum carens, sordidis lacerisque pannis indutus, victitans*** analectis oblatis aut etiam a sterquilinio promptis, erosus insectis, ***solidos fere dies in templis*** *ducerle* ***consuevit.*** Iamvero si sordes, quibus tam eximius evangelicae paupertatis cultor delectari visus est, Sacer hic Ordo non despexit et nemo bonus vituperavit, eccur vitio vertendae erunt immunditiae ab illis haud multum dissimiles, queis, Deo sic volente et adiuvante, Ioanna Delanoue corpus suum afflictavit?

Parum quoque proficit Censor lectissimus dum ex Mariae Laigle commentariis, ubi observatio praecepti, quod novus Dei Famulae spiritus moderator Sacerdos G-ennettau eidem fecerat, ne diebus festis merces suas venundaret, veluti heroicae virtutis actus designatur, nempe *un* ***sacrifice héroïque,*** suadere conatur famam sanctitatis non ex virtutum praestantia, sed ex imaginoso Sororum ingenio ortam esse. " Si divinis parere iussis, ita Censor, si quod boni omnes faciunt heroicum est, mundus totus heroicis virtutibus ditatus est „. Quidni? Faxit Deus ut omnes quos bonos censemus ac dicimus divinis cunctis mandatis obtempèrent, nobisque haud difficile erit ostendere totidem extare viros sanctos, quorum ope infelix haec aetas nostra maxime indiget! Ecquid divina mandata praeseferunt, ecquid nobis imponunt? Nihil profecto aliud quam Dei voluntatem, ita aperientis quid a nobis praestandum quid vitandum sit. Atqui ***haec est voluntas, sanctificatio vestra,*** quemadmodum praedicat Apostolus. Qui ergo Dei praecepta servavit, qui potuit transgredí et non est transgressus, facere mala et non fecit, is profecto iam satis suae sanctificationi consuluit. Non enim ad

constituendum actum heroicum necesse est, ut idem ille actus sub praecepti imperio minime sit, docente Benedicto XIV, virtutem heroicam specie haud differre a non heroica, ***cum tam virtus christiana heroica, quam non heroica, ad summum bonum supernaturale tendat, et heroicitas nihil aliud sit, quam perfectio virtutis, quae idcirco efficere non potest, ut haec ab illa differat specie.*** Et cum multa sapientissimus Pontifex de virtute heroica disseruisset, iterum tradit ***heroicitatem nihil aliud esse, quam operis excellentiam, quae ab ipsa operis arduitate ut plurimum causam habet et originem;*** atque ***operis excellentiam et arduitatem iudicandam esse habita ratione circumstantiarum ; si enim ex. gr. puer ieiunet, uti legitur de S. Nicolao Myrensi Episcopo, id utique erit aliquid excellens; at tale non erit, si ieiunium fiat ab aliquo iam viro facto ; si Rex, aut Princeps infirmis ministret in nosocomio, uti legimus factum a S. Ludovico Rege Galliarum, id habebitur pro opere excellenti : at pro tali non habebitur, si fiat a viro infimae conditionis.***

Antequam igitur incusari liceat Ancillae Dei Sorores, quasi virtutes ad eius sanctimoniam ostendendam proprio ingenio exaggeraverunt, eo quod praecepti observantiam abstinendi diebus festis a commercio veluti heroicae virtutis actum ***un sacrifice héroïque*** habuerunt ac designarunt, iuxta nuper expositam Praeceptoris nostri doctrinam singula praecepti ipsius adiuncta sedulo expendenda sunt, ut operis arduitas recte existimari valeat. Matre orbata Dei Famula, dum vigesimum quartum aetatis annum attigerat, patre qui mercaturam faciebat iampridem amisso, simul cum nepte vivere et tabernulam habere coepit. Et quoniam regionis mos erat, ut diebus quoque festis, quibus minuta plebs reliquo tempore agriculturae aut opificiis addicta oppidum frequentior celebrabat, mercatores etiam probi commercio vacarent, patrium morem Serva Dei tranquillo tenebat animo. Hisce si adiicatur naturale quoddam parsimoniae studium, quod post matris obitum in Dei Famula magis actum est atque ab avaritiae sorde parum distare videbatur, manifesto intelligitur quantum molestiae eidem attulerit conditio, quae a religiosissimo Sacerdote Gennettau iniuncta ipsi fuit, quantum arduitatis praeceptum, ne diebus festis commercio vacaret, et quam recte eius implementum aestimatum fuerit ***un sacrifice héroïque.*** Sicuti eximiae virtutis vir vel liberalissimus quisque dicendus est, qui haud exiguam rei familiaris iacturam facere sponte patiatur, ut ceteris observantiorem divinorum mandatorum se praebeat; ita

heroicae virtutis actus censendus ille erit, quo Dei Famula praefato Sacerdoti obtemperavit, a negotiatione diebus festis abstinendo, cui tum ingenita pecuniae aviditas, tum ***V impossibilité de vivre autrement*** eam addictissimam tenebant.

Si ea quae hactenus de sanctimoniae fama expendimus nihil valent ad eius obscurandam germanam originem, multo minus ad eiusdem splendorem obnubilandum ea valent quae in § 19 obiciuntur. Integriorem locum ab historico Céver atque a Teste XXXIII decerpere praestat, quo luculentius pateat, num exinde recte inferri possit, ceu putat Animadversio, cíe heroicis virtutibus deque perfecta sanctitate Ioannae testes et biographos subdubitasse, quum eius animam expianti igni traditam dicunt. Edisserens laudatus historicus quomodo Dei Famula naturales omnes cupiditates vicerit ac dominata sit, ita orationem concludit: " En un mot, elle étoit morte à elle-même, à sa volonté charnelle, ambitieuse, intéressée : elle vivoit comme si une autre âme que la sienne eût animé, conduit et réglé son corps; ainsi ne vivant plus selon les désirs de l'homme, mais selon la volonté de Dieu, on peut dire selon les termes du Prince des Apôtres, qu'étant morte en sa chair, elle ne pêchoit plus. Et sans doute qu'elle ne péchoit plus, puisqu'elle avoit retranché tout ce qui flatte nos concupiscences, ***et si elle commettoit de certaines fautes inséparables de la fragilité humaine, c'étoit rarement par surprise, encore payoit-elle bien cher les petites satisfactions qui pouvoient lui échapper contre les régies de la plus exacte sobriété; puisque ces fautes qu'elle remarquoit, êtoient le sujet de sa confusion, de ses larmes et de sa pénitence. Elle étoit donc pure de cœur, et parvenue à cette excellente pureté, dans laquelle nous avons tous lieu de présumer dans le Seigneur, que passant de cette vie à l'éternelle, elle n'a trouvé nul obstacle pour voir Dieu aussi-tôt face-à-face, ou que du moins la dernière épreuve qu'il lui a fallu souffrir après sa mort, pour jouir de la vue de son Créateur, n'a pas été de longue durée „.***

Non heic eam pertractabo quaestionem, utrum Beatiflcationi Servorum Dei obsit, quod ipsi decesserint, ut ait Matthaeuccius ***cum minima aliqua labe poenis Purgatorii purganda.*** Agitur modo de fama sanctitatis, non de quaestione illa, quam ipse Praeceptor noster theoretice tantummodo pertractari posse dicit, cum utrum quis igni piaculari detineatur aut detentus fuerit, nemo scit nisi a Deo manifestetur. Quaerant itaque hoc unum, an videlicet ex allata historici Céver lacinia asseri possit, ipsum de virtutibus

heroicis deque perfecta Ancillae Dei sanctitate addubitasse. Equidem puto eum historici locum aptiorem fuisse ad locupletandas Summarii tabulas, quam ad faciendas animadversiones. Quid enim gravius, quid luculentius ad demonstrandam eximiam Servae Dei sanctitatem afferri posset, quam laudati historici testimonium, qui de illa perfectionis semitam semel ingressa praedicat *qu'étant morte en sa chair, elle ne pêchoit plus f* Qui de eadem testatur vel ipsos vitasse defectus aut perraro in eos lapsus incidisse *certaines fautes inséparables ale la fragilité humaine,* qui *etiam a iustis vitari non possunt,* ceu docet Gregorius Magnus, et de hisce assiduam et asperam poenitentiam egisse? Qui praeterea non dubitat asserere, ipsam pervenisse ad eam virtutis excellentiam *dans laquelle nous avons tous lieu de présumer dans le Seigneur, que passant de cette vie à Véternelle elle n'a trouvé nul obstacle pour voir Dieu aussi-tôt face-a-facef* Nonne dum illam a quavis gravi labe immunem dicit, eamdem sanctam praedicat? Quoniam vero nemo unquam iudicia Dei novit, ut pro certo habere possit hominem vita functum, etsi splendidissimis refulserit virtutibus, recto tramite ad coelos evolasse, cum quisque sciat Deum et in Angelis suis pravitatem reperire, hinc prudentissimus historicus recte animadvertit, Dei Famulam vix demortuam vel ad caelestem Sponsum statim convolasse, vel in purgationis loco, tempore tamen brevissimo, fuisse detentam non aliam certe ob causam nisi ob levissimas eas maculas, a quibus causarum istarum patroni nullum unquam Servam Dei immunem demonstrare potuerunt, sicut Beatissimam Virginem immunem tenet Ecclesia. Perperam igitur historicum Céver ad obscurandam Ioannae sanctimoniam electum fuisse manifesto liquet.

Neque magis opportune a Censura adducitur Testis XXXIII, cuius integriora referre verba sat est. " La seule chose (ita laudatus Testis) que j'aie entendu dire contre Jeanne Delanoue, *sans que je puisse la contrôler,* c'est que l'Aumônier actuel de la Communauté de Ste. Anne, M. Voleau, après avoir dépouillé tous les documents, aurait dit : Ma conviction est que Jeanne Delanoue a passé par le purgatoire. Jamais aucune autre parole n'a été entendu dire par moi contre Jeanne Delanoue, ni contre son œuvre,,. In leves auras abiisse vocem, quae ad praefatam Testem pervenerat, *sans que je,* uti ipse fatetur, *puisse la contrôler,* facile quisque intelliget qui animadvertat, ne remotam quidem illius echum reperiri in scriptis Sacerdotis Voleau, qui tamquam Testis LXI ad examen vocatus biographiam Servae Dei ab ipsomet conscriptam et

anno 1882 typis editam Iudicibus exhibuit, eamque ad probandum admitti voluit, sub iuramenti religione declarans : " tout ce que j'ai écrit sur les vertus héroïques et sur les œuvres de la Servante de Dieu, est entièrement conformé à la tradition orale, et aux documents originaux „. Profecto religiosissimus hic vir, qui documenta cuncta expenderat, si quid viderat quod a sanctitate dissideret, vel aliquid huiusmodi ab aliis notari audiverat; si exinde hanc sibi persuasionem induxerat, ceu insinuare contendit Animadversio, Dei Famulam vixisse ac decessisse sicuti ceteros christianos omnes, qui bene quidem non vero heroice vixerunt, neque eius defectus ac lapsus silentio praeteriisset, neque eius virtutes ac sanctimoniam tot laudum praeconiis prosecutus esset. ***Que Jeanne donc,*** ita opus suum absolvit, ***ait été une*** sainte, ***c'est ce qui parait résulter comme nécessairement de la simple inspection de sa vie et de*** ses vertus héroïques ; ***c'est ce qui parait ressortir également de la croyance générale qui s'établit spontanément après sa mort.*** Haec satis ostendunt, qualis de virtutum praestantia ac sanctitate Dei Famulae opinio Sacerdotis Voleau animo insederit, et quanti facienda sit dissona vox, quam Testis XXXIII a quonam se audivisse nescit.

Quum legitimam famae originem ac intimam eiusdem naturam hactenus obscurare incassum Animadversio contenderit, ultimum praesidium quaerit ad eam oppugnandam in verbis Benedicti XIV, unde magnum damnum causam nostram accipere posse putat, deficiente populi frequentia ad Ancillae Dei sepulcrum. Pontificis sapientissimi verba, quamvis prae oculis iugiter habenda, cum tamen peculiarem casum attingant, non ita sunt accipienda et adeo urgenda ut si nunquam adfuerit vel cessaverit populi concursus ad alicuius Dei Famuli tumulum, etiam sanctitatis famam numquam extitisse aut penitus extinctam dicamus. Nam communis hominum existimatio ac devotio pluribus aliis indiciis manifestatur, et fieri potest ut fama perduret, vel etiam creverit, licet extenuata sit hominum, frequentia qui venerabundi ad tumulum accedunt. Id reapse contigisse in causa, qua de agimus, planum fit ex apertissimis testimoniis illorum, qui passim tradunt famam sanctitatis Ioannae Delanoue et olim viguisse admodum et modo amplissime patere diffusam, quamvis populus ad sepulcrum frequens accedere nequiverit et nequeat, siquidem usque ad annum 1796 Salmurii in sacello Sororum a Providentia extitit, et ab anno 1881 in sacellum domus principis earumdem Sororum ad S. Florentium prope ipsum

Salmurium translatum est. Frustra igitur populorum frequentiam quaereres ubi frequentia haberi nequit.

Nihilosecius praeclara in actis testimonia non desunt, quae de iugi populorum pietate ac devotione erga sacras Dei Famulae exuvias certiores nos faciunt. Cum primum ex Sororum a Providentia sacello in sacram aedem Nostrae Dominae anno 1796 compositae sunt, ne ob civilis ordinis perturbationem a subversoribus profanarentur, tum visum est quantopere Ancillam Dei venerarentur fideles; nam "les voisins, de la Providence, ut refert Testis VII, ne voulaient pas se laisser dépouiller de ce qu'ils regardaient comme ***un précieux trésor:*** il fallut comme une intervention divine. Un orage violent favorisa la translation qu'on avait fixée à la nuit, n'osant la faire le jour „. Item cum anno 1837 " des fouilles devenues nécessaires exigèrent une nouvelle translation „, apertius se prodidit fidelium devotio. " Le faubourg, narrat Testis XL VI, qui avait été le principal théâtre de sa charité, s'émut tout entier. C'était un mouvement extraordinaire, un flot de monde dans les rues, tous se pressaient en habit de travail pour contempler et vénérer les restes de leur insigne bienfaitrice „. Neque secus contingit dum anno 1881 sacrum corpus in principem Congregationis Sororum a Providentia domum translatum fuit. " Tous les visages sont radieux, les coeurs prient et louent le Seigneur....... Tous les témoins se pressent autour du cercueil; ils veulent voir, contempler, vénérer ces restes si chers, qui rappellent le souvenir de tant de vertus héroïques qui ont été sanctifiés par la prière, les veilles, la pénitence, par la présence souvent sensible de l'Esprit-Saint. Chacun présente ses voeux à celle qu'on regardera désormais comme la Protectrice obligée de ces lieux. On distingue entre tous un jeune enfant de 7 ans, Joseph Pochard, fils de l'homme d'affaire de la Communauté. Le Chapelet à la main, la prière sur les lèvres, le visage heureux, il demande la guérison d'une jambe infirme desséché qui lui rend la marche difficile et pénible „.

Praeterea, etsi hodiernus quoque sepulcri locus extraneis sit impervius, non desunt qui fidenti animo ad ancillae Dei tumulum accedunt, quique moniales rogant, ut pro se suisque novendiales peragant supplicationes. " On parle couramment, inquit Tes. VII, de Jeanne Delanoue comme d'une Sainte, ***on va prier à son tombeau,*** quelques unes se félicitent d'être de sa famille, ***des mères font faire des Neuvaines à leurs enfants au tombeau de Jeanne Delanoue,*** pour les préparer à leur première Communion „. Ac Testis XV. " Je sais

que ***nombre de personnes vont V invoquer à son tombeau,*** et que plusieurs en ont obtenu de bons effets „. Itemque Testis XXIX, P. Tlieophilus Hugonnet, de se profitetur : " J'ai depuis long temps une dévotion plus marquée pour Jeanne Delanoue ; ***je suis allé souvent prier sur son tombeau*** „. Ex quibus manifesto liquet non omnino desiderari populi concursum ad sepulcrum Ancillae Dei, sed huiusmodi concursum talem esse, qualis ob loci indolem haberi potest. Sublatis itaque obiectionibus quae adversus famam fuerant oggestae, ea diluenda manent quae in postrema huius disquisitionis parte proponuntur, quaeque nullam prorsus nobis formidinem ingerunt.

CAPUT IV.

De obstaculis.

Quae hucusque de probationum copia et auctoritate, deque sanctimoniae fama fusiori calamo, quam fortasse praesentis disceptationis necessitas exposceret, scripsimus, breviores non esse iubent in iis refellendis quae modo quasi corollarium eorum, quae in praecedentibus animadversionibus proposita fuerant, sagacissimus Censor iterum obiicit, atque veluti totidem obstacula, quae nullo modo in formali causae discussione superatum iri putat, intentioni nostrae opponit. Probationes, quibus causae moles sustinetur, esse in genere suo perfectas invicte demonstravimus, siquidem testes non paucos adduximus in actis rite rogatos, qui multa a traditione orali et praesertim a maioribus suis hauserunt, et quorum nonnulli traditionis anulos a Dei Famulae coaevis ad non usque pertingentes nullaque serie interruptos describunt et asserunt. Ex scriptis documentis, uno historico Céver usi sumus, eumque plenam sibi conciliare fidem, auctoritatemque maximam sibi vindicare ostendimus, quippe qui probus et Dei Famulae coaevus, ab iisque edoctus qui testes de visu extiterant, quique res quas oculis vel auribus ab Ancilla Dei coram acceperant litteris fideliter consignarunt. Illud insuper indicavimus, quod hisce in iudiciis maximi momenti est, videlicet traditionem et historiam in omnibus plane fore concordes. Haec omnia recolant quaeso Patres Emi, et iudicent num testes, quos habemus, historicis monumentis coniuncti eum conficiant probationum instructum, quem in causis antiquis iura nostra requirunt, quique feliciter causae pondus sustineret, etiamsi de virtutibus esset agendum.

Quoniam vero Censor egregius notat, nullam spem esse in causa nostra fore ut per Apostolicas tabulas nova documenta reperiantur, unde probationes in Ordinario processu congestae suppleantur, dicimus alia plura adhuc adiici posse ad vitam et virtutes Servae Dei illustrandas perutilia et opportuna, quibus recentiores duo Sacerdotes Macé et Voleau in eius adornanda historia usi sunt, quaeque ab historico Céver allegata non fuerunt. Hic enim in sui operis praefatione, quam Ancillae Dei Sororibus inscribit, haec habet: " Vous me pardonnerez aussi ***l'omission de bien des jaits que je n'ai pas crû devoir insérer dans mon Histoire, pour n'être pas trop long.... Je ne regarde que comme*** un abregé l'écrit que je vous présente ***d'après des Mémoires, où j'ai cru qu'il falloit plutôt bien choisir, que de s'embarrasser de tout dire „.*** Hanc antiquioris historici laciniam quum in sui operis prologo commemorasset recentior Dei Famulae biographus Voleau, haec statim subiicit: " ***II était donc à craindre que la plupart des beaux exemples de vertus, qu'avait donnés la fondatrice de la Providence, ne demeurassent dans l'oubli, s'ils n'étaient rappelés dans une biographie plus complète que la première. C'est ce qui détermina M. Macè, Aumônier de la Providence, à entreprendre, en 1845, la publication d'une nouvelle historie, de Jeanne Delanoue afin, dit-il aux Sœurs de Sainte-Anne, de tirer de terre le trésor inestimable qui est en votre possession, mais dont vous n'usez que quant à quelques parcelles, parce que vous ne le connaissez pas suffisamment.*** M. Macé s'est donc proposé de mieux faire connaître, à ses filles et à ses compatriotes, la Révérende Mère Delanoue ; et c'est le but que nous nous proposons nous-même, ***mais d'une manière plus complète encore.*** Aussi pour arriver à ce résultat, avons-nous étudié avec la plus scrupuleuse attention : **1.** le manuscrit de la Soeur Marie, qui est une sort de journal des cinquante premières années de la vie de Jeanne Delanoue; **2.** la biographie de Céver, fait sur un manuscrit complet que l'aumônier du Calvaire de Chinon a eu en sa possession, manuscrit qui est malheureusement perdu, et ***qui nous eut fourni beaucoup de faits, dont les uns ont été omis, et les autres touchés seulement en passant;*** **3.** différents documents qui sont encore aux archives de la Communauté, comme les règles primitives rédigées par Jeanne elle-même, et des notes résumant une partie des instructions qu'elle donnait à ses filles. ***Puis nous nous sommes appliqué a mettre en ordre sans en omettre un seul, autant qu'il a été possible, les mille détails que nous avons trouvés***

et qui se rapportent aux vertus et aux grandes oeuvres de notre héroïne, à la fondation et aux agrandissements de son hospice de la Providence, à la manière dont elle L'a fait vivre, à Vétablissement de son institut des soeurs de Sainte-Anne, à ses austérités, à sa charité ingénieuse et universelle, à ses épreuves et à ses contradictions, à ses communications surnaturelles, à ce redoublement de perfection,, qui a signalé ses dernières années, et dont la mort la plus sainte a été le couronnement „. Adhuc igitur plura in adornandis Apostolicae inquisitionis tabulis adiici posse de rebus a Serva Dei gestis eiusque virtutibus egregiis, quae in praesenti causae actione fuere praetermissa, ex nuper relatis duorum historicorum, vetustioris ac recentioris, laciniis haud obscure colligitur.

Quotquot autem in praecedenti capite ad germanam famae originem, qua Ancillae Dei nomen iugiter inclaruit, demonstrandam testes adduximus, penitus evertunt ea quae regerit Animadversio inquiens, prospero causae progressui obstare sanctitatis famam non ex virtutum fulgore ortam, sed ex iis quae de Famula Dei veluti fabulosa et commentitia narrantur. Si ex visionibus ac revelationibus, quas veluti omnem excedentes fidem in § **13** animadversionum nobis delibandas exhibuit Censor Amplissimus, ceterarum absurditas et insolentia diiudicanda est, haud multum nobis, si Superis placuerit, aliisve pietate atque scientia praestantioribus viris in proximo de virtutibus iudicio adlaborandum erit, ut mirabilia omnia quae in actis de Ancilla Dei referuntur non tamquam ridicula ac fabulosa contemnantur, sed quadam cum veneratione a sapientissimis Suffragatoribus excipiantur. Profecto si charismata quibus Deus ancillam suam ditavit obesse valerent signaturae Commissionis, ne aliarum quidem plurimarum virginum, quae altarium honores iamdiu assequutae sunt, introducta causa fuisset. Sed Censorem audio non tam Dei Famulae charismata contemnentem, quam illam exprobrantem, quod eadem sodali suae Mariae Laigle pandere non renuebat.

A quavis tamen vel levi reprehensione immunem quisque Dei Famulam dicet, qui parumper advertat Mariam Laigle intima familiaritate et consuetudine cum Ancilla Dei diuturno annorum spatio usam esse, quemadmodum aperte significant vel ipsius Testis LXIV de illa disserentis verba in animadversione relata. " Entrée à la Providence, dès **1706,** devenue dès **1712** la confidente et comme la Supérieure de sa Supérieure, ***la Servante de Dieu, re-***

stant toujours auprès d'elle pendant 30 ans consécutifs sans l'abandonner jamais „. Nonne amicitiae proprium est, omnia intima et arcana illi pandere et aperire, quem quasi comitem in rebus tum adversis tum laetioribus eligimus? Id exemplo suo satis ostendit Divinus Praeceptor aiens : " ***Vos autem dixi amicos quia omnia quaecumque audiui a Patre meo nota feci vobis „.*** Unde Augustinus inquit " ***Nihil occultat amicus si verus est: effundit animum suum sicut effundebat mysteria Patris sui Dominus Iesus Christus; tanto magis quia quae amicis veris et veris christianis panduntur, non ipsis committimus, sed illi in quo manent ut tales sint. Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet „.*** Secus innumera Dei opera occulta manerent, dum horum cognitio mirifice ad divinam gloriam amplificandam inservit. Ad rem maxime facit S. Laurentius Iustiniani. " Quum sponsa amoris sit avida dilectione saucia, tamquam charissima admittitur sponsa, ut de thesauris sapientiae fulgentiorem ceteris suscipiat margaritam, ***possitque reliquos de iis quae vidit et audivit instruere, non ad suam, sed ad Sponsi gloriam, a quo habet quod est „.*** Atque Nicolaus Lancisius ita scribebat. " Is, in cuius manibus sunt nostra corda, ob fines sibi notos, et nobis etiam aliqua ex parte manifestos, ***ea propalan vult per servos suos, quae propalata esse ab omnibus fere eximiis Sanctis*** legimus in eorum gestis, in beneficium Ecclesiae annotatis „.

Valerent profecto haec ad quamlibet a Dei Famula reprehensionem amovendam, etiamsi non uni sodali Mariae Laigle, sed aliis quoque sociis quamplurimis pro spirituali earumdem profectu mira omnia manifestasset charismata, queis caelestis Sponsus eam frequenter blanditus est. Verumtamen si id contra Moderatoris sui vetitum egisset, aliquam vim inesse intelligerem Censurae verbis, quibus iterum reprehenditur Ancilla Dei, quod in re tam gravi atque periculi plena Confessarii consilio et auctoritate usa non fuerit. Num quaeso hanc veniam vel consilium a suis Moderatoribus petiisse constat sanctissimos viros Ignatium, Franciscum, Dominicum, Philippum Nerium, S. Theresiam, aliasque plures sanctas Virgines, de quibus historia docet haud raro superna charismata vicissim manifestasse? Quaenam legis praescriptio, quaenam ratio Dei Famulam urgebat, ut antea a Confessario suo veniam vel consilium flagitaret? Forsan quia de re gravi et periculi plena agebatur, ceu scribit Animadversio ? Atqui hoc ipso ipsi licuisset potiori iure cordis sui intima sodali fidissimae aperire, ut quam con-

siliorum comitem elegerat, eamdem et in periculis, si quae adfuissent, consortem atque sospitatricem experiretur.

Neque veritati adhaeret Censor cum ait, Servam Dei suo semper induisisse ingenio, spretis Confessarii consiliis, immo ipso reluctante. Apertissimis verbis a testibus celebratur eius mira promptitudo et alacritas, quibus moderatorum iussis se subiiciebat, etiamsi hi praecepissent, quod eius consiliis aut vitae instituto adversaretur. " Elle portait l'obéissance, ait Testis VII, à ce point héroïque, ***qu'elle aurait abandonné toutes ses oeuvres si son Directeur le lui avait ordonné „.*** Idemque vero subiicit: "Elle se tint, sa vie toute entière, dans la plus entière dépendance de ses Directeurs; quand elle recevait des lumières directement de Dieu, elle consultait encore avant d'agir, ses Directeurs. ***Je puis me tromper,*** disait elle, ***en suivant mes inspirations, jamais en obéissant*** Même quand l'obéissance lui était plus pénible, par exemple, quand ses Supérieurs contrariaient ses vues, s'opposaient à son genre de vie, elle ne se départait pas de la soumission la plus entière „. Eadem breviter sed graviter confirmat Testis LXIV inquiens : " ***Notre Soeur ne faisait sans l'avis de celui qui connaissait son intérieur „.*** Haud inficior quandoque Ancillae Dei moderatorem, ad eius exercendam virtutem, ipsius optatis vehementer adversatum esse, praesertim quoad extraordinarias corporis afflictationes, ad quae divinitus ipsa alliciebatur, sed nemo ex testibus tradit eam moderatori suo non obtempérasse, et eorum nemo dicit ipsam quasi caelestia dona temere revelantem ab eodem semel fuisse reprehensam.

Perperam Censor memorat praeceptum non negotiandi diebus festis, quod Ancillae Dei Confessarius eidem fecit; nam, praeceptum huiusmodi dictum fuit ab eius sodali Maria Laigle ***un sacrifice héroïque*** non quasi invito animo Dei Famula illi se subiecisset, sed propter rei familiaris iacturam, quae inde sequebatur, quamque Serva Dei libenter facere non recusavit. " Si vous voulez que je vous confesse (ita Confessarium eidem loquutum fuisse narrat Maria Laigle), il faut que vous preniez la résolution de ne point vendre aucune marchandise les fêtes et dimanches, ni ne tenez point votre boutique ouverte les saints jours du dimanche, car c'est un commandement de Dieu qu'il faut garder dévotement sans lequel on ne peut être vrais enfants de Dieu et héritiers de Jésus-Christ. ***Notre pénitente écoutait toutes les raison's de ce bon prêtre, avec attention et elle se trouva dans la volonté de faire toutes choses pour la gloire de Dieu. Elle commença par lui faire***

une confession generale, ensuite de quoi elle lui demanda permission de jeûner trois fois par semaine : il lui accorda tout d'abord, et puis après, bien d'autres plus austères comme nous le verrons dans la suite „. Si ex huiusmodi factis quasi propositi sui tenax Dei Famula traduci liceret, christianae asceseos magistri nova praecepta tradant oportet, quibus obedientiae virtus ab animi pervicacia totius discerni queat.

Factum alterum quod Censura affert, ut ostendat Dei Famulam Confessario restitisse, quum divino instinctu mota postulantes quasdam cooptavit, quas ob infirmam valetudinem Confessarius et Sorores eius excipere renuebant, in eximiae eiusdem prudentiae commendationem et sanctitatis testimonium, absque ulla defensoris opera et industria, optime cedunt. Nonnulla tamen, maioris perspicuitatis gratia, rebus in animadversione relatis adiicere praestat ex iis quae illas immediate praecedunt atque mox sequuntur. " Un jour de Février 1709, *notre mère après l'oraison du matin connut* qu'elle devait faire une instruction sur la charité que les soeurs doivent avoir les unes pour les autres et que, s'ils s'en trouvait quelques unes qui n'eussent pas une parfaite santé, elle leur dit que les Soeurs qui avaient le plus de santé ne devaient pas avoir de mépris pour celles qui n'en avaient pas et qui ne peuvent l'avoir d'eux-mêmes et qu'elles ne disent point à ces languissantes qu'elles ne sont pas capables de porter l'habit de la communauté, mais que les filles de bon et fervent amour de Dieu ne devaient jamais s'opposer à la réception des filles quoiqu'elles fussent infirmes...... Notre mère connut que l'on ne devait jamais manquer de charité pour recevoir des filles qui se voudraient donner tout entières à Jesus-Christ.... Comme notre mère voyait que ses filles étaient opposées pour qu'on ne reçut point de soeurs infirmes, *elle connut qu'il fallait que les trois postulantes fussent reçues, malgré toutes les oppositions que les soeurs pourraient faire „.*

Quomodo res accidit in animadversionum § 24 relatum est; verum ut ea narratio perfecta sit, haec quae illam immediate sequuntur adiicienda sunt. " Il est pourtant vrai que le Seigneur voulait que ces trois filles reçussent l'habit les unes comme les autres, car il se trouva quelques jours devant que l'on devait en recevoir une des trois à qui on voulait faire quelque préférence, à cause qu'on voyait qu'elle avait plus d'intelligence que les deux autres. *Le Seigneur qui avait choisi ces bonnes filles ne voulut pas qu'elles portassent le mépris que quelque esvrit mal fait au-*

ruit pu leur faire ressentir. Le Seigneur inspira notre mère de parler fortement pour qu'on reçut ces deux postulantes avec celle qu'on voulait préférer. Enfin le Seigneur changea les coeurs dans un moment. Il le changea au directeur et à toutes les soeurs dans un moment, toutes celles qui avaient paru les plus opposées se jetèrent à genoux aux pieds du directeur pour demander l'habit pour ces postulantes qu'elles avaient autrefois rebutées et aussitôt leur directeur dit a notre mère: Je consens à la demande que les soeurs me font pour que les trois postulantes prennent l'habit „.

Haec postrema verba a qualibet in obedientiae nota Dei Famulam plane vindicant, siquidem inde patet non aliter ipsam postulantibus religiosum habitum tradidisse, nisi postquam a Confessario suo veniam obtinuisset: universa vero facti specie perspecta, nihil deprehenditur quod in Ancillae Dei laudem non cedat. Posito enim divino instinctu, qui ceteroquin in dubium adduci nequit nisi tota narratio respuatur, egregie se gessit Dei Famula quum Sorores, quas ad exercendam charitatem erga eas quae haud florida fruebantur valetudine perperam verbis hortata fuerat, auctoritate sua et mirabili exemplo flectere constituit. Si secus egisset, nedum Censoris religiosissimi, sed ipsius Omnipotentis Dei, a quo eius mens illustrabatur, exprobrationem effugere nequivisset. Contrariam Confessarii sui sententiam impune negligere potuisset, quum magis Deo quam hominibus obedire oporteat ; sed prudentissima mulier, ***qui était toujours dans la crainte d'être trompée,,*** tamdiu consilium suum distulit, donec per auctam panni longitudinem ita Dei voluntatem sibi manifestius patefieri intellexit. Quid tum illa? Rem aperuit Confessario, quo adhuc reluctante, sed divino afilante Numine, iterum moniales vehementer est hortata, ne Dei voluntati diutius contrairent. Quid exinde est insequutum? Iam scitis Pâtres Emi; " ***le Seigneur changea les coeurs dans un moment au directeur et à toutes les soeurs. . . . .Toutes celles qui avaient paru les plus opposées se jetèrent à genoux aux pieds du directeur pour demander l'habit pour ces postulantes qu'elles avaient autre fois rebutées,,.*** Nonne hic rei exitus luculentissime ostendit, omnia quae Dei Famula gessit, prudentissime et iuxta divinae sapientiae consilia gessisse? Atqui Dei consilia admirari quidem licet, carpere autem nefas est.

In magna argumentorum inopia Censorem, versari, dum obstacula causae progressum praepedientia quaerit, manifesto deprehenditur ex iis quae ex historico Céver deprompta modo nobis obiicit,

quasi exinde sequeretur, uti ipse asserit, Ancillam Dei sororum suarum conscientiae moderatricis sibi adrogasse partes. Item dilucide explanant, omnemque vim censoriae assertionis adimunt verba, quae laudatus historicus iis immediate praemittit quae in animadversione relata sunt. " Il est d'usage dans les Communautés bien réglées que les Filles, outre la permission qu'elles ont reçue de leur Confesseur, d'approcher de la Sainte Table, *aillent encore la demander a leur Supérieure :* l'exemple que je vais produire, fesa connaître l'utilité d'une telle conduite, et en même temps, *la lumière surnaturelle que Dieu donnait à la Soeur Delanoue sur Vetat des ames* „. Ex hisce manifestum est, usum in fere omnibus religiosis sodalitatibus receptum èt constanter servatum, quo sorores et alumnae veniam divinam Dapem excipiendi ab Antistita petere tenebantur, certum ius Dei Famulae tribuisse eam veniam indulgendi vel denegandi, prouti rerum adiuncta suasissent. Obligatio petendae veniae, etiam eiusdem denegandae ius in concedente necessario adstruit. Non igitur conscientiae moderatricis partes sibi tribuit Ancilla Dei, sed suo usa est iure, quum sororibus, quas divino illustrata lumine haud dignas esse noverat, ad sacram Synaxim accedendi petitam veniam denegavit; atque suo officio graviter defuisset, si, spreta superna revelatione, eas a scelere tam gravi perpetrando auctoritate sua non prohibuisset: neque de salutaribus effectibus, qui inde sequuti sunt, gratulari valuisset, siquidem eodem illustrata lumine novit, illas post peractam admissorum omnium homologesim caelestis Dapis excipiendae esse dignas, " *et alors elle le leur permit, et V on aperçut un qrand ci ian;/e ment dans leur conduite* „, quemadmodum refert laudatus historicus.

Quandoquidem Ancilla Dei insigni dono scrutationis cordium ditata erat, mirum nemini esse debet quod ipsa in regimine suarum sororum illo uteretur, eodemque Confessarium ipsum in animarum cura opportune iuvaret. Quid si Confessarius auctor erat, ut sorores conscientiae abdita Dei Famulae aperirent? " *Le Confesseur de la Maison, app r oiw oit fort que les soeurs découvrisse/ it leur ultérieur à leur Mère, il connoissoit la droiture de son intention, sa grande capacité et les dons qu'elle recevait du Ciel.* Elles y alloient avec beaucoup de confiance, et elles en retiroient de grandes consolations dans leurs peines, des éclaircissemens solides dans leurs doutes, et de grands secours pour resister aux tentations „. Quapropter haud bene intelligo, utrum vitio vel laudi Servae Dei vertenda censeat Fidei Vindex Amplissimus ea quae § 25 animad-

versionum adiecta sunt ex historico Céver excerpta, quaeque paulo integriora referre iuvat. " Elle (D. F.) prit un jour la confiance de dire à son Directeur, qu'il prit garde à celles à qui il permettait de faire des retraites, et qu'elles pouvoient nuire à plusieurs, qu'elles pourroient abuser des grâces qu'elles y recevoient, qu'il tint pour suspect certaines larmes de tendresse, de componction et d'union qu'elles répandoient, qu'il y avoit souvent beaucoup d'amour propre dans ces effusions, et qu'il était dangereux d'entretenir dans les voyes d'union, celle en qui on n'avoit pas encore reconnu une sincère humilité, et un zèle constant à souffrir les travaux de la pénitence, à expier leurs péchés, à mortifier leurs passions, et à se purifier de tout le vain de la vaine gloire „. Quum nemo prae Ancilla Dei rationem certam chistianae perfectionis spiritum assequendi sororibus eius tradere valuisset, tum quia eius mens lumine humana prudentia maiori illustrabatur, tum quia ipsa singularum indolem, progressus, vires, defectus atque infirmitates ex earumdem manifestatione plane comperta et explorata habebat, nedum facile est illi ignoscendum, sed tribuenda laus, si pro maiori earum profectu spiritualem moderatorem docebat, quid timendum quid praecavendum foret, quaenam curatio facienda, quaenam medela adhibenda esset, eo vel magis quod ipsemet Confessarius eius consiliis maxime deferebat. " Elle eut, ait Testis XL VIII, sur l'état de conscience de plusieurs de ses Filles et de personnes du dehors des connaissances distinctes et positives, ***dont son Confesseur" ne craignait pas de se servir dans la direction de ces âmes „.*** Utinam omnes religiosarum sodalitatum Antistitae id praestare valerent, quod in animarum cura Dei Famula spiritus moderatori suppeditabat! Quanto facilius alumnae et moniales scopulos vitarent, qui religiosae perfectionis adeptionem retardare solent.

Graviora cuipiam fortasse videbuntur verba, quibus Ancillae Dei Confessarius olim eam exprobravit, praesertim si ad ea referenda essent, ceu Animadversio insinuare studet, quae nuper de eadem quasi conscientiae moderatricis partes sibi adroganti expendimus. Sed locus, unde ea quae modo obiiciuntur decerpta sunt, toto caelo distat a contextu, ex quo obiectiones superius profligatae depromptae fuere. Res describitur in commentariis Maria Laigle, in capite ***Sur son état de privation,*** ubi est sermo de mira illa constantia, qua fides Ancillae Dei inter molestissimas spiritus ariditates fortis atque immota perduravit, imo quasi aurum igne probatum exinde purior ac vividior refulsit. Narrationis laciniam,

quamvis longiusculam perlegere non designentur Patres Emi, ut recte iudicare valeant, utrum Dei Famula vel eius Confessarius, aut quispiam alius hac in re obiurgatione dignus fuerit.

Amantissimi Dilecti sui charismatibus penitus orbata Dei Famula, et a Confessario quasi suo arbitrio relicta, " elle était conduite par des voies si détachées d'elle-même et si anéantie en la connaissance d'elle-même que cela était surprenant; elle ne vivait que de foi en Dieu ; elle se comportait en toutes ces manières avec simplicité volontaire; quand elle allait faire quelque visite de civilité ou qu'elle était obligée de parler à des personnes de distinction, elle y allait avec ses sabots et un tablier de cuisine et une coiffe bien convenable à ses sabots. La soeur qui allait pour l'ordinaire avec elle lui **Casait** très-souvent : Mais, ne sortez donc pas comme cela, les personnes diront que nous les déshonorons, en allant ainsi les voir et croiront que vous ferez cela par mépris et vous leurs donnerez occasion de murmurer; elle faisait tout ce qu'elle pouvait pour l'engager à prendre de la chaussure de cuir; mais c'était bien inutile, les vues intérieures étaient bien plus pures que celles de cette soeur qui faisait appréhender qu'on la méprisât, et que l'on en eût du mépris; cela lui **fit** prendre résolution d'en parler à son directeur pour qu'il empêchât cela; et en eifet, elle en vint à l'exécution. Un jour, s'étant trouvées toutes deux chez leur directeur, **la** soeur lui dit: Mon père, j'ai de grandes plaintes à vous faire de notre mère que voilà, au sujet de la manière dont elle se met : je vous prie de la considérer comment la voilà faite avec!des sabots et son tablier de cuisine, elle vient en cet état de chez Monsieur le Curé. N'a-t-il pas lieu de dire qu'elle le méprise, il ne la connaît pas encore, vu qu'il est nouveau, cela lui donnera lieu de juger à son désavantage. Je vous prie, mon père, de lui défendre de faire aucune visite en cet état, car cela est criant.... ***Notre bon Dieu qui voulait faire souffrir sa servante, fit oublier à son directeur qu'il lui avait permis cela; il prit occasion de là de lui dire bien des duretés en la présence de cette soeur ; il lui dit qu'elle jaisait cela par ostentation et que c'était l'orgueil et Vhypocrisie qui la faisaient agir et non l'esprit de-Dieu et qu'elles en voulait couvrir, et qu'elle faisait tout cela de sa tête, sans l'avoir consulté.*** Elle lui dit: Mon père, tout ce que vous me dites peut bien être vrai, mais je n'ai pas intention de me conduire par ma tête et bien loin de cela; vous savez que je vous ai dit mes dispositions touchant le détachement, et vous me

dites que tout ce qui me regardait en personne, je n'avais qu'à suivre mes voies. Voyant que vous me laissez à moi-même, je me suis trouvée obligée de suivre mes dispositions. Si vous ne le voulez pas, faites m'en une expresse défense, et je ne le ferai plus ; mais si vous me laissez à moi-même, je continuerai „.

Hisce auditis seduloque pensatis, si quis alternationem proponere vellet, an Dei Famula vel Confessarius eius peccaverit, incunctanter reponere possumus, neque hunc neque illam fore reprehensione dignos. Non Ancilla Dei, quae vilf despectu que vestitu utebatur, ut internae externam corporis mortificationem, ad quam divinitus excitabatur, sociaret, atque immerens obiurgata, ita volente Deo, immeritam obiurgationem pertulit, seque ad exequenda exprobratoris iussa, quamvis suis optatis adversarentur, paratissimam exhibuit. Non eius Confessarius, utpote qui datae veniae oblitus, obedientiae sibi debitae defectum agnovit in nova Dei Famulae agendi ratione, quae abnormis et ab humanae prudentiae regulis prorsus aliena videbatur, eamque ad saniora consilia revocare acerrima obiurgatione voluit. Paucis itaque dicam: uterque suo iure in re non mala usus est. Vix autem refutatióne indigent ea, quibus Censor ostendere adnititur Confessarii oblivionem de venia data Servae Dei iuxta morem suum se gerendi in corporis afnictationibus, non revera contigisse uti a Maria Laigle asseritur, sed opinioni istius menti iam ante insitae fore tribuendam, siquidem Confessarius, qui ita acriter Dei Famulam habuit, eidem fuerat divinitus datus. Semel atque integra narratio a Mariae Laigle commentariis hausta est, quo iure Censura laciniam sibi faventem arripere, et particulam sequentem reiicere vellet? Nonne omnia iura vetant, ut quoties alicuius facti unus auctor, sive testis, sive historicus, habeatur, eius dicta proscindantur? Haud ignorare potest scientissimus Censor, quod difficultates ex aliquo probationum genere petitae satis profligatae censeri debent, si eodem probationis genere ostendatur earum infirmitas. Neque mirum eidem videri debet, quod Confessarius in moderandis corporis austeritatibas a Dei Famula dissentirei, eamque tam acriter o.biurgaret, licet eidem divinitus datus, quum historia testetur haud semel inter sanctos quoque viros hisce aliisque in rebus haud raro extitisse dissidia, quae tamen nihil de utriusque eximia virtute ac sanctitate detrahunt.

Nodum in scirpo quaereret solertissimus Censor, si obiiciendi materiem extrudere conaretur ex iis, quae iterum ex commentariis Mariae Laigle decerpta in **§ 27** animadversionum Patribus Emis

legenda defert, eorumque iudicio committit. Nam universa facti serie inspecta, plane liquet omnia ex divino instinctu contigisse, atque ad ornandas Dei Famulae laudes mirifice conferre. Temeritatis fortasse Ancillam Dei arguendam putabis, eo quod accepta Missarum stipendia in pauperum solatium proprio marte convertent? Atqui, ceu narrat Maria Laigle, " ***le Seigneur fit connaître à notre Soeur*** (nempe Servae Dei) ***qu'elle*** devait ***se servir de cet argent et qu'elle n'eût point à se mettre en peine, et qu'il se trouverait de saints prêtres, qui la déchargeraient des messes „.*** Tum a malo spiritu eam fuisse deceptam dices? Non arbitror, siquidem ***cela fit qu'elle consultait tous les prêtres, qu'elle pouvait connaître les plus éclairés ; elle ne se contentait pas de ceux qui étaient dans la ville, elle allait partout, où elle pouvait savoir qu'il s'en trouverait qui fussent capables de lui donner de saints avis et conseils*** „: et nunquam Dei Famula acquievit, donec pium quemdam Sacerdotem invenerit, qui " ***déchargea notre Soeur de toutes les messes dont elle s'était chargée de les faire dire „.*** Porro hic rerum eventus quum aperte doceat revera Dei Famulae mentem divinitus fuisse illustratam, quumque hoc ipso Ancilla Dei divinum consilium habeat quo se a quavis temeritatis nota tueatur, omnis praecisa est controversia. Etenim certum exploratumque est, uti superius innuimus, ex eius dictis refelli posse censorios conatus, sive ille sit testis, sive historicus, ex cuius testimonio hausta fuit obiiciendi materies. Quum itaque tota facti narratio ex commentariis Mariae Laigle deprompta sit, aut illa fidem meretur, et difficultas, si quae adesset, et responsio a nobis data consistit; aut nullam sibi fidem conciliat, et animadversio ipsa locum ubi consistat non habet.

Ut gravi tandem aliquo facto Censura ostendat, huius pauperrimae Institutricis vitam noxia foedatam esse, quae eius causae Commissionem haud signandam esse suadet, ad humillima institutionis exordia nos revocat, unamque puellam ex bissenis, quas tum primum in hospitalem domunculam collegerat, minis oppressam exhibet. Heu! nequeo quin fleam, miserumque puellae casum maxime doleo ; non tamen lugeo quasi iisdem minis oppressam Dei Famulae causam, quippe nullam ex dirutae domunculae lapidibus iacturam accepit, planeque incolumis exinde evasit. Rem prouti narratur ab historico Céver praestat referre. " En 1702 il arriva un gran désastre clans le quartier de Notre Dame, autrement le Fauxbourg de Fenet. Onze maisons attenantes les unes aux autres, bâties au pied de la montagne, tombèrent en même tems à six heures du matin.

Ceux qui les abitoient, n'eurent le tems de sauver leurs vies en sortant de leurs maisons, sans pouvoir en rien emporter. La Sœur Delanoue se trouva du nombre des affligés: elle perdit tout son linge, et presque tous ses meubles sous les ruines de la maison qu'elle avo it occupée. L'on fit venir les Juges, pour tâcher de retirer en leur présence les petits pauvres, logés dans la cave, et que l'on croyoit mort: on les tira cependant sains et pleins de vie, à l'exception d'une petite fille qui y demeura écrasée „.

Ecquis vel rigidissimus Censor tam immanem calamitatem, quae Dei Famulae summi doloris causa fuit, in eiusdem dedecus vertendam dicet? Ecquis potius non mirabitur invictam constantiam, qua subsannantium hominum dicteria et contemptum pertulit, atque orphanarum superstitum necessitatibus occurrere valuit, auxiliis omnibus destituta? Profecto nonnisi strenua constantia animi et incredibili in Deum fiducia potuit assequi Dei Famula, ne eius Institutum in ipsis exordiis corrueret. Deerant opes, omnia videbantur inceptis adversari; institit illa, divina bonitate confisa, eaque mirum in modum iuvante, inter omnigenas difficultates et contradictiones beneficentissimae Congregationis opus instituit ampliavitque, quod nulla ope perfici posse videbatur. Hinc patet quam verissime a Teste, quem laudat Animadversio, dictum fuerit de popello Servam Dei tanta calamitate percussam contemnenti quasi perperam in divino praesidio confiderei: - ***On se trompait: la Providence commençait véritablement*** -. Et re sane vera quisque universam Ancillae Dei vitam, eiusque institutionis exordia, vicissitudines atque propagationem mente et animo complectitur, optimo iure de illa praedicari posse fateatur oportet, quae de S. Caietano Thienaeo scripta sunt. " ***In suscepto vitae instituto constantissime perseveravit, soli divinae providentiae inhaerens, quam sibi nunquam defuisse aliquando miracula comprobarunt „*** (In Brev. Rom. ad diem **7** Augusti).

Quae cum ita sint, hoc unum nobis reliquum est, ut bonam quam diximus causam Patrum Emorum sapientiae atque benignitati commendemus, eosque obsequenti animo obtestemur, ut - ***veterem hanc margaritam, cuius splendorem tempus non obnubilava, quae vetustatis rubiginem non sensit-*** (S. Ioan. Chrisost. de Iuvent, et Maxim.), lapidibus pretiosis adiicere velint, quibus sacrarum virginum corona exornata refulget. Hoc ipsum exposcit religiosissimus causae Postulator Rmus P. Vincentius Ligiez una cum meritissima Congregatione a Dei Famula instituta, quae nil magis exoptat quam ut felix illa dies aliquando illucescat, qua parentem suam Sanctorum honoribus decoratam auspicem caelestem venerari queant.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII.

Die 17 Decembris 1898.

Sess. 24 cap. 1. de ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Sybilla Comitissa, duodeviginti annos tunc nata, non minus nobilitate generis, quam vetustate corporis praeclara, die 26 maii an. 1884, Parisiis in sacello Nuntiaturae Apostolicae, matrimonium iniit cum Alexandro Marchione in aetate annorum circiter novem supra viginti constituto.

Sed hoc matrimonium, non obstante mutua coniugum cohabitatione plurium annorum, infelices exitus habuit; quandoquidem videtur Sybilla non libere, sed gravi metu a matre coacta viro nupsisse. Narratur enim, quod puella, sexdecim annos tunc nata, vehementi amore capta est in virum, cui nubere non poterat. Quare ad illam ab isto amore revocandam, mater statuit filiam, nulla interposita mora, alii viro in matrimonium dare, atque Alexandrum elegit, qui sex post mensibus, dum haec fiebant, eam in matrimonium petiit.

Verum Sybilla, vel quia adhuc prohibito amori corde adhaerebat, vel quia eidem Alexander displicebat, propositas nuptias respuisse dicitur. Frustra tamen; mater enim filiae hoc coniugium imposuit, atque, si vera sunt quae narrantur, ad extorquendum eiusdem consensum non coactiones morales dumtaxat adhibuit, sed quandoque etiam physicas.

En quomodo ipsa actrix in supplici libello Supremo Principi oblato rem narrat: « Quindi una lotta disperata di aspre contese, minaccie di reclusione, anzi reclusione effettiva in una stanza, d'onde per tre settimane Foratrice non

potè mai uscire, e scene domestiche penosissime e continue. Invano l'oratrice tentò di difendersi, invocando l'aiuto del padre, ora defunto da sette anni. Questi era affatto contrario a tal matrimonio ; ma quando vide che la sua Signora era risolutissima decise di tenersi intieramente passivo, lasciandone pieni poteri. Anzi, prese il partito di fare un viaggio in Italia, ove restò fin dopo il matrimonio, e dove lo raggiunse il Marchese Alessandro per strapparne un consenso ; nè l'ottenne se non dopo tre giorni d'insistenze ».

« Non vedendo nella sua mente altro scampo, l'oratrice prese la fuga, e trovò modo di farsi accogliere nel Convento della Retraite, rue du Cherche-Midi, per lo spazio di quindici giorni. La madre volgendo nell'animo mille pensieri suir indirizzo della fuggitiva ricorse inutilmente a ricerche e ad esplorazioni, finché con l'aiuto della Polizia riuscì a scoprire il luogo del rifugio ».

Ideoque Sybilla, postquam omnia incassum tentavit ad genitricis voluntatem flectendam, subire debuit, ut ipsa dicit, invitum matrimonium. At, initis nuptiis, felices non fuerunt coniuges ; quandoquidem vir potius quam amore ac sollicitudinibus captare sponsae benevolentiam fertur ad perditam vitam se dedisse. Nihilo secius coniuges octo annos maritalem vitam foverunt, indeque prolem susceperunt. Donec anno 1894, ob publicum scandalum a viro provocatum, maritale consortium omnino impossibile evasit et Sybilla Alexandro valedixit, apud matrem se recipiens. Ita ipsa mulier factum enarrat: « La séparation a eu lieu en 1894. Mon mari avait rencontré une femme qui lui inspira un sentiment plus vif et plus durable. M. de la Fresange s'est retiré avec cette femme à Montfermeil, où un dramme affreux se passa : un autre homme vint chercher cette femme et se tua chez mon mari. Ce dramme a été relaté par les journaux ».

Interea infelix mulier anno nempe 1896, ad Supremum Principem supplicem obtulit libellum, expostulans ut suum

matrimonium nullum declararetur ob defectum consensus. Sanctissimus Pontifex in mandatis dedit ut S. C. legitimam cognitionem susciperet ; quocirca Curia Parisiensis iussa fuit ***procederé ad tramites iuris usque ad sententiam definitivam.***

Emus Archiepiscopus, constituto Tribunali, Iudici delegato cognitionem causas commisit, qui, praevio processu, contra virum contumacem hanc dedit sententiam « constare de nullitate matrimonii, de quo agitur propter vim iniuste incussam, salva tamen legitimitate prolis ».

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO MULIERIS. Patronus actricis recolit in primis tralati tium in iure esse ad matrimonium contrahendum requiri mutuum ac liberum contrahentium consensum, quin imo in nullo modo alio contractu tantam requiri libertatem, quanta in contrahendo matrimonium servetur oportet. Hinc, ait Schmalzgrueber ***lib. 4, tit.*** § ***394*** « dispar est ratio matrimonii et aliorum contractuum ; nam isti auctoritate iudicis rescindi possunt; consequenter necesse non facit ut metus gravis eosdem irritet ». Cui consonant Sánchez ***lib. 4> d. 6„ num. 2 ;*** Potius ***de imped. matr. caus. 31, quaest. 2 et*** 3, ***§ 13;*** Cosci ***de sep. thori lib. 1, cap. 8, n. 93.***

Et Alexander III in ***cap. 14 de sponsal.*** ibi: « Cum locum non habeat consensus ubi metus vel coactio intercedit, necesse est ut ubi assensus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur, et ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate gaudere cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere quod odit, et sequatur exitus qui de invitis nuptiis solent provenire ».

Iamvero in casu constare, ait orator, Sybillae libertatem violatam fuisse ipsamque ad matrimonium nonnisi vi et metu matris fuisse compulsam.

Sane dicit orator, ex tota inquisitione, atque omnium testium fide ad evidentiam erumpit, Sibyllam toto animo, totis viribus impositas a matre nuptias reiecisse, tum quia

recens erat vulnus alterius amoris, tum quia mores, ingenium, consuetudines, aspectus ipse ita odiosa illi erant ut perferre non posset. Item constat, et omnium consensus flagrai, in hac intestina dimicatione et matrem et filiam quotidie usque ad matrimonium vixisse : hanc ut imperia propulsarci, ei querelis ac fleiu absumereiur, illam ut minis, conviens, manu ac fusiibus coerceret.

Ita marchio de Charnacé, testis ex officio affirmat: « Cette scène, ces mauvais traitements, cette résistence de la fille ont duré jusqu'au mariage ».

Et Margarita Joly testatur: « La mère. . . . Ta frappée même avec un bâton plusieurs fois sous mes yeux. Ainsi pour descendre au salon elle recevait des soufflets. Aussitôt qu'elle entendait le marquis, mademoiselle se sauvait, et c'est alors que je l'ai vue souffletée et frappée par la mère.... Cette pression a duré tout le temps sans discontinuer, jusqu'au moment du mariage ».

Idipsum fatetur Aemilius Adam, qui iurat : « Madame de Bonne val enfermait souvent sa fille dans une chambre, et ne lui donnait pas à manger... La mère frappait sa fille, elle lui donnait des coups de règle... Mademoiselle a résisté jusqu'au bout, et même le jour du mariage ».

Item domina May : « J'ai été personnellement témoin des coups que la mère a donnés à sa fille, des bousculades qu'elle lui a fait subir, la jetant sur un canapé, ou la poussant contre le mur. Je l'ai vue l'enfermer dans un placard pendant quelques heures. Elle la privait de nourriture, et ceci se répétait souvent____Les négociations ont duré sept ou huit mois; et durant tout ce temps les mauvais traitements n'ont pas discontinué ».

His positis, pergit patronus, nemo cordatus diceret, Sibyllam in ea plena securitate versatam fuisse, quam sacri canones ad libertatem, ad consensum, ad validitatem requirunt.

Quandoquidem, iuxta oratorem, huius matrimonii nullitas talis est quae cetera nullitatis iudicia singulari evidentia

antecellat. Et sane, in aliis causis vitium deprehendi solet, violata libertate, solo metu reverentiali erga parentes, quoties non de importunis tantum imperiis 'et obiurgationibus agatur, sed severitas ac minae accedant gravis alicuius mali, ad tradita per Rotam *in dec. 491 cor. Royas et dec. 870 coram Emerix iun.*

Sed longe alia res est in causa quae disputatur. Nam dicit advocatus, non metum et minas habetis, sed vim : non verba, sed verbera ; non praeconia futuri, sed facta : non mentis affectionem et cruciatum, sed etiam totius corporis. Sacrorum canonum interpretes complecti quidem consueverunt uno eodemque titulo impedimentum vis et metus, non quod unum idemque valeant, sed quod etiam metus libertatem laedit, et nullitatem parit. Haud vero, eruit orator, ex ista causarum coniunctione inferri posset, alteram quae maior est, aequiparari cum alia inferioris gradus et aestimationis.

Nam qui metum patitur sive instantis periculi vel futuri, mentis trepidationem *(L. 1 ff. de eo quod metus causa)* non ita cogitur, ut nullus in praesens deliberationi locus esse valeat ; sed qui violenta manu et praesenti corporis afflictione compellitur magis pati quam agi convincitur.

At dices, quelemcumque pariter violentiam gravem esse debere, atque eiusmodi, ut libertatis usum omnino ademerit. Hoc non negat patronus; sed dicit graviorem esse aestimandam coactionem in muliere quam in viro, et plurimi habendam in puella septemdecim annos nata, quae consilii expers ac virium, omnibus subiecta, nihil sibi non perferendum esse putat. Talis autem fuit Sibyllae conditio.

At quoniam causarum gravitatem oportet ab effectibus dimetiri, ita advocatus duo factorum momenta refert.

Primum recolit, dum magis ira matris et impetus increbrescerent, filia repente fugam arripuit. Sane, omisso testimonio ipsius actricis, aliorumque, rem narrat monialis Arsenia.

Et, tresdecim elapsis annis, cum in iudicio rogata est pia monialis, agnovit quidem Sybillam, utcumque leviter

mutatam, sed certissime illam agnovit ex praesentia matris, in qua nullam vel levissimam mutationem deprehendit.

Quaerenti vero causam, quae timidam puellam in tantam insaniam coniecit, respondet advocatus afferens testimonia aliquorum testium : « Mademoiselle m'avait dit souvent qu'elle s'enfuierait pour échapper à ce mariage. Mademoiselle de B. a également quitté la maison pour éviter un mariage qui lui inspirait une horreur profonde ». Et inferunt, non modo nulla liberandi copia ac libertas in puella fuit, sed tantam violentiam tulit quantam illius vires pati non potuerunt.

Ulterius ad illatae violentiae gravitatem probandam recolunt quod Sybilla, potius quam Henrico nubere, mortem sibi consciscere mini tata est. Sane ipsamet Sybilla iurata narrat: « Un jour j'ai voulu me jeter par la fenêtre, et ceux qui ont vu cette scène ont bien cru que j'étais tombée. Mon corps était à moitié au dehors de la fenêtre. C'est Marie, ma femme de chambre, qui m'a retenue. Cette a eu lieu en janvier 1884 ».

Idipsum fusius narrant Margarita Joly, Hortensia Primet, Aemilius Adam qui in facto quod expenditur pars magna fuerunt.

Absolutis legitimis probationibus, quae a iudiciali inquisitione dimanant, actricis patronus, quo magis elucescat totius causae evidentia ad alia indicia et argumenta pergit, ac primum loquitur de fide, quam iudiciales tabulae invictae merentur.

Verum, ait advocatus, Curia Parisiensis cum a S. Ordine Vestro literas diei 13 augusti 1896 acceperat, ut votum ederet de actricis libello, duobus mensibus facta exploravit, ac denique respondit « graves adesse praesumptiones de vi illata a matre in oratricem, ad matrimonium ineundum cum marchione Alexandro ». Censuit igitur « processum quamprimum peragendum esse ».

Fit igitur diligentissima inquisitio, ita ut actrici non desit copia edendi quotquot testes idoneos putat. Sed inte-

rea vinculi defensor exquirit et ipse; ita ut maior sit numerus testium ex officio quam aliorum. At testes omnes unum et idem sentiunt ac referunt, et si qui eminent perspicuitate et gravitate, inter testes ex officio sunt exquirendi.

Deinde notat quod non de nobilioribus tantum, sed de omnibus testatur Iudex delegatus scribens : « Ex parte autem actricis, testes probi et honesti producti sunt, contra quos nulla quam sciamus militat suspicio ».

Neque, iuxta oratorem, in casu desunt gravissima adiuncta, quae illatam coactionem magis confirmant. Ita Sibyllae pater, filiae patrocinium contra virum suscipit et qualibet spe deiectus, fugam arripit.

Huc perducta oratione, advocatus aliquas praeoccupat difficultates, quae a Parisiensi vinculi Defensore allatae fuerunt. Ita primum obiicitur, nonne ridiculum esse totum illum apparatum de vi illata, quasi fieri posset quotidie fustibus, colaphis, flagellis, ieiuniis, carcere, contumeliis, filiam a matre vexari. Sed respondet orator cum Quintiliano « Sunt plurima vera quidem, sed parum credibilia: sicut falsa quoque frequenter verisimilia ». Haud vero inverisimilia iudicari debent ea quae eo mmunia in iure censentur, imo in conditione posita sunt ad matrimonii nullitatem. Nam omnes Doctores, quaenam sint et metus et violentiae in iis quae corpus afficiunt, verbera, cruciatus, famem, carceres recensent.

Dices, saltem tot vexationes credibiles non esse in Comitissa, quae religione praestans dicitur et est, ac filiam impense diligit? Ast in humanis non tam evanidas coniecturas quam humanae naturae specimina attendendas esse censet orator. Quis non saepe vidit in institutione prolis, ferventis naturae homines, cetera pios, contra puerorum admissa tot furiis inveni, ut illos nisi toto corpore mulctatos, et quandoque leviter saucios non dimittant? Cur hoc non fecerit femina quae tam iracunda traditur, quae putabat filiam in gravissimo discrimine versari, et unicam spem in hisce nuptiis collocaverat ?

At puella iure iurando respondit : « Je refusais le mariage encore plus à cause de Mr. Alexandre lui-même qu'à cause de l'affection que j'avais ». Alii vero testes quamquam de aliis amoribus non loquantur, unam sciunt, unam affirmant resistentiae causam, scilicet aversionem in Alexandrum.

Quid eloquentius quam quod refert Margarita Joly? « Mademoiselle répétait à sa mère : si vous voulez vous débarrasser de moi, mariez moi à un autre, mais pas à cet homme là ». Non igitur matrimonium Sybilla oderai, sed hominem. Conferte cetera testimonia: in omnibus hoc unum semper recurrit quod ait Hortensia Primet : « La jeune fille disait à sa mère qu'elle ne voulait pas de ce Monsieur, parce qu'elle avait de la répulsion pour lui ».

Neque tandem dicatur consensum per diuturnam coniugum cohabitationem suscepiamque prolem fuisse rediniegraium. Nam, advertit patronus, etiamsi iure Decretalium dimicandum esset, quo scilicet iure ex facto diuturnae cohabitationis vetus dissensus alterius coniugis transire poterat in consensum, cavere semper iurisprudentes solebant in hoc facto cohabitationis aestimando. Plane, quod dissensus in consensum transeat, non temporis quaestio est, sed animi ei facti. Si mulier invita et coacta nupserit, ac decem postea vel viginti annis semper aversata, semper repugnante animo communem vitam ioleraverit, nemo certo mutatam illius voluntatem censuerit.

Verumtamen, prosequitur, quidquid olim iure Decretalium fuerit, recessit ab aula post Concilium Tridentinum, quod matrimonium iungi non posse absque parochi et testium praesentia constituit: absonum enim esset absque hac forma per cohabitationem efficere quod sine hac forma ne per consensum quidem inire licebat. Notissimam distinctionem conficit Barbosa *de off. Episc., alleg. 32, n.. 149,* ibi: « Hodierno iure cohabitatio efficere nequit matrimonium : novus etiam consensus requiritur, et forma Concilii ». Et perspicue rationem demonstrat in *vot. decis. lib. 2, vot. 17, n. 178,*

ibi : « Ratio est quia omnis forma et solemnitas quae debet intervenire in actu ut valeat, debet quoque intervenire in ratificatione, nec potest deservire solemnitas per prius sequuta, quoniam illa debet concurrere de tempore actus, nec potest ab eo separari : nec etiam iuvare potest fictio aut retrotractio, cum non fiat quando actus est omnino nullus ». Cosci *de sep. th., lib. 1, cap. 5, n. 84.*

Advocato superest tantum ut probetur publicum fuisse impedimentum in causa de qua agitur. Sed, advertit, in iis quae ad impedimenta pertinent, communi disciplina receptum est, publicum censeri non modo quod in foro probatur, sed quandocumque probari potest. Rem concinne et sapiens ter illustrat Sánchez de *matr., lib. 2, disp. 36, n. 11.*

Nec secus Reiifenst. *in append. de dispensat. § 2. n. 44 et seq.* ibi : « Impedimentum tunc censetur occultum quando vel omnino secretum extitit ita ut nulla ratione probari valeat, vel si quidem scitur ab uno vel alio aut tribus vel quatuor, nullum tamen periculum est quod ulterius publicetur ». At quis neget, clamat defensor, in iudicio probari posse vim adhibitam ad Sibyllae nuptias?

Ad prolem quod attinet, concludit advocatus, sacri canones prospiciunt : qui per sententiam nullitatis laedi posse vetant legitimum statum sobolis ante iudicium conceptae in bona coniugum fide. Quamobrem Iudex delegatus parisiensis renuntiavit « Constare de nullitate matrimonii de quo agitur, salva tamen legitimitate prolis ».

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. EX adverso vinculi defensor totam suam orationem hoc complectitur argumento, quod nempe facta quae ad gravem metum probandum proferuntur, non omnia certa videntur, vel, si certa sunt, nullam iniuriam passa est actrix cum non iniuste mater ad nuptias contrahendas filiam adegerit.

Et praeprimis advertit facta quae ab actrice proferuntur non omnia veritati consona esse.

At miratur orator, quod dum Sibylla cubiculo inclusa gemit, ac praecipitem e fenestra se agere tentavit, eo mo-

mento praesto sunt Aemilius Adam, Maria Sibyllae famula et nescit quot alii, qui Sibyllam e fenestra pendulam detinent.

Ulterius ad mentem revocat haec actricis verba : « J'avais (ita illa) une autre affection très profonde ». Iam vero, notat orator, nemo ignorat quam difficile sit puellae, ita animo comparatae, alium virum redamare. Ergo quicunque alius iuvenis tum sese Sibyllae obtulisset, eandem quam marchio Alexander sortem expertus esset.

Quocirca, ait, desperandum erat proponere Sibyllae virum quem, deperiret. Unum ex duobus a matre perferendum erat: aut Sibyllam marchioni Alexandro qui praesto erat coniungere: aut sinere filiam in praeceps corruere.

Verum actricis mater comitissa Maria, quippe rationem Deo pro anima filiae redditura erat, eam, mora haud interiecta, in matrimonium marchioni Alexandro, qui teste Sibylla « était le premier parti sérieux qui se soit présenté » iure optimo tradidisset, ait orator. At indulgentissima mater plus quam annum et dimidium Sibyllae ad eligendum inter resipiscentiam et coniugium cum viro « di egual condizione » concessit.

Eoque magis iusta haec videntur, si ob oculos habentur,, quae mater et quae filia pretiosissimis hisce duodeviginti mensibus praestiterunt. Mater enim sollicita « de mettre entre elle (Sibyllam) et monsieur.... une barrière infranchissable » urgebat filiae matrimonium cum marchione Alexandro, qui « était le premier (et unicum) parti sérieux qui se soit présenté ». Sibylla econtra evadit e materna domo et se recipit apud moniales, non iam ut vota nuncupet, sed ea conditione ut diu noctuque per urbem vagari libere valeat.

At mater, inquies, minas, verbera, cruciatus adhibuit, ut filiam ad nubendum marchioni Alexandro adduceret. Respondit vinculi defensor : praeprimis in confessis est comitissam Mariam minime suam, sed filiae dumtaxat, quod fore nunquam accidit in huiusmodi quaestionibus, utilitatem ob oculos in propositis nuptiis habuisse.

Extra omnem pariter dubitationis aleam positum est comitissam filiae amantissimam, cupientissimam, studiosissimamque semper fuisse. Siquidem marchio Hernestus de Charnacé iurat: « Madame de Bonn.... était une mère admirable pour sa fille, pour son mari elle est digne de tous les éloges. Elle était excessivement bonne pour sa fille. Si madame de Bonn.... a ainsi poussé sa fille à cette malheureux mariage, c'est qu'elle y a été contrainte par une nécessité impérieuse, et en violentant sa fille elle a cru remplir son devoir de mère prudente ».

Gui concinunt famula Margarita Joly et domina Clotildes Poetier, quae iuramento testatur: « Madame de B. était très-bonne, très-douce. Dans cette question de mariage elle a tout à coup changé, de telle sorte que personne ne la reconnaissait plus, et qu'on ne pouvait s'expliquer ce changement ».

Habes itaque matrem: « Admirable pour sa fille... Excessivement bonne pour sa fille... Mme de B. témoignait la plus grande affection à sa fille___Madame de B. était très-bonne, très-douce ». Alia ex parte habes filiam insano amore correptam. Si exinde in domo videas iurgia, minas, verbera, cruciatus, ecquis facile credebat, clamat orator, matrem in tigrim ex improviso versam, ferino corde saevire in filiam, potius quam filiam iustis matris consiliis iustisque praeceptis obsistere vesani amoris passione obcaecatam?

Verum haud coniectationibus indiget vinculi defensor. Sibylla enim adversus praecepta matris recursum habuit ad gravissimum virum, amicum familiae, marchionem Hernestum de Oharnacé, qui Sibyllae patrocinium suscepit. At cum allocutus est, et cognovisset factorum historiam « A partir de ce moment, (ait marchio de Charnacé) j'ai dit moi-même à Mademoiselle de B. qu'elle devait obéir à sa mère: Cette parole de Mme de B. (malheur pour malheur, je préfère celui-là) m'avait ouvert les yeux et je ne pouvais plus intervenir ».

Insuper actrix profitetur : « Mon père s'est opposé à ce mariage d'abord ». Hisce tamen minime obstantibus marchioni Alexandro Sibyllam uxorem committere et ipse Sibyllae pater, teste ipsamet actrice, permisit : quod pater minime consensisset, si Sibyllam videret ad saniora consilia redire, si matrimonium quod in promptu erat non necessarium foret.

Ipsa etiam actrix in supplici ad Sacratissimum Principem libello scribit: « La sua madre contessa di B.... non ascoltò altro che i sentimenti inflessibili di morale e di religione ». Iamvero numquam orator audivit iniustas dici minas, verbera, cruciatus, quos inferri iubent : « i sentimenti inflessibili di morale e di religione ». Nec audivit quandoque matrimonium aliquod nullitate tabescere, quippe quod fuerit minis, verberibus, carceribus, cruciatibus iuste impositum.

Enimvero, prosequitur orator, huiusmodi nullitas certe proflueret ab illo de in integrum restitutionibus edicto quo Praetor iubet: « Quod vi metusve causa gestum erit ratum non habebo; i. e. rescindam ». Iamvero iuxta defensorem, edictum illud minime obtinet in metu iuste inlato. Ad rem *I. 6 ff', de eo quod metus causa* (ibi): « Continet igitur haec clausula et vim et metum : et si quis vi compulsus aliquid fecit, per hoc edictum restituitur. Sed vim accipimus atrocem, et eam quae adversus bonos mores fiat: non eam quam magistratus recte intulit, scilicet iure licito et iure honoris, quem sustinet. Ceterum si per iniuriam quid fecit populi romani magistratus, vel provinciae praeses, Pomponius scribit, hoc edictum locum habere: si forte (inquit) mortis aut verberum terrore pecuniam aliquid extorserit ».

Quapropter iure optimo merito Palacios *dist. 29, disput, unie,* docet: « Tunc tantum metum irritare matrimonium, quando fit gravis iniuria ».

Et Sanctus Alphonsus de Ligorio *theol, moral, lib. 6, tract. 6, de matrim, num. 1049* tradit: « Ut metus irritet

matrimonium, requiritur: I. ut sit ab extrinseco sive ab homine, non autem ab intrínseco, ut communiter docent Sánchez etc.; II. ut metus incutiatur ad finem contrahendi matrimonium...; III. ut metus sit iniuste incussus, Sánchez, *dict. d. n. 3,* Bonae. *pag. 8, num. 9,* Holzm. et Rone. *U. cc.* ».

Quocirca, vinculi defensor quaerit, erat ne officium matris prospiscere spirituali temporalique filiae bono ac ei, cum in imminenti versetur periculo, opem ferre? Ad comitissam Mariam de Bonn...., cum deprehendisset filiolam Sibyllam vesano amore erga coniugatimi virum correptam spectabatne « mettre entre elle et le monsieur une barrière infranchissable? » At si matris erat struere, non filiae licebat inexpugnabile illud valium evertere. Quod certo certius evertebat, dum matrimonium recusabat.

Sed dices iure cautum non esse ut puella vesano amore infiammata erga coniugatum virum, matrimonio cum alio iungatur. At defensor recolens verba apostoli: « Qui non potest se continere nubat, quia melius est nubere quam uri »; non negat alia etiam ratione v. gr. ingressu in religionem, huic malo prospici iure poterat; praesenti tamen in causa nullum praeter matrimonium praesto fuisse remedium in aprico est. Igitur rei possibili, non impossibili insistendum erat.

Nec omine meliori obiiceres: nullus privata auctoritate potest cogere ad matrimonium. Huiuscemodi obiectionem sibi proponit Sánchez *de matr. lib. 4, disput. 13, n. 9,* et respondet: « Si argumentum aliquid probaret, similiter probaret, si extorqueret consensum in alium contractum, eum fore rescindendum. Quod est falsum (ut dixi hoc *lib. 4, disp. 8, nam. 8),* quia etiam nullus privata auctoritate potest cogere ad quemcumque contractum ». Sed, pergit orator, adeo a veritate est alienum matrem in huiusmodi negotiis haberi, quasi personam extraneam, ut versa vice in tridentino concilio disputatum fuerit an matrimonia sine parentum consensu contracta, inter irrita ipso facto accensenda forent.

Risum autem excitat actrix, dum obiicit: « In pochissimo tempo fu immaginato, trattato e conchiuso il matrimonio che avvenne nel 1884 ». Re sane vera, advertit orator, quando Sibyllae propositum est matrimonium cum marcinone Alexandro, sex sin minus iam menses elapsi erant ex quo mater insanum Sibyllae amorem cognoverat. « Je ne crois pas (inquit actrix) qu'il se soit écoulé plus de six mois entre cette proposition de mariage et le moment où ma mère a connu mon affection ». Annus vero praeterlapso est inter propositionem et celebrationem matrimonii. « Il s'est écoulé environ un an (ita actrix) entre la présentation de Mr. Alexandre et notre mariage ».

Huc accedit quod Sibylla, mense decembri 1883 i. e. duodecim circiter menses postea quam illiciti amores innotuerant matri, et sex menses ex quo coeptum erat agere de matrimonio cum marchione Alexandro, clandestine aufugerat a domo materna et ad moniales confugerat ea conditione, ut diu noctuque pervagari libere posset in urbe. Quare res iuxta oratorem ad ultimum evidentiae gradum demonstrat, quam proximum esset periculum in mora. Nec satis: comitissa de B. actricis mater testatur: « J'ai surpris ce monsieur un jour en donnant un billet à ma fìlle, c'est moi qui m'en suis emparée ».

Neque, prosequitur, aliquid facessere videtur factum quod nempe Sibyllae pater, post nuptias matri exprobravit, quod filiam marchioni Alexandro in matrimonium dedisset. Nam, respondit defensor, praeterquamquod in probatis id minime sit, nihilominus hoc nihil probaret. Passim enim usuvenit ut post exitum malum actiones nostrae etsi iustissimae nedum ab aliis, verum etiam a nobismetipsis improbentur.

Verumtamen dato etiam, sequitur assertor sacramenti, praetensam compulsionem fuisse iniustam, tamen contentiones inter matrem et filiam, quas testes modo amplificant misericordia moti erga infelicem puellam, iuxta oratorem referuntur ad ea temporis intervalla, queis indomito erga coniugatum virum amore filia abripiebatur. At dum filia

serenitate mentis ponebatur, nulla prorsus vel nonnisi levis matrem inter et filiam fuit quoad matrimonium in controversiam adductum dissensio.

Re enim vera, si Sibylla reapse odisset marchionem Alexandrum, expletis nuptiis in manus viri tradita, absoluto sacrificio, infelix, non tantum animus, sed etiam oculi debuissent a feri ty ranni aspectu abhorrere, et in aeternum vero exhorruisset istius viri amplexus.

Ast longe aliter sese res habuerunt, dicit vinculi defensor. Porro parisienses moderatores actorum sapientissime a Sibylla quaesierunt : « M. Alexandre vous a-t-il demandé de bonne heure l'accomplissement du devoir conjugal? Vous y êtes vous prêtée sans difficulté? Et si vous avez fait quelque résistance, pour quelles raisons? » Ad quae Sibylla minime respondet, sed ita evagatur : « M. Alexandre les premiers jours du mariage, a été très courtois. A Paris où nous sommes restés quelques jours il ne m'a fait des scènes pour obtenir l'accomplissement du devoir conjugal. Les violences ont commencés à Monte Carlo comme j'ai déjà dit. Jamais les rapports conjugaux n'ont été bien suivis. M. de la Fress.... était du reste vite rassasié d'une femme, et, pendant ma grossesse, mon mari me prit en haine (iam sex anni exacti erant ab inito matrimonio), et à chaque instant il me faisait des scènes. Depuis la naissance de mon enfant, Décembre 1889, mon mari ne m'a jamais plus touchée, il a essayé seulement deux ou trois fois ».

Quibus praemissis propositum fuit diluendum

Dubium

An sententia Curiae Parisiensis sit confirmanda vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra C C . sub die 17 Decembris 1898 re discussa, censuit respondere : *Sententiam esse confirmandam.*

SUESSIONEN. CONGREG. SACERD. A S. CORDE IESU.

DISPENSATIONIS AB IRREGULARITATE

Die 18 Martii 1899.

Per Summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Procurator Generalis Congregationis Suessionen. a S. Corde Iesu nuncupatae ad Sacratissimum Principem, quo sospite laetamur, hunc misit libellum: « Iuvenis quidam nomine Georgius Fleury e vico *Estourmel,* Archidioecesis Cameracen., pietate et indole conspicuus enixe postulat se in praefata Congregatione admitti, ut dein sacerdos fieri posset. Sed memoratus, cum adhuc esset iunior, cuidam irregularitati ex defectu obnoxius factus fuit; etenim illius manus dextera in quadam machina accidentaliter inserta est, ita ut duae priores phalanges indicis amputari debuerint. Hisce non obstantibus et attentis necessitate ac utilitate Congregationis supradictae necnon praefati iuvenis dotibus, humillime petit orator quod Sanctitas Vestra dictum Georgium Fleury super irregularitatem ex. defectu corporis dispensare dignetur ».

Hasce preces, ceu de more, ad Archiepiscopum Cameracen., ad cuius dioecesim orator pertinet, die 9 Decembris, nuper elapsi anni, remissae fuerunt pro informatione et voto, atque, ut peracto coram caeremoniarum magistro experimento, referret an orator omnes Missae actiones explere valeret.

Mandatis Archiepiscopus morem gerens, praefati iuvenis examen caeremoniarum magistro commisit, qui de peracto experimento haec retulit:

« Je lui ai fait accomplir sous mes yeux les diverses cérémonies du Saint Sacrifice concernant l'hostie et le calice.

« Il sait prendre l'hostie sur le corporal et sur la patène, peut faire les signes de croix avec l'hostie sur le calice. Il a fait sans difficulté la fraction de l'hostie. Il peut distribuer la sainte communion avec de petites hosties.

« Il peut prendre le calice soit par le noeud, soit au dessous du noeud pour la communion ».

« En somme, la main droite de Monsieur G. Fleury est assez disgracieuse, mais ne l'empêche pas de faire assez convenablement les cérémonies nécessaires du Saint Sacrifice de la Messe. »

Praesul autem, porrectas preces commendans, haec habet « cum aliunde orator sit optimus iuvenis ac pietate conspicuus, enixe rogo ut petita dispensatio concedatur ».

Disceptatio Synoptica

INDULTUM DENEGANDUM VIDETUR. Neminen latet irregularitatem ex defectu corporis, duplici de causa a ss. Canonibus inductam fuisse, ob reverentiam scilicet erga divina, ne contingat sacra munera rite non expleri; et ob populi admirationem, quae ex sacris caeremoniis indecore absolutis, oriri potest, ad tradita per *text. in Cap. 1,2 et 6 de corp. vit.* et Cap. *Ex parte 5 de cleric.* Concinit Gonzalez in *Comm. ad tit. de corp. vit. cap. 2 num. 7.*

Iamvero cum in themate agatur de iuvene, qui amputatas habet duas priores phalanges non solum indicis, sed annularis digiti, ac medii, videtur orator non solum minus idoneus esse ad omnes ritus in divino sacrificio explendos, sed ob consequentem dexterae manus deformitatem sacra peragere haud posse sine populi admiratione. Hac de re caeremoniarum magister in sua relatione ait: « En somme, la main droite de Monsieur Fleury est assez disgracieuse »; hinc sponte sua fluere videtur, dispensationis veniam ab oratore imploratam concedere haud expedire. Eamque eo vel magis in casu denegandam esse putarem, cum non de promoto, sed de promovendo agatur, cui ex regula a S. Congregatione recepta valde difficilius dispensatio concedi solet, ceu videre est in *Pampilonen. 22 Novem. 1856* et in *Patavina 27 April. 1861* per *Summaria precum* propositis. Imo S. C. C. in *Burgen. 24 Ian. 1864* dispensationem denegavit cuidam Ioachim De Faia, qui ob adustionem, tendines pollicis et indicis dexterae

manus habebat contractos, quique dimidia tantum parte phalangis utriusque digiti carebat, quamvis magistri caeremoniarum favorabile votum et Cardinalis Archiepiscopi commendatio oratoris precibus accederet.

INDULTUM CONCEDENDUM VIDETUR. EX altera parte, favore oratoris, animadvertere praestat, digitorum defectum, quo ipse laborat, adeo gravem non esse, ut Sacrorum Canonum decreta contra corpore vitiatos edita in themate quoque urgere dicenda sit. Sane citata superius ss. Canonum rescripta de iis corporis vitiis cavent, quae longe graviora erant, unaque sacris peragendis impedimentum praebebant et admirationem in populo excitabant. - Atqui neutrum in casu contingere videtur. Nam caeremoniarum magister, postquam ex peracto experimento particulatim enumeravit, omnes missae actiones, quae sine difficultate ab oratore peragi possunt, his verbis suam relationem concludit: « En somme, la main droite de Monsieur Fleury. . . . ne l'empêche pas de faire *assez convenablement* les cérémonies nécessaires du Saint Sacrifice de la Messe ».

Nec desunt exempla in similibus, imo in durioribus casibus, in quibus per S. C. C. benignitate principis rigor Canonum fuit temperatus. Sane in *Pampilonen. diei 31 Martii 1860* gratia concessa fuit clerico, ut manu laeva uteretur in sacris Missae caeremoniis, quia dextera manu se crucis signo munire, nec calicem ori admovere valebat. Ita etiam in *Cephalen. 18 Iunii 1866* dispensatum fuit cum clerico Iosepho Gianni laevae manus integro pollice carente; item in *Novarien. 27 Iunii 1891,* quamvis oratori dexterae manus pollici una phalanx et indici duae deessent phalanges; in *Colonien, diei 25 Martii 1895* S. C. C. indulsit quemdam ss. Ordinibus initiari, qui sinistram manum habebat male formatam, cum quatuor digiti concreti essent et membrana quadam inter se iuncti. Nuperrime vero in quadam *Herden, diei 16 Iulii 1898,* cum Antonius Salias propter inopinatam explosionem sclopeti irregularitatem contraxerit ex defectu dexterae manus, cum qua nihil apprehendere poterat, S. O. C.

hanc dedit responsionem : « Dummodo ***adsit Ecclesiae necessitas et non timeatur irreverentiae periculum in sacro conficiendo, pro gratia dispensationis, arbitrio et conscientiae Episcopi, facto verbo cum SSmo ».***

Hisce omnibus accedunt boni oratoris mores et utilitas ex ipsius ad ordines promotione Ecclesiae obventura; quandoquidem Cameracen. Episcopus, oblatas preces commendans, oratorem renuntiat « ***iuvenem optimum et pietate conspicuum ».***

Quibus animadversis, quaesitum fuit quid esset precibus respondendum.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die 18 Martii 1899 censuit respondere: ***Dummodo omne absit irreverentiae periculum, pro gratia, facto verbo cum SSmo.***

t

DUBIUM: An liceat Sacra colligere,.eaque aliis litanda tradere, foenore quod ex aeris permutatione provenit, sibi retento.

Emza Revma

N. N. inchinato al bacio della S. Porpora, umilmente chiede all'Eminenza V. Rma la soluzione del seguente dubbio.

Tizio, Sacerdote spagnuolo, ha occasione favorevole di raccogliere grande quantità di Messe nel Portogallo, ricevendo lo stipendio in moneta Portoghese, la quale cambia con moneta spgnuola, ricavandone un beneficio di 35 ed anche di 40 per cento. Queste Messe le fa celebrare da Sacerdoti spagnuoli, dando loro il medesimo stipendio, ritenendo per sè il beneficio del cambio.

Eme Domine

N. N. sacram Purpuram pronus deosculans, ab Eminentia tua dubii, quod hic subiicit, solutionem demisse postulat.

Titius sacerdos hispanus plurima sacra litanda facillime in Lusitania colligere solet, quorum stipendium aere lusitano recipit; hoc in aes hispanum permutato, ex centum quibusque obolis, XXXV aut etiam XL Titius lucratur.

Haec Sacra hispanis sacerdotibus litanda tradit, iisque idem stipendium dat; sed foenus ex aeris permutatione perceptum sibi retinet.

Molti pensano che Tizio abbia operato bene, perchè non vi è legge veruna che proibisca detta operazione, ed il diritto naturale lo consente come frutto dell' industria. Inoltre, Tizio con questo guadagno fa fronte alle spese che occorrono per raccogliere e distribuire tante Messe, si rifa delle perdite subite quando non può riscuotere stipendi di Messe fatte celebrare, riceve un compenso dell'opera sua, e fa insieme una carità a tanti poveri Sacerdoti che altrimenti non avrebbero stipendio per la S. Messa. Ma siccome una tale dottrina comincia a diffondersi per la Spagna, è conveniente che cotesto S. Tribunale si dichiari coi seguenti dubbi.

I°. È lecito a Tizio ritenere il beneficio del cambio della moneta portoghese con quella spagnuola?

2°. In caso negativo incorre nella scomunica riservata al Papa della Const. *Apostolicae Sedis?*

Plerique Titium optime se gessisse autumant; quia nulla lex est, quae id vetet; atque ipsum naturae ius, uti fructum industriae, permittit.

Praeterea Titius hoc lucro, sive pro impensis, quae tot sacris colligendis distribuendisque necessariae sunt; sive pro damnis, quae subire cogitur, cum stipendia sacerdotibus litantibus debita, exigere nequit, aliquatenus compensatur: operae suae pretium obtinet, magnoque egenis sacerdotibus adiumento est, qui secus stipendia ex Sacris litandis nunquam habere possent.

Sed quoniam haec doctrina per Hispaniam late diffundi coepta est, expedit omnino, ut S. Tribunal super dubiis, quae hic subiiciuntur, iudicium proferat.

I°. An Titio liceat foenus ex aeris permutatione perceptum retinere?

2°. An, si id nequaquam ipsi licere existimatur, in anathema Papae reservatum per Constitution. *Apostolicae Sedis,* incidisse censendus sit?

Die 21 Nov. 1898 Sacra Congrgatio Erîiorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium S. Concillii Trid. Interpretum ad suprascripta dubia rescripsit:

Ad 1um. Negative.

Ad 2um. Recurrat in casibus particularibus.

Ita reperitur in positione cui titulus N. N.

In quorum fidem etc.

C. DE LAI, *Pro-Secretarius.*

EX S. CONGREG. EPISC. ET REG.

AVENIONEN.

SCHOLAE NORMALIS.

Die 17 Martii 1899.

Postremis hisce temporibus magna disceptatio exoriri coepit inter Galliae Praesules nec non in Congregationibus Mulierum religiosarum instructioni et educationi puellarum inserviendum, circa institutionem scholae vel scholarum normalium pro sororibus quae licentiam seu diploma ad docendum in cursibus superioribus consequi cuperent. Contentionis occasio fuit liber quidam, cui titulus *Religiosae docentes et Necessitas Apostolatus* in lucem editus a Sorore Maria S. Cordis e Congregatione Filiarum Nostrae Dominae; quo in libro plura referuntur circa inferioritatem scholarum virginum Deo sacrarum, sub duplici aspectu Instructionis et Pedagogiae prae scholis status; ad quod malum evitandum proponitur et propugnatur nova methodus et ratio studiorum per scholae normalis fundationem, quae ex una parte dum respondet desideriis familiarum tradentium sororibus puellas pro institutione, ex altera ponit religiosas docentes in conditione. aemulandi scholas laicas. Ut in re tanti momenti quaedam certa norma haberi posset Archiepiscopus Avenionensis, sub finem elapsi anni per appositas literas censuit Apostolicam Sedem consulere. Sacra vero Congregatio Episcoporum et Regularium, ad quam etiam aliae reclamationes circa eamdem rem devenerant, *de mandato SSmi* sequentes literas circulares dedit ad omnes Galliae Episcopos.

De mandato SSmi Dni Nostri LEONIS Div. Prov. PP. XIII precor Amplitudinem (pro Cardinali, Eminentiam) Tuam, ut velit breviter significare huic S. Congre-

gattoni EE. ei RR. quid ipsa Amplitudo Tua in Dno sentiat de quaestione nuper in Gallus ex citata a quadam Sorore co qno mento « Marie de Sacré Cosai" de la Congrégation de Notre Dame > circa, institutionem scholae, ut aiunt, Normalis ad altius erudienda s Virgines Deo sacras, quae ad magisterii munus in variis f eminet sexus Institutis destinantur. Mens siquidem est Sanctitatis Suae, perspecta prius super huiusmodi quaestione Sacrorum Antistitum sententia, diiudicare utrum et quomodo annuendum sit quorumdam votis qui expetunt rem Auctoritate Apostolica dirimi ac definiri. Interea tamen nihil pirofecto magis optand/um quam ut silentium hac de re fiat.

Haec communicanda erant AvapHtud ini Tuae, cui fausta omnia a Dno adprecor (pro Cardinali, Eminentiae T. cuius manus humillime deoscidor).

Episcopi vero in suis Uteris responsivis ad S. Congregationem varii varia senserunt. Nonnulli etenim autumant revera methodum docendi, quam sequuntur sorores in Gallia, aliquantisper deficere, et hinc propositum factum a Sorore Maria a S. Corde sub aliquo respectu amplectendum esse, sed semper cum dependentia a S. Sede. Alii e contra rentur rationem studiorum a Sororibus instauratam sufficientem esse et fini suo respondere, adeoque relatum librum esse reiiciendum. Ob prudentiae leges et ob vetitum S. Congregationis ulteriora non referuntur.

Hisce acceptis uteris et aliis de ritu peractis tam gravis quaestio proposita fuit solutioni in plenario Emorum Patrum auditorio diei 17 Martii 1899, qui, omnibus mature perpensis, decisionem emiserunt prout ex sequentibus uteris ad Galliae Episcopos.

Illustrissime ac Reverendissime Domine

In plenario Conventu Eminentissimorum Patrum huius Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium, habito in Aedibus Vaticanis die 17 Martii 1899, proposita fuit

Causa Avenionen. Scholae Normalis, sub hisce quae sequuntur dubiorum formulis :

I° *Se convenga approvare, il disegno della creazione di •una grande Scuola normale yer le Religiose insegnanti, quale è proposto nel Hb r o di Suor Maria del Sacro Cuore.*

Et quatenus negative :

2° *Se convenga -dottare qualche misura per migliorare l~'insegnamento femminile negli Istituti Religiosi.*

Universa rei ratione mature perpensa, Emi Patres respondendum censuerunt

Ad primum: negative et librum esse reprehensione dignum.

Ad secundum : non esse locum ordinationi generali : providebitur, quatenus opus fuerit, in casibus particularibus : interim vero per Galliarum Episcopos notum fìat Religiosis Mulierum Congregationibus, quibus ex apostolica approbatione munus commissum est erudiendi in pietate et scientia adulescentulas, sese bene admodum meruisse de christiana et civili puellarum institutione ; ac propterea Sacra haec Congregatio, dum debitas eis rependit laudes, spem firmam fovet eas etiam in posterum muneri suo non defuturas, atque, dirigentibus, ut par est, et coadiuvantibus Episcopis, media idonea adhibituras, quibus valeant iustis christianarum familiarum desideriis cumulate respondere et alumnas sibi concreditas ad eam provehere culturam quae mulierem christianam deceat.

Et facta de praemissis relatione SSmo D. N. Leoni Papae XIII in Audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto die 24 Martii, Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum sententiam in omnibus ratam habere et confirmare dignata est.

Haec Sacrae Congregationis nomine significanda habui Amplitudini Tuae Revihae, cui in testimonium observantiae meae fausta omnia a Deo adprecor.

Romae ex Secretaria S. C. Epp. et RR. die 27 Martii 1899.

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

ROTHOMAGEN. Canonizationis beati Ioannis Baptistae de la Salle institutoris scholarum christianarum.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Quam praecellens quamque frugifera sit virtus naturalibus haud relicta viribus, sed altis fidei christianae fixa radicibus divinaeque gratiae suffulta praesidio, mire ostendunt eorum exempla, quotquot Ecclesia ad Beatorum Caelitum honores evexit. Nam, praeter innumeros, qui causa Religionis martyres occubuerunt invicti, alii consepulti cum Christo solitariam vitam egerunt eamque intaminatam sic, ut cum Angelis de virtute certare visi fuerint; alii vero, quasi fluctibus obiecti quotidianae ac publicae vitae, mirum quantum in communibus etiam obeundis ministeriis profuere.

Extremis his est accensendus Ioannes Baptista de La Salle Religiosae Familiae Institutor, cui nomen a Scholis Christianis, quo viro insigni gloriatur iure saeculum xvn. Rhemis in Gallia ortus est anno MDCLI, nobili genere. Adolescentia pie integreque exacta, adlectusque anno aetatis suae xvi inter canonicos metropolitanae Ecclesiae Rhemensis, sui expectationem, suscepto sacerdotio, non cumulavit solum, verum etiam longe superavit. Optime enim ratus, *non sua esse quaerenda, sed quae Iesu Christi,* mature coepit officio fungi sanctissime ad plurimorum salutem. Quo in ministerio etsi omnis generis muneribus, parem se probaret, nihilominus visus est a divina Providentia designari maxime ad christianam adolescentium popularium institutionem. Itaque scholas, quas primarias vocant, condidit in Gallia, eamque invexit docendi instruendique rationem, quam, institutione religiosae familiae, perpetuam reddidit, et diuturnus usus per omnes fere orbis regiones maxime probavit. Idem tyrocinia esse voluit formandis praeceptoribus qua disciplina aetas nostra gloriatur quasi recens inducta. Quamobrem mirum non est quod viro de hominum societate tam egregie merito Gallia statuam posuerit publice.

Verum longe maximam gloriam ei pepererunt praeclarae virtutes ab intimo sensu religionis profectae, quibus fructus est consequutus uberrimos, civili quoque societati valde proficuos. Sincera sane in viro fides nec sine operibus mortua; singularis pietas; vehemens ardor procurandae salutis proximorum. Caritatis enim igne sic exarsit, ut reiectis paternis bonis suaeque familiae commodis, abdicatis etiam honoribus, humile et asperum vitae genus fuerit persequutus, nullis non obnoxium difficultatibus, insectationibus, contumeliis. Quibus ad ultimum confectus decessit septimo idus apriles anno MDCCXIX propagata iam per varias orbis regiones ab se instituta Familia Fratrum a Scholis Christianis de re christiana et civili optime merita.

Quamquam autem, tanti viri sanctitate, prodigiis etiam confirmata, de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis multo antea poterat agi, divino tamen consilio factum videtur, ut ipse ea aetate publico proponeretur obsequio atque exemplo, qua plurimorum excidit animis divina sententia « *initium sapientiae timor Domini* » quum nempe adolescentes aut erudiuntur amoto Deo, aut sin minus ea disciplina aguntur quam non informat spiritus Christi sed humana prudentia, adeo ut vera maneat S. Augustini sententia « *Regnai,* Enchirid. c. 117, *carnalis cupiditas*, *ubi non regnai Dei caritas* ». Ex quibus facile intelligitur, non modo opportunum esse sed etiam perutile, in albo Sanctorum inscribi hoc tempore virum, imaginem referentem divini magistri, qui dixit: *Sinite parvulos venire ad me.*

His de causis, instantibus Sodalibus Scholarum Christianarum, ut Beato ipsorum Patri Ioanni Baptistae de La Salle supremum honorum fastigium imponeretur, eiusque rei gratia bina vulgarentur eius intercessione patrata miracula, Sedis Apostolicae venia, accurata in illa inquisitio facta est processualesque tabulae a S. Rituum Congregatione et recognitae et probatae sunt.

Horum primum contigit anno MDCCCLXXXIX in collegio Ruthenensi in Gallia. Leopoldus Tayac adolescens gravissima pneumonite detinebatur sic, ut medicorum spe omni abiecta, affecto lethaliter centro, in eo esset ut spiritum ageret. B. Ioanne Baptista de La Salle apud Deum sequestro repente morbus omnis evanuit.

Alterum accidit miraculum eodem anno in religiosa domo

vulgo *Maison neuve* prope Marianopolim. Netheelmus e Congregatione Scholarum Christianarum insanabili poliomielite adeo laborabat e spinae laesione orta ut neque gradum facere neque ullo vel minimo sese pedum motu agitare iam posset. Immobilis itaque et medicorum omnium spe destitutus, procidens ante imaginem B. Ioannis Baptistae multo cum fletu obtestatur ut ipsum aspiciat opemque ferat. Mirum! Subito vivere ac vigere pedes sensit, redire motum et qui modo semimortuus apparebat iam redivivus ac vegetus videretur.

De quibus miraculis triplici ad iuris normas actione est disceptatum. In comitiis nimirum antepraeparatoriis decimotertio calendas augusti anno MDCCCXCVII habitis in Aedibus Rmi Cardinalis Lucidi Mariae Parocchi Causae Relatoris; in conventu praeparatorio ad Vaticanum coacto tertio calendas septembres posteriore anno MDCCCXCVIII; ac demum in generali coetu ibidem coram Sanctissimo Domino Nostro LEONE PAPA XIII indicto hoc vertente anno, nono calendas martias. Qua postrema in Congregatione Rmus Cardinalis Lucidus Maria Parocchi dubium ad discutiendum proposuit « *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur* ». Omnes Rmi Cardinales ceterique Patres Consultores suffragium singuli tulere; quibus Beatissimus Pater « *Vestras de propositis sanationibus sententias intento secuti animo sumus. Nostrum tamen iudicium de more afferimus, divinum lumen humillime imploraturi. Cupimus quidem ut tali viro qui Galliae nomen auxit Ecclesiamque totam virtute sua illustravit, maxima altarium honorum incrementa contingant quantocius et feliciter* ».

Hodierna igitur die, Dominica quarta post Pascha promeritam laudem novensili Beato Ioanni Baptistae de La Salle deferendam censuit. Rei igitur sacrae devotissime operatus, hanc Vaticanam aulam adiit et arcessi iussit Rmos Card. Camillum Mazzella Episc. Praenestinum S. R. C. Praefectum et Lucidum Mariam Parocchi Episcopum Portuensem et Sanctae Rufinae Causae Ponentem, nec non Io. Baptistam Lugari Sanctae Fidei Promotorem, meque insimul infrascriptum Secretarium iisque adstantibus solemniter edixit : « *Constare de duobus propositis miraculis;* scilicet de primo: *Instantaneaeperfectaeque sanationis adolescentis Leopoldi Tayac a gravissima pneumonite eerebralibus atque letiferis stipata symptomatis;* et de altero: *Instantaneae perfectaeque sanationis Fratris Netheelmi e Con-*

gregatione Scholarum Christirmarum a poliomielite cronica transversa lumbari et ab ulceribus in cruribus».

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in S. R. C acta referri mandavit pridie calendas maias anno MDCCCXCIX.

C. CARD. MAZZELLA *S. R.* C. *Praefectus.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI, S. *R. C. Secretarius.*

EX S. C. SUPER DISCIPLINA REGULARI

DUBIUM An Episcopus excipere cogatur Religiosos saecularizatos, et an eosdem valeat adhibere in sacris ministeriis.

Rime ae Rme Due, uti Frater,

Difficili Regularium hodiernae conditioni occurrere satagens, S. Congr. super Disciplina Regulari, pro illis *Religiosis,* qui gratia vocationis destituti, vel de alia rationabili causa muniti, extra claustra degere voluerunt, et tractu temporis vellent — auditis Superioribus Generalibus Ordinis, maturo consilio, statuit atque decrevit: — «ut ipsis facultas tribueretur manendi « extra claustra habitu regulari dimisso, *ad annum :* quo tem- « pore S. Patrimonium sibi constituerent ; Episcopum *benevolum «receptorem* invenirent; atque deinde, *pro saecularizatione « perpetua,* iterum recurrerent, et interim Sacra facientes, ver- « bum Domini praedicantes, fidelibus populis pia conversatione « prodesse valerent ».

Quibus autem dispositionibus iurisdictio episcopalis nulli subest detrimento : namque Ordinarius *invitus non* cogitur *illos* in suum Clerum cooptare, neque Beneficiis ecclesiasticis proponere ; sed *perdurante* gratia concessionis, eiusdemque a Sede Apostolica, consecuta *prorogatione,* ad sancta obeunda ministeria, *pro lubitu* in sua Dioecesi habilitare potest, si velit. Neque ullam huic agendi rationi dubitationem infert *Decretum Auctis admodum* 1892, quia hoc *per regulam generalem* afficit *Instituta* recentia *votorum simplicium ;* ac tantum *per exceptionem* respicit *Ordines proprie dictos,* in quibus *vota solemnia*

religiosi nuncupantur. Quae tamen *exceptio,* si fieri contigerit, in *singulari decreto* adamussim *notatur,* ita ut *spedale Rescriptum,* eiusque conditiones, *legem* pro *individuo,* constituunt : et solummodo *ab eo* Ordinarius sui agendi rationem quaerere debeat.

Iam vero, litteris, quas, die 4 Iulii cur. an. Amplitudo tua, ad hanc S. Congregationem mittere existimavit, *relate* ad PP. . . . . .Ordinis SSmae Trinitatis — et *pro quibus* ut ait, — « *quin* « onera *Episcopi benevoli* receptoris in se suscipiat, aliquod le- « vamen ipsis offerre desiderat ; ideoque *licentiam exposcit,* ut « Ordinem exercere valeant ad *suum beneplacitum* etc. ».

Hic S. Ordo respondit : « Religiosos huiusmodi esse *saecu- « larizatos ad annum et interim* etc. ut supra : pertinere ad « Ordines votorum solemnium ; proinde nisi sint aliqua *speciali* « censura *irretiti,* nulla ipsi indigent *nova facultate,* ut Sacris « ministeriis Episcopi auctoritate in respectiva Dioecesi possint « vacare ».

Et haec dicta sint, ut ius et regula agendi in re Tibi proponatur ; cui a Deo Optimo Maximo cuncta felicia adprecamur.

Romae die 16 Aug. 1898.

Amplitudinis tuae
Uti Frater Addictissimus

S. CARD. VANNUTELLI *Praef.*

EX S. CONGREG. INDULGENTIARUM

MONTIS POLITIAM dubia de indulgentiis ab episcopo concessis.

Episcopus Montis Politiam huic Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae sequentia dubia enodanda proposuit:

I. - An Indulgentiae quas Episcopus concedit valeant intra limites suae dioeceseos tantum, an vero etiam extra ?

II. - An acquiri possint intra limites dioeceseos etiam a fidelibus, qui non sunt subditi Episcopi concedentis Indulgentias?

III. - An subditi Episcopi concedentis Indulgentias has lucrari valeant dum extra dioecesim commorantur?

Et Emi Patres in Vaticano Palatio coadunati relatis dubiis die 5 Maii 1898 responderunt:

Ad I. Affirmative ad 1.am partem; negative ad 2.am, nisi agatur de subditis Episcopi concedentis, et de Indulgentiis personalibus.

Ad II. - Affirmative, dummodo Indulgentiae non sint concessae alicui peculiari coetui personarum.

Ad III. -.Provisum in primo.

De quibus facta relatione SSmo Domino Nostro Leoni Papae XIII in Audientia habita die 26 Maii 1898 ab infrascripto Cardinali Praefecto, eadem Sanctitas Sua Eiîiorum Patrum resolutiones benigne approbavit.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 26 Maii 1898.

FR. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

f ANTONIUS ARCHIEP. ANTINOEN., *Secretarius.*

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

Beatissime Pater,

Episcopus de *Costa Rica* in America Centrali sequentia dubia enodanda proponit :

Licet nulla extet memoria publicatum fuisse Concilium Tridentinum in dioecesi de *Nicaragua* et *Costa Rica,* tamen nunquam in dubio positum est quin eiusdem leges in tota America Latino-Hispanica vigerent (etiam cap. I, sess. 24 De ref. matrim.) ; nihilominus dubium occurrit utrum haec lex Tridentina publicanda sit in novis parochiis quae eriguntur, speciatim in locis, ubi maior pars habitantium est haeretica.

Casus concretus hic est: Portus de *Limon* anno 1870 regio erat inculta et silvis consita. Primi incolae fuerunt Nigritae haeretici et nonnulli Catholici Costaricenses. Anno 1893 erecta fuit parochia in eodem portu, ubi degunt 1000 catholici et 4000 haeretici.

I. Vigetne ibidem lex Tridentina quoad celebrationem matrimoniorum propter solam rationem quod terra illa pertineat ad dioecesim ubi publicata censetur lex, an vero denuo publicanda est?

IL Validane sunt matrimonia ab haereticis celebrata coram ministro acatholico vel coram Gubernio in Portu de Limon?

III. Anno 1897, viginti septem haeretici suos errores abiurarunt et in Ecclesiam re versi sunt Quaerit Parochus quid cum iis faciendum qui matrimonium inierunt n. IL exposito. Post baptismum conditionalem etc. consensus matrimonialis renovandus est necne ?

IV. Utrum conveniat, ad tollenda dubia, Concilium Tridentinum'publicare ?

V. Utrum conveniat dispensationem petere a S. Sede relate ad matrimonia haereticorum, sicut concessa fuit a Benedicto XIV die 4 novembris 1741 pro provinciis foederatis Belgii et Hollandiae.

Feria IV, die 23 novembris 1898.

In Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis habita ab Eminentissimis ac Reverendissimis DD. Cardinalibus in rebus Fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem Eminentissimi ac Reverendissimi Patres respondendum mandarunt:

Ad I. Decretum *Tametsi* Concilii Tridentini tanquam promulgatum censeri debet in tota Dioecesi de Costa-Rica; neque proinde necessaria est eiusdem decreti promulgatio in nova paroecia Portus de Limon.

Ad II. Provisum in praecedenti; scilicet Negative.

Ad III. Affirmative; et detur Decretum S. Officii 20 novembris 1876 (1).

(1) Huius Decreti tenor est huiusmodi: « Utrum debeat Baptismus sub conditione haereticis qui ad Catholicam Fidem convertuntur e quocumque loco proveniant et ad quamcumque sectam pertineant? - Respondetur :-Negative, sed in conversione haereticorum, a quocumque loco vel a quacumque secta venerint, inquirendum est de validitate baptismi in haeresi suscepti. Instituto igitur in singulis casibus examine, si compertum fuerit, aut nullum, aut nulliter collatum fuisse, baptizandi erunt absolute. Si autem pro temporum et locorum ratione, investigatione peracta nihil sive pro validitate, sive pro invaliditate detegatur, aut adhuc probabile dubium de baptismi validitate supersit, tunc sub conditione secreto baptizentur. Demum si constiterit validum fuisse, recipiendi erunt tantummodo ad abiurationem, seu professionem fidei ».

Ad IV. Publicationem necessariam non esse.

Ad V. Negative.

Feria vero VI, die 25 eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, facta de his omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Divina Providentia Papae XIII relatione, Sanctissimus resolutionem Eminentissimorum ac Reverendissimorum Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM. An delegatus a Papa absque restrictione subdelegare valeat.

Feria IV, die 14 Decembris 1898.

Huic Supremae S. R. et U. Inquisitioni propositum fuit enondandum sequens dubium :

« An possit Episcopus dioecesanus subdelegare, absque « speciali concessione, suis Vicariis Generalibus, aut aliis Eccle-«siasticis, generali modo, vel saltem pro casu particulari, fa-« cultates ab Apostolica Sede sibi ad tempus delegatas ».

Porro in Congregatione Generali, ab EEmis DD. Cardinalibus in rebus fldei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, maturrime praedicto dubio expenso, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt :

Affirmative, dummodo id in facultatibus non prohibeatur, neque subdelegandi ius pro aliquibus tantum coarctetur : in hoc enim casu, servanda erit adamussim forma Rescripti.

Sequenti vero Feria VI die 16 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII. R. P. D. Assessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. et RR. Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM quaeritur quot impedimenta matrimonalia reperiuntur inter duos nepotes ex avis inter se consobrinis.

Beatissime Pater,

Non raro contingit in Gallia matrimonium iungi sponsos in secundo aequali consanguinitatis gradu devinctos, quorum subinde sobóles, post secundam generationem, easdem iterum

in eodem gradu prohibitas nuptias appétit contrahere ; ex quo fit ut in hoc posteriore casu sponsis duplex communis stipes originis existat, unus quidem principalis et remotior, in quarto gradu, alter vero intermedius et proximus in secundo.

Iamvero, in his circumstantiarum adiunctis, non una est Auctorum sententia circa numerum impedimentorum eaque declarandi necessitatem.

Alii enim unicum putant dari in casu dirimens impedimentum consanguinitatis, nimirum in secundo aequali gradu, nec ulterius tacto semel stipite proximiori, esse attendendum ad stipitem remotiorem quarti gradus, eo quia, aiunt, prohibet canonica iurisprudentia quominus stipes idem bis in enumeratione impedimentorum adhibeatur.

Alii e contra, praeter impedimentum praefatum secundi gradus, de quo nulla esse potest controversia, duplex aliud haberi contendunt quarti gradus aequalis impedimentum, necessario, sub periculo nullitatis declarandum ; unum quidem, dum sponsi linea per avum, et linea sponsae per aviam usque ad communem stipitem quarti gradus protenditur, alterum autem dum, inversa ratione, ad eumdem gradus quarti stipitem ducitur linea sponsi per aviam, et per avum linea sponsae; nec isti auctores laesam reputant allatam superius regulam, quae vetat utique ne utraque linea simul per eamdem personam transeat, minime vero impedit transitum per duas diversas, mariti et uxoris (avi et aviae) personas intermedium stipitem constituentes.

Quidam demum utramque sententiam existimant in iure probabilem, nec ad validitatem matrimonii referre utrum prima (de unico impedimento) an posterior (de triplici impedimento) adhibeatur in praxi.

His positis, quandocumque in dies crescit lugendus sane numerus matrimoniorum inter consobrinos, ad compescendos angores conscientiae, Episcopus Cenomanensis ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, humiliter postulat sequentis dubii solutionem :

In casu stipitis intermedii (secundi gradus) ex duobus inter se iterum (in secundo gradu) consanguineis constituti, utrum unicum existat et declarari debeat in libello supplici dispensationis, impedimentum consanguinitatis, videlicet illud solum quod ex hoc proximiori stipite intermedio procedit;

An insuper duo alia habeantur et declaranda sint impedimenta, provenientia ab remotiori stipite communi (quarti gradus) per lineas in stipite intermedio coniunctas.

Feria IV, die Ii Martii 1896.

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis, proposita suprascripta instantia, Emi ac Rmi Dñi Cardinales Inquisitores Generales, praehabito RR. DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt:

Negative ad I^{um} ; Affirmative ad 2um.

Sequenti vero feria V, 12 dicti Mensis, SSmus D. N. Leo Div. Prov. Pp. XIII, in audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem benigne approbare dignatus est.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DECLARATIONES In praecedens decretum ; quaeritur quot impedimenta reperiantur inter filios duorum fratrum, qui fuerint mariti duarum sororum.

Beatissime Pater,

Recens vulgata est responsio S. C. S. Officii data ad Episcopum Cenomanensem, circa impedimenta consanguinitatis multiplicia, casu quo duo sponsi in secundo gradu consanguinitatis re vincti, avum et aviam habent in secundo item gradu coniugatus ; ex qua responsione aperte sequitur :

I°. In casu contemplato adesse non solum impedimentum in secundo aequali, sed etiam in quarto aequali;

2°. Ideoque non sufficere declarationem, item nec dispensationem impedimenti in secundo aequali; unde matrimonium contractum in huiusmodi hypothesi ; id est declarato et dispensato solo impedimento secundi gradus esse nullum.

Sequitur praeterea 3°. Consanguinitatem in quarto gradu esse duplicem ; quia cum avus et avia sponsorum non se habeant per modum unius stipitis sed ut personae, ideoque stipites distincti, iam duplex est via ad ascendendum usque ad ulteriorem stipitem.

Videtur autem illa duplex consanguinitatis in quarto aequali ita duplex constituere impedimentum, ut si unicum declaretur

et dispensetur impedimentum in quarto gradu (declarato item et dispensato altero in secundo gradu aequali) matrimonium foret nullum.

Porro frequentior praxis in Curiis ecclesiasticis nostrarum regionum duplex tantum, non triplex, in casu proposito retinebat et dispensandum curabat impedimentum: scilicet unum in secundo aequali ; alterum in quarto aequali. Numquid igitur dispensationes sic datae nullius fuissent momenti et matrimonia sic contracta, invalida ? Namque graves pro matrimoniorum valore adesse videntur rationes. Nam : I°. Dum oratores arborem genealogicam exhibent, ex qua aperte deducitur eos descendere in secunda generatione a parentibus qui in secundo gradu aequali contraxerant, liquide et candide aperiunt omnia, nec locus esse videtur subreptioni aut obreptioni. — 2°. Dum Curia, considerans casum et arborem genealogicam, dispensat super duplici tantum impedimento, res prout sunt, contemplantur et casui vero prospicere intendit; durumque videretur dicere matrimonium nullum fuisse, eo quod Curia, omnia casus elementa habens, duplex tantum vidisset impedimentum, dum triplex erat.

Sed et alia difficultas oritur ex praefata decisione. Casu enim quo duo fratres duxerint duas sorores, iam eorum Alii non duplici tantum sed quadruplici impedimento consanguinitatis in secundo aequali devincerentur. Quia nempe, si pater et mater singulorum non per modum unius stipitis se habeant, iam quoad singulos filios, duplex datur via ascendendi ad duplicem stipitem ulteriorem, unde quatuor sunt impedimenta quod nemo auctorum, si unus, me conscio, excipiatur, docuit, nullaque ex Curiis, quantum scire fas est, in praxi servat; quando enim adsint sponsi quorum pater materque sunt respective frater et soror alterutrius patris et matris, Curiae dispensationem petunt aut concedunt super duplici tantum impedimento in secundo gradu aequali.

Quum vero in hac Dioecesi N. innumera sint matrimonia cum variis impedimentis consanguinitatis contracta, sequentium dubiorum solutio a S. Congregatione S. Officii enixe petitur nempe :

I. Quando duo sponsi constituuntur in secundo aequali consanguinitatis gradu, et eorum avus et avia ipsi in secundo consanguinitatis gradu matrimonium contraxerant, ita ut devin-

ciantur etiam quarto gradu consanguinitatis, utrum necessario petenda et obtinenda sit dispensatio super triplici impedimento, nempe in secundo et in duplici quarto, an valida sit dispensatio forsan petita et obtenta super duplici tantum impedimento, nempe secundi aequalis et quarti item aequalis ? — Et quatenus negative ad secundam partem;

II. Quid agendum quoad matrimonia in hac Dioecesi cum simili dispensatione contracta, nempe super duplici tantum impedimento in secundo et quarto?

III. Dum duo fratres duas sorores duxerunt, num eorum sobóles devinciatur duplici vel quadruplici vinculo consanguinitatis in secundo aequali? — Et quatenus quadruplici;

IV. Num invalida sint matrimonia inter huiusmodi contracta cum dispensatione super duplici tantum consanguinitatis impedimento in secundo aequali? — Et quatenus invalida;

V- Quid faciendum quoad matrimonia in hac Dioecesi sic contracta ?

Et Deus etc.

Feria IV, d'e 22 Februarii 1899.

In Congregatione Generali ab Emis et Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt :

Ad I. *Quoad primam partem, affirmative ut in fer. IV. die 11 Martii 1896 in Cenomanen. — Quoad seeundam partem pariter affirmative ; dummodo exponatur casus uti est, non obstante errore materiali in computatione impedimentorum.*

Ad II. *Provisum in praecedenti.*

Ad III. *Duplici tantum consanguinitatis impedimento in secundo gradu aequali.*

Ad IV. et V. *Provisum in praecedenti.*

Sequenti vero Feria VI, die 24 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII. R. P. D. Assessori impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. et RR. Patrum approbavit.

I. CAN. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM an valida sit ordinatio presbyteralis, si in traditione calicis vinum non adfuerit.

Beatissime Pater,

Episcopus N. N., ad pedes S.V. provolutus humiliter exponit :

Nuper, in collatione generali Ordinum, sabbato Quatuor Temporum Adventus, accidit ut presbyteris ordinandis traditus sit, una cum patena et hostia, calix *absque vino,* ex mera Caeremoniariorum inadvertentia. Res processit omnibus nesciis, nec nisi vespere nota fuit, quum iam recessissent omnes ordinati, qui nec hodie defectum suspicantur.

Quare humiliter orator anceps quaerit:

I. An possit acquiescere? Et quatenus negative;

II. Quid agendum in praxi?

Et Deus etc.

Feria IV, die 11 Ianuarii 1899.

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis, habita ab EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt :

Ad I. et II. *Ordinationem esse iterandum eoo integro sub conditione et secreto quocumque die, facio verbo cum SSmo, ut suppleat de thesauro Ecclesiae, quatenus opus sit, pro Missis celebratis a sacerdotibus ordinatis ut in casu.*

Feria vero VI, die 13 eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Assessori impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem EEmorum Patrum approbavit et gratiam concessit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

INDICTIO universalis iubilaei Anni Sancti 1899.

Properante ad exitum saeculo, quod annuente Deo Nos ipsi prope totum emensi vivendo sumus, animum volentes induximus rem ex instituto maiorum decernere, quae saluti populo christiano sit, ac simul curarum Nostrarum, qualescumque in gerendo Pontificatu maximo fuerint, extremum velut vestigium ostendat. IUBILAEUM MAGNUM dicimus, iam inde antiquitus in christianos mores inductum, decessorumque Nostrorum providentia sancitum: quem tradita a patribus consuetudo *Annum sanctum* appellat, tum quod solet esse caeremoniis sanctissimis comitatior, tum maxime quod castigandis moribus renovandisque ad sanctitatem animis adiumenta uberiora suppeditat. Testes Ipsi sumus quanto opere is ad salutem valuit qui postremo actus est ritu solemni, Nobis videlicet adolescentibus, Leone XII pontifice maximo : quo tempore magnum tutissimumque religioni publicae theatrum Roma praebuit. Memoria tenemus ac videre prope modum etiam nunc videmur peregrinorum frequentiam : circumeuntem templa augustissima, disposito agmine, multitudinem: viros apostolicos concionantes in publico : celeberrima Urbis loca divinis laudibus personantia : pietatis caritatisque exempla edentem in oculis omnium, magno Cardinalium comitatu, pontificem. Cuius recordatione memoriae ex temporibus iis ad ea, quae nunc sunt, mens acerbius revocatur. Earum quippe rerum quas diximus, quaeque si in luce civitatis, nulla re impediente, peragantur, mire alere atque incitare pietatem popularem solent, nunc quidem, mutato Urbis statu, aut nulla facultas est, aut in alieno posita arbitrio.

Utcumque sit, fore confidimus ut salubrium consiliorum adiutor Deus voluntati huic Nostrae, quam in eius gratiam gloriamque suscepimus, cursum prosperum ac sine offensione largiatur. Quo enim spectamus aut quid volumus ? Hoc nempe unice, efficere homines, quanto plures nitendo possumus, salutis aeternae compotes, huiusque rei gratia morbis animorum ea ipsa, quae Iesus Christus in potestate Nostra esse voluit, adhibere remedia. Atque id a Nobis non modo munus apostolicum, sed ipsa ratio temporis plane videtur postulare. Non quod recte factorum laudumque christianarum sit sterile saeculum: quin imo

abundant, adiuvante Deo, exempla optima, nec virtutum genus est ullum tam excelsum tamque arduum, in quo non excellere magnum numerum videamus: vim namque procreandi alendique virtutes habet christiana religio divinitus insitam, eamque inexhaustam ac perpetuam. Verum si circumspiciendo quis intuetur in partem alteram, quae tenebrae, quantus error, quam ingens multitudo in interitum mentium sempiternum! Angimur praecipuo quodam dolore, quotiescumque venit in mentem quanta pars christianorum, sentiendi cogitandique licentia deliniti, malarum doctrinarum veneno sitienter hausto, fidei divinae in se ipsi grande munus quotidie corrumpant. Hinc christianae taedium vitae, et late fusa morum labes: hinc illa rerum, quae sensibus percipiantur acerrima atque inexplebilis appetentia, curaeque et cogitationes omnes aversae a Deo, humi defixae. Ex quo fonte teterrimo dici vix potest quanta iam in ea ipsa, quae sunt civitatum fundamenta, pernicies influxit. Nam contumaces vulgo spiritus, motus turbidi popularium cupiditatum, caeca pericula, tragica scelera, nihil denique sunt aliud, si libet caussam introspicere, nisi quaedam de adipiscendis fruendisque rebus mortalibus exlex atque effrenata decertatio.

Ergo interest privatim et publice, admoneri homines officii sui, excitari consopita Yetemo pectora, atque ad studium salutis revocari quotquot in singulas prope horas discrimen temere adeunt pereundi, perdendique per socordiam aut superbiam caelestia atque immutabilia bona, ad quae sola nati sumus. Atqui huc omnino pertinet annus sacer: etenim per id tempus totum Ecclesia parens, non nisi lenitatis et misericordiae memor, omni qua potest ope studioque contendit ut in melius humana consilia referantur, et quod quisque deliquit, luat emendatrix vitae poenitentia. Hoc illa proposito, multiplicata obsecratione auctaque instantia, placare nititur violatum Dei numen, arcessere e caelo munerum divinorum copiam: lateque reclusis gratiae thesauris, qui sibi sunt ad dispensandum commissi, vocat ad spem veniae universitatem christianorum, tota in eo ut reluctantes etiam voluntates abundantia quadam amoris indulgentiaeque pervincat. Quibus ex rebus quid ni expectemus fructus uberes, si Deo placet, ac tempori accommodâtes?

Augent opportunitatem rei extraordinaria quaedam sollemnia de quibus iam, opinamur, satis notitia percrebuit: quae

quidem sollemnia excessum undevicesimi saeculi vicesimique ortum quodam modo consecraverint. Intelligi de honoribus volumus Iesu Christo Servatori medio eo tempore ubique terrarum habendis. Hac de re excogitatum privatorum pietate consilium laudavimus libentes ac probavimus : quid enim fieri sanctius aut salutarius queat? Quae genus humanum appetat, quae diligat, quae speret, ad quae tendat, in unigenito Dei Filio sunt omnia : is enim est *salus, vita, resurrectio nostra:* quem velle deserere est velle funditus interire. Quamobrem etsi numquam silet, imo perpetua viget omnibus locis ea, quae Domino nostro Iesu Christo debetur, adoratio, laus, honos, gratiarum actio, tamen nullae gratiae nullique honores possunt esse tanti, quin longe plures ei debeantur longeque maiores. Praeterea num paucos saeculum tulit immemori ingratoque animo, qui divino servatori suo pro pietate contemptum, pro beneficiis iniurias referre consueverint? Certe ipsa ab eius legibus praeceptisque vita discrepans plurimorum argumento est flagitiosae ingratissimaeque voluntatis. Quid quod de ipsa Iesu divinitate Arianum scelus non semel renovatum nostra vidit aetas ? • Macti itaque animo, quotquot populari incitamentum pietati consilio isto novo pulcherrimoque praebuistis ; quod tamen ita efficere oportet, nihil ut Iubilaei curriculum, nihil statuta solemnia impediat. In proxima ista catholicorum hominum significatione religionis ac fidei id quoque propositum inerit, detestari quaecumque impie dicta patratave memoria nostra sint, deque iniuriis, augustissimo Iesu Christi numini praesertim publice illatis, publice satisfacere. Nunc autem, si vera quaerimus, genus satisfactionis maxime optabile et solidum et expressum et inustum notis veritatis illud omnino est, deliquisse poenitere, et pace a Deo veniaque implorata, virtutum officia aut impensius colere aut intermissa repetere. Cui quidem rei cum tantas habeat annus sacer opportunitates, quantas initio attigimus, rursus apparet oportere atque opus esse ut populus christianus accingat se plenus animi ac spei.

Quapropter sublatis in caelum oculis, divitem in misericordia Deum enixe adprecati, ut votis inceptisque Nostris benigne annuere, ac virtute sua illustrare hominum mentes itemque permovere animos pro bonitate sua velit; romanorum Pontificum decessorum Nostrorum vestigia sequuti, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium assensu, universale

maximumque Iubilaeum in hac sacra Urbe a prima vespera Natalis Domini anno millesimo octingentesimo nonagésimo nono inchoandum, et ad primam vesperam Natalis Domini anno millesimo noningentésimo finiendum, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, quod gloriae divinae, animarum saluti, Ecclesiae incremento bene vertat, indicimus per has litteras et promulgamus, ac pro indicto promulgatoque haberi volumus.

Quo quidem Iubilaei anno durante, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis sacraque Communione refectis, qui beatorum Petri et Pauli, item Sancti Ioannis Lateranensis et Sanctae Mariae Maioris de Urbe Basilicas semel saltem in die per viginti continuos aut interpolatos dies sive naturales sive ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei ad integrum subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romae degant cives aut incolae : si vero peregre venerint, per decem saltem eiusmodi dies, devote visitaverint, et pro Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum Principum concordia, et christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, plenissimam peccatorum suorum indulgentiam, remissionem et veniam misericorditer in Domino concedimus et impertimus.

Quoniamque potest usu venire nonnullis ut ea, quae supra praescripta sunt, exequi, maxime velint, tamen aut nullo modo aut tantummodo ex parte queant, morbo scilicet aliaque caussa legitima in Urbe aut ipso in itinere prohibiti; idcirco Nos piae eorum voluntati, quantum in Domino possumus, tribuimus ut vere poenitentes et confessione rite abluti et sacra communione refecti, indulgentiae et remissionis supra dictae participes perinde fiant, ac si Basilicas, quas memoravimus, diebus per Nos definitis reipsa visitassent.

Quotquot igitur ubique estis, dilecti filii, quibus commodum est adesse, ad sinum Roma suum vos amanter invitat. Sed tempore sacro decet catholicum hominem, si consentaneus sibi esse velit, non aliter versari Romae, nisi fide christiana comite. Propterea posthabere nominatim oportet leviorum profanarumve rerum intempestiva spectacula, ad ea converso potius animo quae religionem pietatemque suadeant. Suadet autem imprimis, si alte consideretur, nativum ingenium Urbis, atque eius impressa divinitus effigies, nullo mortalium consilio, nulla vi mu-

tabilis. Unam enim ex omnibus romanam urbem ad munera excelsiora atque altiora humanis delegit, sibique sacravit servator humani generis Iesus Christus. Hic domicilium imperii sui non sine diuturna atque arcana praeparatione constituit: hic sedem Vicarii sui stare iussit in perpetuitate temporum: hic caelestis doctrinae lumen sancte inviolateque custodiri, atque hinc tamquam a capite augustissimoque fonte in omnes late terras propagari voluit, ita quidem ut a Christo ipso dissentiat quicumque a fide romana dissenserit. Augent sanctitudinem avita religionis monumenta, singularis templorum maiestas, principum Apostolorum sepulcra, hypogea martyrum fortissimorum. Quarum rerum omnium qui probe sciat excipere voces, sentiet profecto non tam peregrinari se in civitate aliena, quam versari in sua, ac melior, adiuvante Deo, discessurus est quam venerit.

Ut autem praesentes Litterae ad omnium fidelium notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eamdem prorsus adhiberi fidem, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae indictionis, promulgationis, concessionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagésimo nono, Quinto Idus Maii, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

C. CARD. ALOISI MASELLA PRO-DAT. — A. CARD. MACCHI

VISA

DE CURIA I. DE AQUILA E VICECOMITIBUS

L. % S.

Reg. in Secret. Brevium

I. CUGNONIUS

Anno a Nativitate Domini Millesimo octingentesimo nonagésimo nono, die undecimo Maii, festo Ascensionis Domini no-

stri Iesu Christi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Leonis divina providentia Papae XIII anno vicesimo secundo, praesentes litteras apostolicas in atrio sacrosanctae Basilicae Vaticanae de Urbe, adstante populo, legi et solemniter publica vi.

Ego Ieseph De Aquila e Vicecomitibus
Abbreviatur de Curia.

LITTERAE ENCYCLICAE SSmi. D. N. Leonis Papae XIII de hominibus Sacratissimo Cordi Iesu devovendis.

Annum Sacrum, more institutoque maiorum in hac alma Urbe proxime celebrandum, per apostolicas Litteras, ut probe nostis, nuperrime indiximus. Hodierno autem die, in spem auspiciumque peragendae sanctius religiosissimae celebritatis, auctores suasoresque sumus praeclarae cuiusdam rei, ex qua quidem, si modo omnes ex animo, si consentientibus libentibusque voluntatibus paruerint, primum quidem nomini christiano, deinde societati hominum universae fructus insignes non sine caussa expectamus eosdemque mansuros.

Probatissimam religionis formam, quae in cultu Saeratissimi Cordis Iesu versatur, sancte tueri ac maiore in lumine collocare non semel conati sumus, exemplo Decessorum Nostrorum Innocentii XII, Benedicti XIII, Clementis XIII, Pii VI eodemque nomine VII ac IX: idque maxime* per Decretum egimus die xxvm Iunii mensis an. MDCCCLXXXIX datum, quo scilicet Festum eo titulo ad ritum primae classis eveximus. Nunc vero luculentior quaedam obsequii forma obversatur animo, quae scilicet honorum omnium, quotquot Sacratissimo Cordi haberi consueverunt, velut absolutio perfectioque sit: eamque Iesu Christo Redemptori pergratam fore confidimus. Quamquam haec, de qua loquimur, haud sane nunc primum mota res est. Etenim abhinc quinque ferme lustris, cum saecularia solemnia imminerent iterum instauranda postea quam mandatum de cultu divini Cordis propagando beata Margarita Maria de Alacoque divinitus acceperat, libelli supplices non a privatis tantummodo, sed etiam ab Episcopis ad Pium IX in id undique missi complures, ut communitatem generis humani

devovere augustissimo Cordi Iesu vellet. Differri placuit rem, quo decerneretur maturius: interim devovendi sese singillatim civitatibus data facultas volentibus, praescriptaque devotionis formula. Novis nunc accedentibus causis, maturitatem venisse rei perficiendae iudicamus.

Atque amplissimum istud maximumque obsequii et pietatis testimonium omnino convenit Iesu Christo, quia ipse princeps est ac dominus summus. Videlicet imperium eius non est tantummodo in gentes catholici nominis, aut in eos solum, qui sacro baptismate rite abluti, utique ad Ecclesiam, si spectetur ius, pertinent, quamvis vel error opinionum devios agat, vel dissensio a caritate seiungat: sed complectitur etiam quotquot numerantur christianae fidei expertes, ita ut verissime in potestate Iesu Christi sit universitas generis humani. Nam qui Dei Patris Unigenitus est, eamdemque habet cum ipso substantiam, *splendor gloriae et figura substantiae eius* (1), huic omnia cum Patre communia esse necesse est, proptereaque quoque rerum omnium summum imperium. Ob eam rem Dei Filius de se ipse apud Prophetam, *Ego autem,* effatur, *constitutus sum rex super Sion montem sanctum eius. — Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo Tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae* (2). Quibus declarat, se potestatem a Deo accepisse cum in omnem Ecclesiam quae per Sion montem intelligitur, tum in reliquum terrarum orbem, qua eius late termini proferuntur. Quo autem summa ista potestas fundamento nitatur, satis illa docent, *Filius meus es tu.* Hoc enim ipso quod omnium Regis est Filius, universae potestatis est heres: ex quo illa, *dabo Tibi gentes hereditatem tuam.* Quorum sunt ea similia, quae habet Paulus apostolus: *Quem constituit heredem universorum,* (3).

Illud autem considerandum maxime, quid affirmaverit de imperio suo Iesus Christus non iam per apostolos aut prophetas, sed suis ipse verbis. Quaerenti enim romano Praesidi : *ergo rex es tu ?* sine ulla dubitatione respondit : *tu dicis quia rex sum ego* (4). Atque huius magnitudinem potestatis et infinitatem regni illa ad Apostolos apertius confirmant: *Data est mihi*

(1) Hebr. I. 3.
(2) Ps. II.
(3) Hebr. I, 2.
(4) Ioan. XVIII, 37.

omnis potestas in caelo et in terra (1). Si Christo data potestas omnis, necessario consequitur, imperium eius summum esse oportere, absolutum, arbitrio nullius obnoxium, nihil ut ei sit nec par nec simile : cumque data sit in caelo et in terra, debet sibi habere caelum terrasque parentia. Re autem vera ius istud singulare sibique proprium exercuit, iussis nimirum Apostolis evulgare doctrinam suam, congregare homines in unum corpus Ecclesiae per lavacrum salutis, leges denique imponere, quas recusare sine salutis sempiternae discrimine nemo posset.

Neque tamen sunt in hoc omnia. Imperat Christus non iure tantum nativo, quippe Dei Unigenitus, sed etiam quaesito. Ipse enim eripuit nos *de potestate tenebrarum* (2), idemque *dedit redemptionem semetipsum pro omnibus* (3). Ei ergo facti sunt *populus acquisitionis* (4) non solum et catholici et quotquot christianum baptisma rite accepere, sed homines singuli et universi. Quam in rem apte Augustinus: *quaeritis,* inquit, *quid emeriti Videte quid dederit, et invenietis quid emerit. Sanguis Christi pretium est. Tanti quid valet?, quid, nisi totus mundus? quid, nisi omnes gentes? Pro toto dedit, quantum dedit* (5).

Cur autem ipsi infideles potestate dominatuque Iesu Christi teneantur, caussam sanctus Thomas rationemque, edisserendo, docet. Cum enim de iudiciali eius potestate quaesisset, num ad homines porrigatur universos, affirmassetque, *iudiciaria potestas consequitur potestatem regiam,* plane concludit: *Christo omnia sunt subiecta quantum ad potestatem, etsi nondum sunt ei subiecta quantum ad executionem potestatis* (6). Quae Christi potestas et imperium in homines exercetur per veritatem, per iustitiam, maxime per caritatem.

Verum ad istud potestatis dominationisque suae fundamentum duplex benigne ipse sinit ut accedat a nobis, si libet, devotio voluntaria. Porro Iesus Christus, Deus idem ac Redemptor, omnium est rerum cumulata perfectaque possessione locuples : nos autem adeo inopes atque egentes ut, quo eum munerari liceat, de nostro quidem suppetat nihil. Sed tamen pro

(1) Matth. XXVIII, 18.
(2) Coloss. I, 13.
(3) 1. Tim. II, 6.
(4) I. Petr. II, 9.
(5) Tract. 120. in Ioan.
(6) 3. p. q. 39. a. 4.

summa bonitate et caritate sua minime recusat quin sibi, quod suum est, perinde demus, addicamus, ac iuris nostri foret: nec solum non recusat, sed expetit ac rogat: *Fili, praebe cor tuum mihi.* Ergo gratifican illi utique possumus voluntate atque affezione animi. Nam ipsi devo vendo nos, non modo et agnoscimus et accipimus imperium eius aperte ac libenter: sed re ipsa testamur, si nostrum id esset quod dono damus, summa nos voluntate daturos; ac petere ab eo ut id ipsum, etsi plane suum, tamen accipere a nobis ne gravetur. Haec vis rei est, de qua agimus, haec Nostris subiecta verbis sententia. — Quoniamque inest in Sacro Corde symbolum atque expressa imago infinitae Iesu Christi caritatis, quae movet ipsa nos ad amandum mutuo, ideo consentaneum est dicare se Cordi eius augustissimo : quod tamen nihil est aliud quam dedere atque obligare se Iesu Christo, quia quidquid honoris, obsequii, pietatis divino Cordi tribuitur, vere et proprie Christo tribuitur ipsi.

Itaque ad istiusmodi devotionem voluntate suscipiendam excitamus cohortamurque quotquot divinissimum Cor et noscant et diligant : ac valde velimus, eodem id singulos die efficere, ut tot millium idem voventium animorum significationes uno omnes tempore ad caeli templa pervehantur. — Verum numne elabi animo patiemur innumerabiles alios, quibus christiana veritas nondum affulsit? Atqui eius persona geritur a Nobis, qui venit salvum facere quod perierat, quique totius humani generis saluti addixit sanguinem suum. Propterea eos ipsos qui in umbra mortis sedent, quemadmodum excitare ad eam, quae vere vita est, assidue studemus, Christi nuntiis in omnes partes ad erudiendum dimissis, ita nunc, eorum miserati vicem, Sacratissimo Cordi Iesu commendamus maiorem in modum et, quantum in Nobis est, dedicamus. — Qua ratione haec, quam cunctis suademus, cunctis est profutura devotio. Hoc enim facto, in quibus est Iesu Christi cognitio et amor, ii facile sentient sibi fidem amoremque crescere. Qui, Christo cognito, praecepta tamen eius legemque negligunt, iis fas erit e Sacro Corde flammam caritatis arripere. Iis demum longe miseris, qui caeca superstitione conflictantur, caeleste auxilium uno omnes animo flagitabimus, ut eos Iesus Christus, sicut iam sibi habet subiectos *secundum potestatem,* subiiciat aliquando *secundum executionem potestatis,* neque solum *in futuro saeculo, quando de omnibus voluntatem suam implebit, quosdam*

quidem salvando, quosdam puniendo (1), sed in hac etiam vita mortali, fidem scilicet ac sanctitatem impertiendo ; quibus illi virtutibus colere Deum queant, uti par est, et ad sempiternam in caelo felicitatem contendere.

Cuiusmodi dedicatio spem quoque civitatibus affert rerum meliorum, cum vincula instaurare aut firmius possit adstringere, quae res publicas natura iungunt Deo. — Novissimis hisce temporibus id maxime actum, ut Ecclesiam inter ac rem civilem quasi murus intersit. In constitutione atque administratione civitatum pro nihilo habetur sacri divinique iuris auctoritas, eo proposito ut communis vitae consuetudinem nulla vis religionis attingat. Quod huc ferme recidit, Christi fidem de medio tollere, ipsumque, si fieri posset, terris exigere Deum. Tanta insolentia elatis animis, quid mirum quod humana gens pleraque in eam inciderit rerum perturbationem iisque iactetur fluctibus, qui metu et periculo vacuum sinant esse neminem ? Certissima incolumitati^ publicae flrmamenta dilabi necesse est, religione posthabita. Poenas autem Deus de perduellibus iustas meritasque sumpturus, tradidit eos suae ipsorum libidini, ut serviant cupiditatibus ac sese ipsi nimia libertate conficiant.

Hinc vis illa maiorum quae iamdiu insident, quaeque vehementer postulant, ut unius auxilium exquiratur, cuius virtute depellantur. Quisnam autem ille sit, praeter Iesum Christum Unigenitum Dei? *Neque enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* (2). Ad illum ergo confugiendum, qui est *via, veritas et vita.* Erratum est : redeundum in viam : obductae mentibus tenebrae : discutienda caligo luce veritatis: mors occupavit: apprehendenda vita. Tum denique licebit sanari tot vulnera, tum ius omne in pristinae auctoritatis spem revirescet, et restituentur ornamenta pacis, atque excident gladii fluentque arma de manibus, cum Christi imperium omnes accipient libentes eique parebunt, *atque omnis lingua* confitebitur *quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris* (3).

Cum Ecclesia per proxima originibus tempora caesareo iugo premeretur, conspecta sublime adolescenti imperatori crux, amplissimae victoriae, quae mox est consecuta, auspex simul

(1) S. Tom. i. c.
(2) Act. IV, 12.
(5) Phil. II, 11.

atque effectrix. En alterum hodie oblatum oculis auspicatissimum divinissimumque signum: videlicet Cor Iesu sacratissimum, superimposita cruce, splendidissimo candore inter nammas elucens. In eo omnes collocandae spes : ex eo hominum petenda atque expectanda salus.

Denique, id quod praeterire silentio nolumus, illa quoque caussa, privatim quidem Nostra, sed satis iusta et gravis, ad rem suscipiendam impulit, quod bonorum omnium auctor Deus Nos haud ita pridem, periculoso depulso morbo, conservavit. Cuius tanti beneficii, auctis nunc per Nos Sacratissimo Cordi honoribus, et memoriam publice extare volumus et gratiam.

Itaque edicimus ut diebus nono, decimo, undecimo proximi mensis Iunii, in suo cuiusque urbis atque oppidi templo principe statae supplicationes fiant, perque singulos eos dies ad ceteras preces Litaniae Sanctissimi Cordis adiiciantur auctoritate Nostra probatae: postremo autem die formula Consecrationis recitetur : quam vobis formulam, Venerabiles Fratres, una cum his litteris mittimus.

Divinorum munerum auspicem benevolentiaeque Nostrae testem vobis et clero populoque, cui praeestis, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die 25 Maii, An. 1899, Pontificatus Nostri vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

Ad Sacratissimum Cor Iesu formula consecrationis recitanda.

Iesu dulcissime, Redemptor humani generis, respice nos ad altare tuum humillime provolutus. Tui sumus, tui esse volumus; quo autem Tibi coniuncti firmius esse possimus, en hodie Sacratissimo Cordi tuo se quisque nostrum sponte dedicat. — Te quidem multi novere numquam : Te, spretis mandatis tuis, multi repudiarunt. Miserere utrorumque, benignissime Iesu : atque ad sanctum Cor tuum rape universos. Rex esto, Domine, nec fidelium tantum qui nullo tempore discessere a Te, sed etiam prodigorum filiorum qui Te reliquerunt: fac hos, ut domum paternam cito repetant, ne miseria et fame pereant. Rex esto eorum, quos aut opinionum error deceptos habet, aut discordia separatos, eosque ad portum veritatis at-

que ad unitatem fidei revoca, ut brevi fìat unum ovile et unus pastor. Rex esto denique eorum omnium, qui in vetere gentium superstitione versantur, eosque e tenebris vindicare ne renuas in Dei lumen et regnum. Largire, Domine, Ecclesiae tuae securam cum incolumitate libertatem; largire cunctis gentibus tranquillitatem ordinis: perfice, ut ab utroque terrae vertice una resonet vox: Sit laus divino Cordi, per quod nobis parta salus: ipsi gloria et honor in saecula: amen.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

LUBLINEN. seu VARSAVIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Die 10 Septembris 1898.

Sess. 24 cap. 4. de ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Ioanna Ciechanowska, degens in pago Neledew, parochiae Trzeszczany, districtus Hmbieszoviensis, die 2 Februarii 1883 matrimonium contraxit cum Antonio Gniazdowski, ubi paucis abhinc annis agronomi officio fungebatur.

Nuptiae celebratae sunt Lublini in ecclesia S. Spiritus, et qua de causa ibi nuptias celebraverint coniuges, ex actis* non eruitur; dum banna proclamata fuerunt in parochiali ecclesia Trzeszczany, ubi sponsi domicilium habebant. Nuptiis benedixit sacerdos Lissowski, viri consanguineus, tunc temporis curatus parochiae ***Batorz*** in districtu Janoviensi, cui vir promiserat se impetraturum esse facultatem ad nuptias benedicendas a sacerdote Morysinski, qui erat parochus proprius utriusque coniugis. Sed, prout fertur, sponsi obliti sunt hanc delegationem sibi procurare, ita ut matrimonium absque ulla delegatione videatur fuisse contractum.

Per tres annos coniuges simul cohabitarunt, sed exortis inter ipsos dissidiis, mulier marito valedixit, ad eum non amplius reditura. Imo paulo post Ioanna, edocta de nullitate matrimonii ex capite clandestinitatis, supplicem libel-

lum misit Consistorio Generali Lublinensi, adprecans ut suum matrimonium nullum declaretur.

Curia Lublinensis super hac asserta nullitate rite processum confecit, atque primum coniuges excussit, qui sub sanctitate iuramenti deposuerunt matrimonium contraxisse coram parocho non proprio absque delegatione parochi proprii. Auditi fuerunt testes septimae manus ex parte mulieris, qui fidem dictorum a Ioanna confirmarunt ; deficiente autem septima manu ex parte viri, plures alii testes ex officio excussi fuerunt. Percontatus etiam fuit Carolus Lissowski, affirmans, se ad nuptias benedicendas a parocho Morysinski, qui duobus mensibus ab inito matrimonio mortuus est, delegationem habuisse in forma consueta, atque probabiliter huius delegationis litteras eidem praesentavit ipse vir; sed testis hanc depositionem noluit iuramento firmare. Tamen de hac delegatione nec in parochiali, nec in episcopali archivio, neque alibi quidquam reperiri potuit : imo omnes fatentur actum celebrati matrimonii scriptis non fuisse consignatum. Quare Consistorium Dioecesanum Lublinense sententiam edidit, qua matrimonium hoc nullum declaravit ex capite clandestinitatis.

Sed matrimonii defensor, uti par erat, appellationem interposuit apud tribunal 2ae instantiae Curiae Metropolitanae Varsaviensis. Reque vera hoc Tribunal iterum coniuges excussit ac plures testes, inter quos Carolum Lissowski, qui nuptiis benedixit. Hic tamen depositionem ante Curiam Lublinensem factam confirmavit atque ratam habuit, et invitatus ad hanc depositionem iuramento firmandam, iterum renuit, hanc adducens rationem, quod « vir Gniazdowski canonico Capituli Lublinensi Wóiciski dixit, me, si in iudicio Ecclesiastico iurassem in fidem habitae delegationis, de periurio ab ipso coram foro saeculari postulatum iri ». Tamen Tribunal Varsaviense, affirmans ex factis praesumptionem haberi de concessa delegatione a parocho proprio coniugum, sententiam 1ae Instantiae cassavit atque matrimonium validum declaravit.

Tunc, Antonius Gniazdowski huic sententiae non acquiescens, quum actrix causam deseruisse videatur, ad S. Sedem recursum habuit, expostulans ut sententia Iudicis Metropolitani nulla declaretur.

Disceptatio Synoptica.

VOTUM CANONISTAE. Nonnullis breviter praemissis, Consultor, quaerit « an in casu declarationis nullitatis matrimonii inter Ioannam Ciechanowska et Antonium Gniazdowski celebrati 2 Februarii 1883, sententia a Curia episcopali Lublinensi prolata confirmanda sit vel infirmanda et cassanda prout eum infirmavit et cassavit Metropolitanum Iudicium Warsaviense? » Mihi partes canonistae S. C. C. Secretarius demandavit, quas ea brevitate, qua par est, agendo: dicam contra rationes pro nullitate allatas adhuc dubium aliquod superesse quominus pronuntietur de huius matrimonii nullitate constare. Itaque videbatur fuisse nullum ex capite Clandestinitatis. Conc. Trid. Sess. 24 c. *Tametsi* de Ref. matr. exigit ut coram proprio parocho vel alio sacerdote de proprii parochi vel Ordinarii licentia. « In praecisis terminis huius formae, advertit Card. De Luca (de Matr. disc. 3 n. 14) conciliaris in matrimonio, omnino verius est, atque extra controversiam receptum, ut ista dicatur forma praecisa vel solemnis, quae non admittat implementum per aequipollens, adeo ut si matrimonium celebraretur in publica platea seu alias coram magno coetu virorum qualificatorum absque tamen interventu proprii parochi, vel alterius de eius licentia, id non sufficeret ». Iamvero matrimonio in casu defuit proprius parochus vel sacerdos de eius licentia.

Et I° quidem *non esse ipsos contrahentes subditos paroeciae Batorz cuius plebanus erat Carolus Lissowski,* quo coram initum est dictum matr. palam est ex omnium confessione. Omnes enim coniuges et testes examinati, et ipse Carolus Lissowski fatentur, sponsos tum ante et post matr. tum tempore matrimonii fuisse utrosque paroeciae Trzeszcza-

nensis. Nam numquam hanc dereliquerunt nisi iis paucissimis diebus, quibus cum hac unica intentione contrahendi matrimonium, Lublini morati sunt : et postea proprios repetierimt lares, quos post unum annum cum dimidio, alio transtulerunt. Cum ergo neque ratione domicilii aut quasi domicilii, neque iure vagorum aut peregrinorum subditi essent parocho Batorz, i. e. Carolo Lissowski, sequitur quod huic opus erat delegatione Ordinarii, aut parochi Trzeszczanensis ubi sponsi (ut nunc dicebamus) proprium fovebant domicilium. Sed haec delegatio non probatur fuisse data a proprio parocho vel Ordinario, imo probari videtur potius defuisse. Ergo in foro externo habendum esset ceu nullum ex Trid. *I. c. c. Tametsi* quod exigit non qualemcumque parochum sed proprium : proprium autem facit domicilium aut quasi domicilium.

2° Neque delegatio a proprio parocho vel Ordinario concessa probatur, imo contrarium apparet. Etenim delegatio, triplex distinguitur, scil. expressa, tacita et praesumpta seu interpretativa, quae ultima est cum sacerdos sibi persuadet parochum vel Ordinarium hanc delegationem seu licentiam certe concessuros si peteret, atque adeo matrimonio assistit. Porro apud omnes haec praesumpta non sufficit ad valide assistendum : quia non est actu licentia quam requirit Trid. Synodus, sed tantum esset si parochus scivisset... In casu autem neque expressa neque tacita habetur. Ergo.

Defuisse delegationem expressam probant *a)* ipsi iurati coniuges Ioanna et Antonius G-nazdowski, quorum depositioni adstipulantur testes septimae manus aliique idonei in merito causae. Nam Ioanna ad 7 interrog. respondit « Sacerdos Morysinski (parochus proprius) invitatus erat ad assistendum stato die nuptiis a me ineundis, sed ob ignotas causas ad terminum hunc non venit. Absentia eius, quum necesse esset, ut assisteret nuptiis a sacerdote Lissowski benedicendis, provocavit quamdam inquietem, sed quia omnia ad nuptias parata erant, Lissowski declaravit se nuptias nostras benedicturum ». Delegationem assistendi nuptiis Lis-

sowski a parocho Morysinski non obtinuerat. « Antonius Gniazdowski vero interrog. ad 9 Lissowski per telegramma quod appellant, a me ad nuptias, quarum dies postremo iam tempore praestituta est, invitatus et de termino certior factus venit Lublinum pridie nuptiarum vesperi nec quidquam tam ante quam post nuptias de ullis formalitatibus ad nuptias requisitis ultro dixit sive interrogavit ». Atqui ipse Carolus Lissowski ad interrog. apparet se pro delegatione ad benedicendas nuptias a parocho Morysinski obtinenda non egisse cum ipso parocho, sed de eius assistentiae vel delegationis necessitate monuisse Gniazdowski sponsum, qui si literas delegationis habuisset pridie nuptiarum non expectasset parochum Morysinski, cuius absentia non creasset timorem et anxietatem.

b) Defuisse delegationem probat defectus actus de celebrato matrimonio seu actus copulationis, quem appellant, etsi cum exteriori pompa et apparatu initum illud fuerit: neque enim in archivio Cathedralis Lublinenensis neque in archivio parochiae Trzeszczanensis, neque in Cancellaria episcopali, neque in archivio magistratus civilis reperiri potuit actus copulationis. Neque in archivio parochiali ullum vestigium delegationis concessae, uti testatur curatus praesens interrogatus. Iamvero si delegatio praesertim per literas data esset, actus dictus copulationis et delegatio adnotata fuisset in uteris parochialibus uti quilibet diligens curatus praestat : sed Morysinski laudatur ut diligentissimum ab eius successore Iawarowscki in epistola missa dd Carolum Lissowski.

3° Non modo expressam, sed et tacitam defuisse delegationem, constat ex contradictione parochi proprii, qui iam ab initio adversabatur hisce nuptiis, uti fama erat, atque uti plures testes deponunt. Apertae vero contradictionis testes sunt praesertim duo: quorum alter est Anton. Michael Olecowski qui ad 4^{m}. sic respondet « Fando audivi nuptias eorum celebratas esse Lublini. Circa reliqua nihil in medium proferre possum, praeter quam quod una cum Gniazdowski adii

sacerdotem Morysinski, a quo conventus *petebat delegationem* ad benedicendas nuptias, Morysinski quod convento succensebat, *petitionem repudiavit* ». Alter est Iosephus Winniski, qui ad 4m et 5m reponit « Recordor tantum Antonium Gniazdowski ipsa die sive pridie nuptiarum dixisse mihi de telegrammate misso ad Lissowski, quem ad nuptias invitabat, qui quum non adveniret, profecti sumus ambo ad sacerdotem loci, interrogavimusque num fieri posset ut aliquis ex presbyteris parochialibus nuptias benediceret, qui responderunt, si in uteris delegationis ad benedicendum connubium a parocho loci extraditis non adesset expressum nomen delegati, quemlibet e sacerdotibus parochialibus nuptiis assistere posse, si secus solum delegatum posse legitime benedicere. Quoniam Gniazdowski dixerat se nullas a proprio parocho ad benedicendas nuptias delegationis literas habere, sacerdotemque Lissowski propinquum ipsius assistentiam suam promisisse, neglectis aliis conatibus expectavimus adventum Caroli Lissowski ». Idem ad 6m subiungit « Post nuptias inter colloquendum animadverterunt quidam deesse nonnullas formalitates quin praecise earum speciem determinarent, ego autem admonui id posse constituere titulum ad divortium ». Neque dici potest adfuisse in ea dioecesi vel civitate delegationem generalem, quam ad invicem parochi forte tradant : quia nullum verbum de eiusmodi generali licentia, tam in Ia, quam in 2a Instantia, et tamen si adesset, nota omnibus esset ad eamque protinus fuisset provocatum.

4° Utique contrarium dicit Carolus Lissowski ad 10. « Delegationem ad benedicendas nuptias a parocho Morysinski habui in forma consueta: literas huius delegationis praesentavit mihi probabiliter Gniazdowski, cui etiam reddidi ». Sed haec depositio probare nihil videtur: nam 1. est suspectus, quia testatur in sui favorem, ne si deprehendatur in benedicendis nuptiis sine delegatione contempsisse substantialem Tridentini formam, illico suspensus declaretur...... 2. cum ad corroborandam suam attestationem provocet ad

tres testes, hi nihil infirmandam attestationem contulerunt. Nam Lissowski ad 13. ait « praeter epistolam sacerdotis Iaworowski curati parochiae Trzeszczany, quam actis processus inserendam depono, provoco ad testes quibus Gniazdowski aiebat se habere literas delegationis ad nuptias benedicendas a sacerdote Morysinski mihi nominatim concessas. Audierunt id Ignatius Baranieki..... Vincentius Huskowski____ac praeterea mater mea legit telegramma, quo ad nuptias invitatus sum, ubi inter cetera scriptum erat me habere permissionem ad assistendum nuptiis ». Iamvero non videtur mater eius fuisse unquam iudicialiter interrogata, imo ipse postea dixit non posse eam deponere et iurare contra filium ex dispositione iuris. Porro Ignatius Ba,-ranieki iuratus ait ad 5. « De nullitate nuptiarum ab alieno sacerdote sine permissione proprii parochi benedictarum scio, ut nihil audivit fueritne concessa nec ne eiusmodi permissio ad benedicendas nuptias coniugum Gniazdowsciorum ». Multoque minus prodest ei Vincentius Huskowski qui negat se adfuisse dictis nuptiis, harumque circumstantias se ignorare affirmat. Provocat ad epistolam ei directam a successore defuncti parochi i. e. a Iosepho Iaworowski: sed hic iuratus correxit epistolam suam quoad plura ceu falsam, etsi quoad nonnulla vera.... correxit inquam penes iudicem Metropolitanum melius et enucleatius quam in I[a] instantia: iamvero in Iudicio 2[ae] instantiae haec protulit inter cetera, « quibus tam eo tempore, quo dedi epistolam, quam nunc id potissimum respexi quod Morysinski diligens et religiosus fuerit in exequendis officiis sui muneris, ita ut neque tunc temporis intellexerim, neque nunc mihi liqueat, qui factum fuerit, ut Morysinski non concederet Carolo Lissowski licentiam nuptiis legitimis assistendi »: 3. Tandem certe nil valet Caroli Lissowski depositio, quia facta est sine iuramento a Iure requisito : ipse enim tam coram Iudice 1[ae] Instantiae, tum quoad 2[am] Instantiam coram Iudice delegato in civitate vel dioecesi Lublinensi (quia tunc non poterat Warsaviam se conferre) tum coram iudice Warsaviensi re-

cusavit iuramentum dicens : « Deposita a me in causa coniugum Gniazdowsciorum coram Iudicio consistoriali Lublinensi die 11 Iulii an. 1889, totaliter rata habeo et confirmo. Iurare in fidem dictorum praefracte recuso ». Iamvero c. 1, 17, 29, 39, 51 de Test, et attest. omnino exigitur iuramentum in quacumque causa iudiciali criminali vel civili licet tractetur summarie, etsi testis sit religiosus aut clericus vel dignitate conspicuus. Ergo Carolo Lissowski testi non iurato non creditur.

Verum his non obstantibus asserendum est non constare adhuc de nullitate matrimonii. Nam *1.* ***Si non adfuisset delegatio expressa, haberi heic tacita videtur:*** *2.* ***quamvis indicia sint delegationem fuisse expressam :*** *3.* ***saltem demonstratum non est hanc defuisse.***

Ad 1. ***quod attinet scil. videtur fuisse tacita.*** Nam *a)* Morysinski parochus proprius, si noluisset delegare impedire potuit ac debuit, quominus nuptiae dictae a sacerdote Lissowski benedicerentur. ***Potuit*** enim partes monere de nullitate coniugii, potuit provocare ad Ordinarium, poterat admonere sacerdotem Lissowski. ***Debuit,*** quia ipse est unus parochus utriusque sponsi et unus ipse post Ordinarium habebat ius ad adsistendum matr.: unde in usurpantem suum ius reclamare debebat, praesertim cum ageretur de magno tertii damno suorum, scil. parochianorum, cuius contractus perpetuus exponeretur periculo nullitatis. Neque dici potest quod Morysinski ignoraverit factum nuptiarum celebrandarum : ipse enim iam a sex mensibus noverat locum, tempus et benedicentem matrimonium, ***b)*** Testis Telezynska tutrix contra desiderium suae pupillae plura refert, inter cetera, quod Morysinski plus semel dixisset « alium forte non ipsum nuptias benedicturum » porro cum banna proclamata essent et matrimonium sequi deberet Lublini, cum alius assistere nequiret, nisi ipse aut alius sacerdos de eius licentia, cum nosset hunc alium designatum a sponsis utpote consobrinum, probatum familiae Telezynskae, amicae Parochi, esse Carolum Lissowski; ergo si ipse parochus Morysinski re-

nuntiabat assistere nuptiis et alium non designabat, sequitur quod in hunc designatum a sponsis, quos videt et permittit proficisci Lublinum hac unica de causa, tacite profecto consenserit, c) Post nuptias suas occurrens Antonius sponsus coram Parocho ab hoc interrogatur, an eius nuptiae celebratae et a quo benedictae fuissent, respondit initas fuisse benedicente Carolo Lissowski : acquievit ille et de consignando actu copulationis fuit sollicitus ; ergo validum habuit matrimonium hisce in adiunctis contractum. Dixi Parochum Morysinski fuisse amicum familiae Telezynskae uti advertit vinculi defensor Lublinensis « Praeterea fuit Morysinski familiaris amicus coniugum Telezynsciorum benevolumque se semper exhibuit erga actricem, non igitur potuit optare et admittere concubinatum pro matrimonio, nec foedus quod dissolvi posset.... Hinc etiam explicatur eius reluctatio in promulgandis bannis, quae tandem acceptavit at non sola, quum nihil praescribant, verum etiam nuptias utpote effectum ex rei natura consequentem ».

Quod 2. ***adesse scilicet indicia de delegatione expressa.*** Supposita praxi in universa Warsaviensi provincia, quam testatur Warsaviensis defensor matrimonii his verbis « Repono ex pervulgata et unice recepta apud nos consuetudine eiusmodi delegationem numquam aliter dari quam in scriptis » iam ex dictis argui debet fuisse expressam. Et re quidem vera factum matrimonii propositi fuit notorium in tota parochia, iam a sex mensibus : celebrandi quidem Lublini die 3 Feb. proximi ; ergo non potuit ignorare Morysinski, qui profecto si deprehendisset fieri quid adversus legem in tali materia adeo gravi reclamasset ex officio suo, quod iuxta depositionem sui successoris diligentissime obibat, plena gaudens libertate ; ergo non omisit, quae de more patrio dari solebat scripto, delegationem expressam concedere consobrino sponsi iam ad assistendum et benedicendas nuptias requisitam Carolo Lissowski. Noverat quoque Morysinski profectionem coniugum Telezynsciorum una cum sponsa, cuius erant tutores, quibus summopere favebat; ipse

sponsus Antonius adivit parochum Morysinski saltem bis: primum cum accepit repulsam, ut aiunt, delegationis, et dein cum eidem parocho solvit Antonius 10 rubelos in compensationem veluti lucri cessantis ob matrimonium quod loco propriae paroeciae celebrandum foret Lublini, ut apparet in examine testis organarii Ozatta. Iamvero si ab initio Morysinski ostendit se nolle delegationem concedere, ostendit quoque se nolle Lublinum proficisci (praesertim cum hiemali tempore post totius diei munia parochialia obita iter 100 chilometrorum suscipiendum erat : quod si invitatus fuerat, id ex officiositate, quam vocant repetendum): unde diebus immediatis antequam illi Lublinum proficiscerentur, dare debuit id, sine quo nuptiae stare non poterant nimirum literas delegationis.

Quin imo sine delegationis Uteris neque Antonius Gniazdowski, neque sponsa, neque tutores, neque alii pedem intulissent Lublinum: se enim, praeter notabiles expensas incassum factas, exposuissent periculo et ludibrio frustrati matrimonii, cum praesertim notum esset Morysinski contrarium in initio fuisse. Ad rem defensor Warsaviensis « Nostro tempore ne simplicissima quidem atque plane rudis homo id fecerit, nedum quisquam eius conditionis, ut Gniazdowski ». Insuper antequam dies pro nuptiis statutus adventaret, nonne Antonius sponsus ob iniustam repulsam adivisset et Ordinarium, et Magistratum civilem. Ast pacifice ac tranquillo animo sponsi, tutores, aliique profecti sunt Lublinum : ergo indicium haud mediocre habetur de uteris delegationis.

Cum Lublinum attigerint, sacerdotem telegrammate vocatum Carolum Lissowski praestolantur, quo nondum adveniente pergit Antonius ad clerum civitatis sciscitatus an alius sacerdos assistere valeret suo matrimonio: qua in re si non habuisset literas delegationis, ita se prodendo, plenum opus aleae tentasset : e contra cum uteris dictis tuto interrogare poterant num fieri posset, ut nuptiae ab alio sacerdote benedicerent^. Quibus Uteris suppositis melius intelligitur sacer-

dotum Lublinorum responsum, si in uteris delegationis non adesset expressum nomen delegati, quemlibet ex sacerdotibus parochialibus nuptiis assistere posse, si secus solum delegatum posse legitime benedicere et supponitur ceu res certa delegatio, quae utpote concessa Carolo Lissowski ad alium sacerdotem extendi non posset.

« Lissowski advenit, loquitur defensor Warsaviensis, et nuptiae benedictae sunt in Ecclesia S. Spiritus Lublini mense Februario, atque Lissowski inspexit, ut ipse fatetur, delegationem datam a parocho Morysinski, quam una cum attestatione de benedictis a se nuptiis tradidit Antonio Gniazdowski, ut is actum copulationis in propria parochia confici curaret, id quod in casibus similibus fieri consuevit. Testis Baraniecki deponit se audivisse Antonium Gniazdowski colloquentem cum Carolo Lissowski iam post nuptias de quodam testimonio. Actus conscribi debuit in loco domicilii, ideoque instrumenta remanserunt in manibus conventi ».

Reversus domum post' nuptias, Gniazdowski sic disseruit cum parocho Morysinski, ut ipse fatetur in protocollo. « Interpellatus fuit a Morysinski, quum ei occurrissem, num nuptiae meae locum habuissent et a quonam benedictae essent, cumque respondissem benedictionem impertitam esse a sacerdote Lissowski Lublini, Morysinski interrogavit, conscriptus ne esset actus copulationis, cognitoque, id nondum factum esse, adiecit conscribendum esse in Trzeszczany. Quantum legitime contracti coniugii argumentum elucet ex hoc colloquio ! Tranquillitas quacum Morysinski loquitur, evincit eum probe persuasum habuisse de matrimonii validitate, nec quidquam evenisse quod legem, cuius ipse custos esset, violaret ».

Haec omnino recte matrimonii vindex Warsaviensis : at non ita recte in omnibus, quae immediate sequuntur. « Denique postremum argumentum etsi iureiurandi fide non roboratam, est assertio sacerdotis Lissowski, qui nuptiis interfuit in qualitate testis autorizabilis quod habuerit et tra-

diderit Antonio Gniazdowscki literas permissionis a Morysinski extraditas ». In his enim nullatenus probare possumus totam vim, quam ipse tribuit testi non iurato i. e. Carolo Lissowski ; neque qualitatem ei tributam quod sit testis autorizabilis seu qualificati, ut dicitur de parocho proprio aut de alio sacerdote, quem parochus sibi substituit : supponere talem qualitatem in Carolo Lissowski est supponere quod est in quaestione sc. an Carolus Lissowski per literas delegationis constitutus sit pro hoc matrimonio eiusmodi testis authorizabilis.

Tandem Organarius Czatta iuratus refert sibi conqueren ti de lucro cessante ob harum nuptiarum celebrationem alibi faciendam, Parochum Morysinski dedisse aliquid ex illis 10 rubelis, quos acceperat ab Antonio sponso, Lublinum proficiscenti. Sed bene notata defensor Warsaviensis: « Num usitatum sit ut ex. mercede pro Bannis parochi soleant quidquam pendere organariis, quaestio haec aliter solvi nequit, nisi ex communi usu, quo receptum est, ut organarli ex sic dictis minoribus stolae iuribus nihil percipiant, nec est usquam in Polonia moris, ut curati organariis ex titulo promuigatorum bannorum aliquid a percepta summa detruncent, horum enim in recipiendis et publicandis bannis nulla omnino est cooperatio. Iaworowski positive declarat in parochia Trzeszczany morem hunc nec viguisse, nec nunc vigere. Ceterum retributio data a Morysinski organano locum habet ante ipsas nuptias mense Februario, quum banna proclamata essent etiam tum ante Adventum, atque ut tabulae demonstrant, fit hoc directe et immediate ad querelam Organarli, quod accidentalibus frustretur, interpositam, quum Gniazdowski ad nuptias proficisceretur. Hinc, etsi contrarium, ait ipse Organarius, persolutio haec 10 rubelorum nullo pacto referri potest ad banna, sed intelligenda est tamquam merces pro data permissione confecto instrumento et expeditis ceteris formalitatibus ad benedicendas ab extraneo sacerdote nuptias requisitis ».

Quoad **3.** ***scilicet contraria argumenta supra allata non***

demonstrant deesse delegationem. Nam 1) non probat depositio utriusque coniugis, qui in favorem proprium deponunt, libertatem appetentes____Testes allegati ex parte mulieris utpote septimae manus sunt testes de credulitate, qui etsi de fide adhibenda mulieri ceu non mendaci testentur, tam de eius inerrantia testari nequeunt. Instar exempli sit ***a)*** contradictio Ioannae quae videtur esse inter resp. ad 7. « Absentia eius, quum necesse esset ut assisteret nuptiis a sacerdote Lissowski benedicendis, provocavit quamdam inquieten!, sed quia omnia ad nuptias parata erant Lissowski declaravit se nuptias nostras benedicturum. Delegationem assistendi nuptiis Lissowski a parocho Morysinski non obtinuerat »; et resp. ad 9. Fueritne Lissowski apud parochum Morysinski, « non novi, sed opinor non fuisse, nescio pariter habueritne aliquam delegationem a Morysinski ad assistendum nuptiis nostris ». ***b)*** Provocatio facta a Ioanna sponsa ad suam tutricem et amicam Henricam Telezynskam pro concilianda fide dicto suo : et tamen Henrica ad 8. iurat ***inquietem,*** de qua Ioan. ad 7. non esse excitatam : ad 9. de delegatione se nihil nosse iureiurando asserit, ***c)*** Plures alii testes deponunt sicut Henrica.

Neque magis concordant testes interrogati ex parte sponsi. Hic enim ad 5. ait « De nuptiis meis cum parocho Morysinski nihil egi ; rogavi dumtaxat propinquum meum Lissowski ut coniugium benediceret » et tamen constat ipsum habuisse repulsam, ut testis Olecowski aifirmat, dum peteret delegationem, ipsum fuisse coram parocho et sol visse 10 rubelos, ut deponit Organarius Czatta. Ad 14. asserit se post initas nuptias cognovisse necessitatem delegationis ad validitatem matrimonii, et tamen contrarium habet Olecowski. Ceteri testes de delegatione non norunt, etiam illi duo ad quos ipse Antonius sponsus provocat, noverunt nihil. Quid valeant tum depositio testis Olecowski, qui unus asserit se fuisse praesentem parocho neganti delegationem diu ante matrimonium, tum depositio Winnick, videbimus infra.

•II. Ad defectum scripturae actus delegationis, qui in nullo libro parochiali reperiatur, *resp.* verbis defensoris Warsaviensis : « In parochia rurali tam raro occurrunt casus ut opus sit instrumentum delegationis ad nuptias alibi benedicendas conficiatur et extradatur, ut plerumque parochi nullos libros ad hunc specialiter finem comparatos detineant, quum praesertim ius Ecclesiasticum plenam hac in re libertatem relinquat a constitutionibus vero provincialibus vel dioecesanis nihil praecise sit statutum. Iaworowski expresse ait in paroecia Trzeszczany, quamvis in gerendis actis eximius cernatur ordo, librum eiusmodi non haberi ».

III. Ad 3. denique quod attinet sc. depositiones Olechowscki et Winnick, quae negotium haud parvum facessere videntur, notamus sequentia. Prior contendit Morysinski renuisse Antonio sponso petendi delegationem pro sacerdote Lissowski. Resp. 1) de hoc facto haberi tantum unum testem : sed testis unus testis nullus : 2) negatio haec de qua testis, non infert negationem usque ad tempus nuptiarum. Hinc cum laudato Defensore Warsaviensi dicendum « Valde probabile est parochum Morysinski, quum Gniazdowski eum adiisset, sive quod matrimonio huic invitus esset, sive quod nuptias .apud se celebrari vellet, sive demum quod aegrotans indignaretur, speraretque fore ut conventum a nuptiis dehortaretur, praesente teste Olechowski permissionem denegasse. Num inde sequitur delegationem altero die vel in universum aliquando postmodum dari non potuisse, quum nempe Gniazdowski iterato ante nuptias parochum adiisset, id quod de cetero facere omnino tenebatur ».

Testis alter Winnick deponit Antonium sponsum, postquam frustra adiissent sacerdotes Lublinenses, sibi dixisse nullam se delegationem habere. Resp. 1. Hic non de eodem facto testatur, de quo Olecowski, sed ea, quae Lublini et quidem diverso tempore acciderint, narrat, dum ille quae in parochia Trzeszczany, refert. Cum igitur neque contestes, neque testes singulares, singularitate adminiculativa, habendi sunt, ut patet, non demonstrant defectum delegationis.

Antequam conciudamus, addatur quod dicitur de parocho Morysinski: « Nullum ius habuit recusandi (delegationem) quia petentes satisfecerunt omnibus ad rite ineundum matrimonium a iure tam canonico quam civile praerequisitis. Indignabundus forsan initio quod nuptiae alibi celebrari deberent, deinceps assensum praebuit cum summam supra nominatam acceptaverit. Praesensit forsan connubium hoc infaustum fore, oblocutus ei est, at statui nequit eum benevolentia erga coniuges Telezunscios et aversione adversus conventum eousque abreptum esse ut contra ius, aequitatem et conscientiam partium petitionem temere repudiaret ».

Illud etiam addendum in favorem potius Lissowski benedicentis nuptias, pro harum valore, stare praeiudicium, quod si non accepisset delegationem a sponsorum parocho, ***a)*** cum esset contrahendum matrimonium in ipsa episcopali urbe, Ordinarium Lissowski facile adire poterat; ***b)*** secus timenda magis sibi foret suspensio cum sciret ab initio has nuptias Morysinskio esse infensas : ***c)*** unde valde probabile iudicium traditas esse literas delegationis sponso, in huiusque manu post initas nuptias remansisse : sponsum non carere suspicione quoad suam honestatem in dictis et in factis, cuius nuptiis Morysinski adversábate valde ab initio, qui intractabilis cum uxore fuit, quique asserit se fuisse cum certa conscientia de sui matrimonii invaliditate et tamen non consignasse actum copulationis, sed cum Ioanna Ciechanowsca ceu vera uxore conversâtum esse, quia tandem non ipse sed Ioanna caussam introduxit nullitatis. Verum quidem est vehementem suboriri suspicionem in Carolum Lissowski; sed ceteris paribus, nisi certum in contrarium afferatur, iura nolunt regulariter credi magis clerico quam laico.

Haec pro matrimonii validitate in favorem Lissowski notanda mihi erant, neque probantur quae vinculi defensor in fine animadvertit, « Lissowski utpote testis authorizabilis relate ad actum contrahendi coniugium pollet auctoritate publica, ut e. gr. notarii ; nam matrimonium istud post-

quam Morisynski delegationem in ipsius personam concessit, coram ipso solo contrahi dato momento potuit, hinc ubi deponit se fuisse delegatum, causam praescindit et sufficienter declarat ». Vidimus enim supra haec supponere quod est in quaestione an de facto acceperit delegationem qua constituebatur testis qualificatus. Quem et Tribunal Warsaviense cum ipso excusant a iuramento praestando, ob contemptibile terriculamentum quod est merum suppositum. Hinc dicendum actis deesse indispensabile iuramentum Lissowski, examen et depositio eius matris, examen et depositio quae deest duorum aliorum testium septimae manus quos Ioanna Ciechanowska produxit.

Quae cum ita sint, Emi Principes, illico patet conclusio *non constare de nullitate matrimonii.* Ad hanc enim ostendendam requirantur probationes certae et indubitatae, quales profecto non sunt quas modo discussimus : ex altera vero parte magnam saltem praesumptionem faciunt rationes alia tae pro expressa vel saltem tacita delegatione, quibus addendum est iudicium sat accuratum et diligens II[ae] Instantiae. Unde cum ex dictis dubium haud imprudens restet Metropolitanum Tribunal non constare de nullitate matrimonii in casu iure meritoque decrevit, rescindendo et cassando sententiam contrariam in I[a] Instantia latam: idque eo magis quod Benedicti XIV nominatim contra Polonorum Episcopos in dissoivendis matrimoniis faciles et frequentes, semper vigeat Const. *Nimiam licentiam* 18 Maii 1743.

Ad Dubium ergo *an constet de nullitate matrimonii in casu et an potius confirmanda sit sententia. II[ae] Instantiae i. e. Warsaviensis.*

Resp. *Non constare de nullitate adeoque confirmanda sententia II[ae] Instantiae :* vel saltem dilata et compleantur acta, praesertim iuret Carolus Lissowski novaeque fiant investigationes de delegationis adiunctis, si id queat obtineri.

VOTUM THEOLOGI. Perlegenti, et maiori qua potui diligentia, ad trutinam revocanti quae habentur in *Actis* huiusce *Causae,* de qua agitur, statim meae menti occurrit

quod sapientissime Ioannes Chrysostomus scribit in Libro *De Sacerdotio* (Lib. III, cap. 14): « Sane Sacerdotem oportet ceu quibusdam adamantinis armis undequaque muniri, assiduo nempe studio, et perenni circa vitam vigilantia, undique circumspiciendo, ne quis nudo ac neglecto loco reperto, letale infligat vulnus. Omnes enim circumstant parati ut vulnerent ac deiiciant, non modo ex inimicis multi, sed etiam ex iis, qui amicitiam simulant ». Et re quidem vera, Sac. Carolus Lissowski propinquus Antonii Gniazdowski, cuius matrimonium benedixit, est, ut ita dicam, totus cardo rei, quae modo definienda est per sapientissimum iudicium EE. VV.

Agitur nempe de *asserta nullitate* matrimonii inter Ioannam Ciechanowska et Antonium Gniazdowski *ex clandestinate.* Si Sac. Carolus Lissowski esset in officio suo adimplendo, qualem exoptat Sancta Mater Ecclesia, neque *Causa* haec ortum habuisset, et, si praeter voluntatem eius orta fuisset, facillime dirimi poterat. Quae modo innuo, ex his, quae in medium afferam, luce clariora, ut puto, fient. Ex *Actis* apparet manifeste totam rationem decidendi pendere ex hoc : habuerit nec ne Sac. Carolus Lissowski delegationem ad benedicendas nuptias a parocho Morysinski. Difficultas in eo est posita, quod parochus Morysinski iam defunctus sit, et de matrimonio celebrato non exstet documentum scriptum in *libro matrimoniorum* Paroeciae, cui praeerat Morysinski ; et proinde *Matrimonium hoc* initum coram alio Sacerdote de licentia nec ne Parochi, probari debeat per testes, vel alias aequipollentes probationes, licet in libris Parochialibus non fuerit adnotatum. Principia notissima iuris sunt, quae concise Clar. Card. D'Annibale describit (Lib. III Tract. VI. De Matrim. Cap. II. in Summula Theol. Mor.) « Principio igitur propter favorem matrimonii testes adhiberi possunt, dummodo sint natura idonei *(V. II, 312, 1),* etiam iure inhabiles, ut infames. (Sánchez, *III, 41, 5).* Parochus quoque *adest* (non praeest) quasi testis *qualificatus (authorizabilis);* nec ulla seu ordinis seu iuris-

dictionis potestate utitur, sed quasi Ecclesiae mandato velut ad instar iurisdictionis officio cohaerente... Et in potestate sua est alium delegare, quemcumque maluerit ; dummodo sacerdotem deleget. Et in Nota 64 scribit : « At vero delegatus scire debet mandatam sibi iurisdictionem fuisse, alias nihil agit (De Angel., *Pvaelect. Iur. Can. IV, n. 35),* et planum est ». Modo videamus an Sac. Carolus Lissowski *solverit delegationem sibi datam* a Parocho Morysinski. Interrogatus hac super re, respondit : « Delegationem ad benedicendas nuptias a parocho Morysinski habui in forma consueta ; litteras huius delegationis praesentavit mihi probabiliter Gniazdowski, cui etiam reddidi ». In *Actis* adnotatur: « Phrasis haec reddita est a verbo ad verbum ex originali, id quod propter singularem huius loci valorem heic adnotatur. Duae sunt partes huius depositionis : in prima clare habuisse affirmatur ». *Delegationem* ad benedicendas nuptias a parocho Morysinski in *forma consueta.* « Ergo, ut advertit Curia Varsavien., etsi non iurato, definitive tamen contendit, instructum se fuisse ad assistendum praedictis nuptiis delegatione a sac. Morysinski, proprio eorum parocho ». Officitne defectus *iuramenti* ex parte Sac. Caroli Lissowski, qui tamen aperto ore, confitetur se *habuisse delegationem* ad assistendum praedictis nuptiis a parocho Morysinski? Iam dictum est, duce Clar. Card. D'Annibale; propter favorem matrimonii testes adhiberi possunt, dummodo sint natura idonei etiam iure inhabiles, ut infames... Porro *scire nouvelle, testis debet... Scire* autem heic est, animadvertere virum et mulierem matrimonium contrahere... nec denique opus est, ut testes et parochi cognoscant contrahentes, nam satis est ut eos (quasi qui pertranseuntes viderint aliquem, v. g. furantem, vel occidentem recognoscere possint. Sed necesse est ut adsint omnes una simul. Summula Theolog. Mor. Lib. III, Tract. VI, c. II). In *Causa nostra* neque opus est ad haec extrema recurrere, quia *Testes* nullum dubium movent de facto celebrationis Matrimonii Lublini, praesente et benedicente isti matrimo-

nio Sac. Lissowski, et tantummodo nonnulli nescire affirmant, an dictus Sac. Lissowski habuerit nec n© *licentiam,* vel *delegationem* pro istis nuptiis benedicendis. Ast inter Testes, ex eodem *D*Annibale, adest* Parochus quasi *testis qualificatus, (authorizabilis);* et iste, in Casu nostro, absque haesitatione deponit: « Delegationem ad benedicendas nuptias a Parocho Morysinshi habui in forma consueta). Accedunt insuper quae disputantur a *Defensore Vinculi in Curia Varsavien.* « Re versus domum post nuptias Gniaszdowski , ut ipse fatetur in processu , interpellatus fuit a Morynsinski, quum ei occurrissem, num nuptiae meae locum habuissent, et a quonam benedictae essent; cumque respondissem benedictionem impertitam esse a Sacerdote Lissowski Lublini, Morysinski interrogavit, conscriptus ne esset actus copulationis ; cognitoque id nondum factum esse, adiecit conscribendum esse Irzeszczany ». Quantum legitime contracti coniugii argumentum elucet ex hoc colloquio! Tranquillitas qua cum Morysinski loquitur, evincit, eum probe persuasum habuisse de matrimonii validitate, nec quidquam evenisse, quod legem, cuius ipse custos erat violaret. Alius vero Testis deponit : parochum Morysinski in exequendis officiis parochialibus fuisse admodum scrupulosum. Ad haec : Canones, ut notum est, non sinunt indiscriminatim eos audiri qui matrimonium absque licentia proprii parochi celebratum obiiciunt, sed distinguunt inter parochum proprium et alios quoscumque. Si paruchus proprius statim clandestinum matrimonium proclamet, affirmans se licentiam non esse largitum, is auditur, et sacerdoti, qui matrimonio interfuit, incumbit onus probandi vel licentiam sibi concessam, vel sibi subditum esse alterutrum nupturientium. Quicumque autem alius clandestinitatem proclamet, non auditur, nisi demonstret licentiam non collatam, et nupturientes ad aliam parochiam spectare, ita Sánchez *De matrim, lib. 3, disput. 35, n. 5.* Barbosa *De Offic, et potest, episc, alleg. 32, -n,- 136* et Mascard. *De probat, conclus. 984* (Vide Acta Sanctae Sedis *Vol. XXIX, p. 151).*

In Casu, de quo agitur, Parochus proprius cum cognovisset nuptias benedictas esse a Sac. Lissowski Lublini, non proclamavit statim clandestinum fuisse matrimonium, affirmans se *licentiam* vel *delegationem* non esse largitum; sed ut vir admodum scrupulosus in exequendis officiis parochialibus sollicitus fuit in suggerendo ut *actus copulationis* conscriberetur Irzeszczany. Nec obstat quod in *Libro Matrimoniorum* non inveniatur *scriptum* ad rem spectans, quia ex Actis constat parochum Morysinski tunc temporis gravissima laborasse infirmitate, et post non multos dies ex hac vita migrasse. Haec quoad primam partem depositionis Sac; Caroli Lissowski. In altera vero parte sic ait : « Litteras huius delegationis praesentavit mihi probabiliter Gniazdowski, cui etiam reddidi ». Per hanc *singularem* depositionem, quid in mente habuerit praefatus sacerdos non quaero : de internis Ecclesia non iudicat ; manet tamen, quod ob hanc *singularem* depositionem *Actores* putant posse demonstrare nullitatem matrimonii quia non *extat,* vel non *proditur documentum scriptum* huius delegationis. Sed cum non sit necessaria delegatio *in scriptis* concessa ; et ex alia parte apertissima sint verba : « Delegationem ad benedicendas nuptias a parocho Morysinski habui in forma consueta » incassum, mihi videtur laborare *Actores* ad probandam *nullitatem* sui matrimonii *ex clandestinate;* et bene se habere Curia Varsaviens. quando argumentatur : « Attento quod, utcumque sit, ex una parte habetur propemodum certitudo iuridica de concessa legitima delegatione, ex altera vero parte argumenta ad demonstrandum delegationis defectum suppeditata, nequeunt haberi pro sufficientibus ad efformandam persuasionem, Carolum Lissowski facultate ad benedicendas coniugum Gniazdowsciorum nuptias destitutum fuisse; his igitur attentis etc. etc. ».

Quae cum ita sint, EE. et RR. Patres sub sapientissima censura Vestrum, et salvo meliori iudicio, putarem *in Casu* de quo agitur : Non constare de nullitate matrimonii.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Anno 1883, Februarii die 2 Antonius Gniazdowski in aetate annorum 34 constitutus, et Ioanna Ciechanowska, 18 annos nata, ambo e paroecia *Trzeszczanensi* matrimonium inter se contraxerunt Lublini in parochia a *Spiritu Sancto* nuncupata coram Sacerdote Carolo Lissowski, qui eo temporis parochiam vulgo *Batoz* regebat.

Nuptiae malum exitum habuerunt ; post triennalem cohabitationem coniuges dissociati sunt,'et die 30 Aprilis 1889 de nullitate matrimonii agi coeptum est, sub praetextu quod memoratus Carolus Lissowski matrimonio interfuerit, potestate a proprio nupturientium parocho minime auctus.

Ad litem ansam praebuit factum quod in promptu haud sit testimonium licentiae a nupturientium parocho impertitae. Huiuscemodi testimonii defectui innixa curia lublinensis matrimonium irritum declaravit, sed Varsaviae iudex die 17 Decembris 1892 cassavit lublinensem sententiam.

Nec momento temporis dubito quin Varsaviensi sententiae album calculum additurus sit Amplissimus Vester Consessus. Do etenim non praesto esse concessae licentiae testimonium, sed et mihi dandum est in probatis haud esse eam licentiam exulasse.

Quocirca intrat principium, firmatum in *Acpuen. seu Massilien, matrim,* diei 9 Augusti 1890, nempe quod *onus probandi* non sacerdoti, qui nupturientium matrimonialem consensum excepit, sed coniugibus, qui licentiam intercessisse negant, incumbit. Coniuges enim et quicumque alius, *excepto parodio nupturientium,* si asserant licentiam haud intercessisse, minime audiuntur, ceu recte advertit eximius consultor theologus nisi id ad iuris amussim probent.

Quae cum ita se habeant, matrimonium est in vado. Ad abundantiam tamen dicam largitae licentiae demonstrationem et sacerdotis Lissowski, qui licentiae documentum Antonio Gniazdowski restituit, fidem terque quaterque bonam ex iudicialibus inquisitionis tabulis satis lucescere.

Quocirca causae comperendinationem a qua non abhor-

ret egregius consultor canonista reiicio, et iniquum existimo compellere sacerdotem Lissowski ad probandam *iuramento* saepedictam licentiam. Ille enim nihil probare debet, nec iurare potest absque gravissimo incommodo.

Quibus praemissis, suppositum fuit diluendum

Dubium

An confirmanda sit vel infirmanda sententia Curiae Metropolitanae Varsavien, in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii, re disceptata sub die **10** Septembris **1898**, censuit respondere : *sententiam esse confirmandam.*

PARISIEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII.

Die 17 Decembris 1898.

Sess. 24. cap. 1. de ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. *Die 16 Septembris 1889* Heva, nobili genere nata atque Parisiis, sua patria, in Asceterio Assumptionis religiose educata, vigesimum aetatis annum vix pertingens, matrimonio rite copulata est cum Henrico, sex supra viginti annos tunc nato.

Hae nuptiae, quae a sacerdote Ledere, viceparocho loci vulgo *Passi/j,* familiae He vae amico, conciliatae fuerant atque ab utroque sponso valde exoptatae , extemplo omnino infaustae evaserunt. Nam, uti fertur, vir iam inhonesta consuetudine irreti tus cum quadam meretrice, minus propensus erat ad hoc contrahendum coniugium, praeferens vitam magis liberam quam iugali foedere adstringi, et eo animo consensisse dicitur, ut occasionem arripéret obtinendi magnam pecuniae vim ex diviti dote ac proinde luxuriöse vivere cum amasia. Quapropter sponsi usque a prima nuptiarum nocte, licet simul in eodem lecto condormierint, tamen, ipsis fatentibus, neque ea nocte, neque in posterum,

simul in maritali opere convenerunt. Sed qua de causa matrimonium consummatum non fuerit, in hoc assignando coniuges concordes non sunt; quandoquidem vir malae voluntati suae sponsae hoc tribuit, et vicissim mulier virum improbat, qui illicitos amores fovens, nihil ab ea petierat.

Interea triduo post matrimonii celebrationem sponsi voluptuarium iter aggressi sunt et civitatem ***Fontainebleau,*** petierunt, in quodam publico diversorio (Aigle Noir) commorantes. Sed, magno moerore animi mulieris, altera die vir cum sua amasia e civitate ***Fontainebleau*** fugam arripuit et simul cum ea Algeriam petiit. Ita mulier rem narrat in suo supplici libello: « Il me conduisit en voyage de noces trois jours après le mariage à Fontainebleau dans l'hôtel de l'Aigle Noir, où il avait déjà installé sa maîtresse la fille Berthe H. et avec laquelle aussitôt surpris en état d'adultère, il partit, à mon insu jusqu'en Algérie m'abandonnant outrageusement mystifiée, seule, encore mineure, dans un hôtel de voyageurs; livrée à l'anxiété la plus cruelle, quatre jours après le mariage, loin de ma famille qui ne se doutait de rien ».

Solliciti fuerunt parentes viri, ubi primum fuerint admoniti, abscondere filii fugam, uxoris familiae, laeta nuntiantes, atque secum Parisios nurum ferentes, eam maxima cura custodierunt. Sed, reverso post quindecim dies ad aedes paternas fugitivo, pax coniugalis non amplius fuit possibilis; quare tertio post die ab eius reditu, cum Hevae pater in facti notitiam pervenerit, filiam secum duxit, quin amplius sponsi sese unquam reviserint.

Interea post aliquot menses, consilio parentum, uxor tribunalia civilia adiit, facile obtinens sententiam favorabilem divortii. Dum quinque post annis a dissociata cohabitatione, nempe die 21 Maio 1895, eadem mulier SSmo supplicem libellum misit, expostulans ut secum dispensare dignaretur super matrimonio rato et non consummato. Annuente Pontifice, enunciatae preces ablega tae fuerunt Emo Archiepiscopo Parisiensi, qui SSmi Patris iussa faciens,

processum confici curavit ac deinde S. O. O. transmitti cum hac animadversione: « Nihil quidem alicuius momenti circa causam adnotandum venit nisi quod Oratrix, familiaque eius honestissima et verae religionis sit, et testes omnino commendabiles produxerit, ac ipsi quam maxime favorabile visum sit peritorum examen ».

Disceptatio synoptica.

DEFENSIO MULIERIS. Patronus vero qui mulieris causam defendendam suscepit, in primis ex iurata coniugum depositione demonstrare satagit matrimonium non esse consummatum. Sane mulier postquam enarraverit maritum ex prava consuetudine cum Bertha ante nuptias contracta et in posterum continuata, numquam iugalem actum pertentasse testatur: « Oui, j'affirme sous la foi du serment que le mariage n'a jamais été consommé entre nous ; et j'accepte, puisque je ne puis pas l'éviter, l'expertise médicale. J'ignorais absolument en quoi consistait le mariage, je l'ignorais encore quand mon mari m'a quitté. Il ne m'a rien demandé. Il ne s'est même pas occupé de moi ». — Idipsum vir sub iuramenti fide affirmât : « Je n'ai jamais eu de rapports conjugaux avec Mademoiselle B., je l'affirme sous la foi du serment . . . . . J'ai demandé à ma femme l'accomplissement du devoir conjugal, et elle m'a répondu tout de suite: Je sais bien ce que vous voulez____je ne le voudrai jamais ».

Collusionem autem inter coniuges extitisse nullimode suspicari posse, dicit, quandoquidem confessiones coniugum, licet concordes quoad factum inconsummationis, discordes autem sunt in assignanda huiusmodi inconsummationis causa. Verum, ait Orator, haec discrepantia in facto tantum accessorio rei nostrae nullimode praeiudicat, imo plurimum proficit, cum peropportune suadeat nullum rationabile dubium admitti posse super coniugum collusione, ad decipiendos iudices adhibita, dum pari consensione apud S. Sedem instant pro dispensatione obtinenda.

Insuper Actricis testimonium maximi faciendum esse, tuetur, ex eiusdem honestissima vitae consuetudine a pueritia servata, quam testes septimae manus, omni exceptione maiores, uno ore proclamant. Sac. Jamon, viri consobrinus, fatetur: « Quelque temps après (nempe post definitivam separationem), quand j'ai revu Monsieur Henri, il m'a dit qu'il n'avait pas eu de rapport avec sa femme.... J'ai toujours entendu dire que Mademoiselle B. est une jeune fille très bonne, très pieuse, et son affirmation en justice que son mariage n'a pas été consommé est pour moi une preuve suffisante de la non consommation ». Domina Foudreton, soror Sacri Cordis Iesu, firmiter deponit: « Son affirmation en justice me serait une preuve suffisante de la véracité des déclarations qu'elle a pu faire devant le Tribunal ». Idipsum Ioseph Géraud, testis a viro productus, testatur: « ma conviction après tout ce que j'ai su et vu, est que le mariage n'a pas été consommé. En outre l'affirmation de Madame B., que son mariage n'a pas été consommé, suffirait pour former ma conviction, parce que j'ai confiance en cette jeune femme ».

Sed in casu testes non solum deponunt iuramentum ***de credulitate,*** sed iurant certum suasumque se habere matrimonium non fuisse consummatum. Ita R. D. Grégoir, Vic. Metropolitanae Ecclesiae Parisiensis, ex parte viri testis, qui adeo convictus est de inconsummatione huius coniugii ut consilium dederit, petendam esse a Summo Pontifice dispensationem a matrimonio rato et non consummato, ait: « J'ajoute que Monsieur T. m'a affirmé qu'il n'avait pas eu le moindre rapport sexuel avec sa femme.... Je crois que Monsieur T. était sincère.... Personnellement je suis convaincu de la non consommation du mariage d'après tout ce que m'a raconté T. ».

Demum, aliis omissis, sponsae pater, de non secuta consummatione certior factus ab ipso vice-Parocho Ledere, qui fuit nuptiarum mediator, testatur: « Ce n'est que plus tard, vers le 5 Novembre, que voulant avoir le cœur net de

toutes ces histoires, j'exprimai à F Abbé Ledere la crainte qu'il restât des enfants: « Oh! pour cela, me répondit-il vivement, vous pouvez être tranquille, il n'y a aucun danger ». Je compris qu'il n'y avait pas eu de rapports entre les époux, et c'est cela que Monsieur l'Abbé Ledere voulait me dire____Je lui (filiae) ai formellement demandé: « Enfin t'a-t-il touchée? » elle m'a catégoriquement répondu: « Non, il ne m'a pas touchée du tout »... Il n'y a même pas eu, à mon avis, de tentative de consommation____Ma fille m'a dit dans les termes que j'ai rapportés plus haut, que le mariage n'avait pas été consommé ».

Verum, prosequitur, haud opus esse in testium depositionibus insistere, cum praesto sit evidens physicum argumentum integritatis ex oculari inspectione rite peracta a duobus medicis, adstante matrona.

Sane doctor Bucquoy in sua relatione scripta, iuramento firmata, ita concludit: « En raison de l'intégrité de la membrane hymen et de l'état des parties ci-dessus décrites, on peut affirmer: 1. qu'il n'y a pas pu avoir, à aucune époque , pénétration d'un corps volumineux dans la vagin; 2. que Madame T. née B. conserve tous les attributs de la virginité dans leur intégrité; 3. que le mariage n'a pas été consommé ».

Et in iurata depositione percontanti Iudici: « Tenez^vous pour certaine la non consommation du mariage? » Respondit: « J'ai affirmé et j'affirme de nouveau la non consommation. Ce cas est un des plus certains pour moi ».

Idipsum affirmat alter medicus Ferrand: « 1. que les parties sexuelles ont conservé leur aspect virginal; 2. que la membrane hymen est bien conformée et n'a pas été rompue; 3. en un mot, que le mariage n'a pas été effectué. En foi de quoi j'ai rédigé et signé le présent rapport ».

His accedit scriptum testimonium periti medici Vermeil, qui post coniugum definitivam separationem extraiudicialiter actricis corpus inspexit, quique a iudice percontatus de eius virginitate testatur: « Qu'ayant procédé à cet examen en

présence de sa mère, j'ai constate que l'hymen, de forme circulaire, était intact ne présentant aucune cicatrice ni trace de déchirure: que son orifice, formant une fente longitudinale pouvait être légèrement écarté, de façon à admettre l'extrémité de l'index, qui s'y trouvait serré, mais pouvait cependant constater derrière lui l'existence des plis du vagin très accentués. Qu'en conséquence de ces constatations, il est certain que le mariage n'a pas été consommé, et que Mademoiselle Eva est absolument vierge ».

Cum autem, pergit advocatus, huiusmodi quaestio pendeat ex facto quod a peritis cognoscitur, hinc recte a S. Congregatione C. iuramentum aliaeque cautelae praescribuntur. Sed cum haec fuerint adamussim servata, ut in casu, iam, inquit, sponte consequitur peritis in arte tutissime credendum esse, eosque potius ad iudicandum quam ad testificandum assumi a iudice ex officio, uti docet Card. De Luca *(De iudic, disc. 33j n. 20).*

Gradum deinde faciens orator ad causas dispensationis, ait, iuxta communem Canonistarum opinionem, S. C. Congregationis exemplis confirmatam, levem sufficere causam quando altera pars petitae dispensationi non opponitur, ceu tradit Conscius, *De sep. tori, lib. 1, cap. 16, n. 297.* Vir autem Iubenti animo in dissolutionem matrimonii convenit. « Je désire, inquit, pour mon compte obtenir aussi, si elle est possible, la dispense du mariage non consommé ».

Huiusmodi vero aversionis et antipathiae causas orator deducit ex pravis moribus viri, qui adulterinos fovens amores, coniugem suam uxorem solam deseruit in publico diversorio et in fugam se coniecit cum quadam deperdita femina. Ex hisce itaque gravibus iniuriis, talis ac tanta orta est in muliere aversio contra virum, ut eadem absolute obfirmaverit nolle amplius cum viro sibi inviso infelicem resumere vitam. « Inutile de dire, ait mulier, que la vie commune est impossible à nouveau. Sa conduite, sa volonté, la mienne, le divorce prononcé, et le mariage civil enfin contracté par lui, ne permettent plus d'y penser ».

Nec dissimilis est animi resolutio ex parte viri, qui affirmat: « Aujourd'hui toute réconciliation est impossible ; je suis rémarié civilement ». Et Curia Parisiensis testatur: « Adsunt insuper causae gravissimae dispensationis, praesertim in separatione absoluta a pluribus annis, et in novo matrimonio mere civili a viro contracto a pluribus etiam annis ». Re vera, ait patronus, si timor futuri scandali ob periculum fornicationis, ceu docent Sánchez ***De*** *matrim, lib. 1, disp. 16, n. 3;* Menochius *Praes. 10, I. 2, n. 42,* aliique permulti Canonistae, iusta causa est concedendae dispensationis, eo magis erit tribuenda in nostro casu, in quo nedum agitur de timore spiritualis damni futuri, sed de removendo ab oculis fidelium scandalo adulterii propter aliud connubium ab Henrico civiliter tantum initum, ex quo spurii nati sunt filii, infamiae nota miserrime inusti. Exinde T. mater quammaxime exoptat, ut hoc dispensationis remedio conscientiae filii eiusque proli illegitimae provideatur, subiungens: « J'ajouterai que je serais heureuse de voir mon fils recouvrer sa liberté de conscience à fin de contracter religieusement le mariage qu'il a contracté civilement ».

Ultimam tamen dispensationis causam reponit in proximo actricis incontinentiae periculo. Agitur enim de puella, in aetate fiorenti, vitae coniugalis cupida, cui dispensationis remedio, nisi subveniatur, cogeretur invita servare continentiam, quae in iuvenibus difficilis apparet, vel exponeretur periculo turpis concubinatus coram lege civili, et veri adulterii in facie Ecclesiae, prout nunc est de viro miserrime lugendum.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS s. **VINCULI**. Altera ex parte vinculi Defensor, praemissa prolixa expositione factorum, contendit non satis constare de morali certitudine matrimonii inconsummationis. Et in primis notat non suffragari testimonium coniugum ; quandoquidem eorumdem iuratae attestationes concordes non sunt.

Sane Henricus iurat: « J'ai demandé (prima a nuptiis

nocte) à ma femme l'accomplissement du devoir conjugal, et elle m'a répondu tout de suite: Je sais bien ce que vous voulez____Je ne le voudrai jamais____Le lendemain matin, j'ai demandé encore et plusieurs fois, elle a toujours refusé d'une manière catégorique et très accentuée... Les deux nuits suivantes se sont passées de la même façon que la première, moi renouvelant ma demande et elle persistant dans ses refus. A Fontainebleau, j'ai demandé à l'hôtel une chambre à un lit. Ma femme a demandé deux chambres séparées ou une chambre à deux lits. Au moment de nous coucher j'ai voulu m'avancer vers son lit. Elle m'a repoussé encore avec la même netteté; et le lendemain, de dépit, j'ai pris le train pour Marseille et me suis rendu en Algérie ».

Et vicissim Heva testatur: « Il (Henricus) ne m'a rien demandé. Il ne s'est même pas occupé de moi... Quand il s'est mis au lit, il m'a embrassé discrètement, et je l'ai embrassé à mon tour, exactement comme j'avais coutume de le faire pour ma mère. A ce moment là pas plus que dans la suite, il ne s'occupa de moi en aucune façon. Il s'endormit sans se réveiller jusqu'au matin. Les deux nuits suivantes se sont passées exactement comme la première, sans que jamais il se soit préoccupé de ma présence ».

Praeterea vero haud simile videtur quod, iuvenes, sanitate florentes, ambo potentes, qui per plures noctes eodem lecto usi sunt, maritali genio unquam indulgere cogitarent. Ad rem Conscius, *De separat, tor. coniug. lib. 3, cap. 20,* ait: « In his ergo circumstantiis non ita facile coniugum confessioni de non consummatione, nec obstetricum relationi de mulieris virginitate deferendum venit, sed scrupulose investigandum, an coniuges in eo actu, in quo, ut ait D. Augustinus, libido totam absorbet rationem, vere et realiter se non consummasse cognoverint, an obstetrices decipi potuerint, vel mendacio decipere tentaverint ».

Huc accedit, prosequitur orator, quod Heva atque Henricus in deliciis habent fabulas dare. Re sane vera actrix suo ipsa ore profitetur: « Je me levais (postridie diei nu-

ptiarum) après son départ, très énervée d'une nuit passée sans sommeil et, pendant cette journée, pour dissimuler mon chagrin, j'affectai une grande gaieté ». Maria Foudreton refert: « Je n'ai rien remarqué d'extraordinaire; j'ai seulement constaté que Mademoiselle B. paraissait très contente et très heureuse. Je n'ai pas remarqué autre chose ».

Et sac. Géraud ¿ Henrici institutor, in quadam epistola missa ad suum fratrem, quinto a nuptiis die, testatur: « C'est une fille (Heva) bien dissimulée, car dans ses feuilles de journal qu'Henri me communiquait, il n'était question que de tendresse, d'amour ardent ».

Quo vero ad Henricum sat superque est referre quae Ioseph Géraud, praedicti Sacerdotis frater, ad rem habet. Inquit enim: « Dès le lendemain de la première nuit, Monsieur Henri se plaignit amèrement de sa femme à sa mère et à mon frère, disant qu'elle ne comprenait rien ou ne voulait rien comprendre. Ses plaintes sont relatées dans une lettre que mon frère m'écrivit presque immédiatement et dans laquelle il me sollicitait d'intervenir et sollicitait également ma femme de s'entremettre auprès de la jeune femme pour l'amener à se prêter aux désirs de son mari. Si on ajoute foi au récit de Monsieur Henri, récit relaté dans cette même lettre, sa femme aurait déclaré qu'elle ne se prêterait point à l'acte conjugal, qu'elle était poitrinaire comme le frère qu'elle avait perdu. Elle aurait même invité son mari à le constater, à écouter le râle de sa poitrine. — A Fontainebleau, Monsieur T. se plaignit à moi de la même façon, déclarant que cela constituait une situation intolérable. Il est possible que la jeune femme ait manifesté des répugnances pour l'acte conjugal, je crois néanmoins qu'il y eut beaucoup de comédie dans toutes ces plaintes de Monsieur T. ».

Insuper, prosequitur orator, in praefata epistola sacerdotis Géraud inter alia legitur: « Enfin aujourd'hui (quinto a nuptiis die) Madame T. reçoit une lettre d'Henri l'informant qu'Heva a exigé dès son arrivée lit à part. Mada-

me T. est aussitôt partie avec le commandant son cousin. Mais que fera-t-elle? Hélas! Si Henri reste encore, faites en sorte de vous aboucher avec eux, toi avec lui, Maria avec elle, peut-être Maria recevra-t-elle quelque confidence ».

Quocirca, observat orator, dum haec refert sacerdos Géraud, non potest decipi nec decipere. Res enim est de facto publico ac notorie At nemo facile inducitur, ut credat Henricum matri denuntiaturum fuisse: « qu'Eva a exigé de son arrivée (à Fontainebleau) lit à part », si ipse a coniugali genio abhorruisset. Stultum est credere Henricum arcessisse matrem, ut haec deprehenderet filium inter brachia meretricis, et ut filii cum scorto fugam spectaret « avec le commandant son cousin ».

Praeterea actrix fatetur: « Il s'est passé une quinzaine de jours ou trois semaines entre ce départ de moi et mon mari et ma rentrée dans ma famille ». Sed quaerit vinculi defensor, si vir fugam arripuit, si uterque vel alteruter matrimonium consummare nolebat, si matrimonium adhuc erat opere imperfectum incompletumque, cur non statim Heva non repetit patrios lares?

Nec satis: iurisconsultus Aemilius Roche, qui pacta Henricum inter et Hevae parentes post vitae coniugalis distinctionem conventa moderatus est, testatur: « Tout ce que je puis dire c'est que je n'ai vu Madame T. que le jour où un règlement d'intérêts définitif eut lieu par devant notaire, et j'ai simplement constaté que dans ces actes son père insistait pour qu'on la nommât Mademoiselle B., mais je n'ai jamais rien entendu dire sur la consommation ou non consommation ».

Insuper, urget defensor, matrimonium initum est die 16 Septembris 1889, intra mensem coniuges seiuncti ab invicem sunt, die 5 Augusti 1890 laicus magistratus divortium inter coniuges proclamat. De dispensatione autem super matrimonio, quod ratum et non consummatum actrix dicit, non nisi die 21 Maii 1895 agere incipit, quando sacerdotes

de re instructissimi, quippe qui matrimonium conciliarunt, Leclerc vice-parochus loci *Passy* et Géraud, emeritus Henrici institutor, ille e vivis elatus est, et hic in Bulgariam profectus. Et proinde nec unus, nec alter auditus est, ille quia audiri nequit, hic nescitur qua de causa.

Quoad iudicium medicorum non diffitetur orator id actrici favorabile esse; sed notat, actricem a peritis Bucquoy et Ferrand exploratam esse die 24 Novembris 1897, scilicet exactis iam octo annis et ultra a celebratione matrimonii ac vitae coniugalis dissociatione. Iam vero Zacchias, *medie, legal. Uh. 4, tit. 2, q. 3, n. 4* docet: « Multo magis operosum fuerit cognoscere corruptam virginitatem unico congressu patratam, a multo tempore citra, et ea de re in hoc casu praesumptionibus et coniecturis magis utendum censeo: quia signa per partium inspectionem habita, leviuscula sunt, et vix quidquam attestari poterunt. Licet enim in primo gressu facta fuerit violatio et destructio panniculorum et caruncularum simul cohaerentium et ipsorummet laterum uteri, tamen, si dehinc a coitu abstinuerit mulier, adeo invicem temporis spatio denuo cohaerescunt, ipso quoque sanguine, qui in primo concubitu emanavit, mediante, ut maiorem interdum angustiam prae se ferant, quam ante amissam virginitatem fecerant, quod adnotabat etiam Severin. Pinaeus ».

Quibus praenotatis, suppositum fuit diluendum

Dubium

*An consulendum sit Sanctissimo **pro** dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.*

RESOLUTIO. Sacra Congregatio Concilii, re discussa sub die 17 Decembris 1898 censuit respondere: *Affirmative.*

-v-

THEATINA

SOLUTIONIS

Die 24 Feb. 1899.

COMPENDIUM FACTI. - Rita Lavella telarum commercia gerens in civitate Sulmonensi anno 1895 supplici dato libello a S. Congr. Episcoporum et Regularium petiit, ut Rmus Ioseph Morticelli Episcopus Pinnensis et Atriensis condemnaretur ad sibi creditrici restituendam summam libellarum 8825. Sacra Congregatio delegavit Archiepiscopum Theatinum ad definiendam hanc controversiam in primo iurisdictionis gradu.

Archiepiscopus Theatinus sententia diei 25 Maii 1896 absolvit ab huiusmodi instantia conventum Episcopum Morticelli, declarans insuper quod ipse creditor erat summae libellarum mille erga Ritam Lavella, quae ut naturale erat, iterum recursum habuit ad praefatam S. Congregationem pro sententiae revocatione. Proposita quaestione in plenariis comitiis diei 11 Martii 1898 Emi Patres censuerunt comperendinare resolutionem iuxta mentem, quae mens patefacta Episcopo Morticelli uteris dictae Congregationis sub die 27 Aprilis 1898 in eoconsistebat, ut ipse transmitteret in originali duas declarationes editas a Rita Lavella die 10 Iunii 1893 et 20 Decembris eiusdem anni ; insimul rogabatur praefatus Episcopus Morticelli, ut inspectis specialibus circumstantiis curaret ***de bono et aequo*** sese componere cum recurrente muliere.

Episcopus Morticelli epistola sub die 28 Maii 1898 retulit se nullam compositionem inire posse cum Rita Lavella ob rationes in sua allegatione, quam exhibuit, adductas ; quoad vero expostulata documenta in originali se ea quamprimum transmissurum, licet copiae iam S. Congregationi oblatae fideliter suo originali respondeant.

Disceptatio Synoptica

DEFENSIO EPISCOPI PINNENSIS ET ATRIENSIS - Episcopus Morticelli suam defensionem typis impressam in duas partes dispescit, in quarum prima recolit facta quae inter ipsum et Ritam Lavella locum habuerunt ab anno 1877 usque ad annum 1893, in secunda enarrat uti res se habuit ab an. 1893 usque ad tempus in quo actrix suam proposuit actionem coram S. Congregationis tribunali.

Quoad primum refert Episcopus Morticelli quod an. 1877 cognovit Ritam Lavella uti poenitentem in foro sacramentali: anno 1880 ipsa coepit sibi offerre merces et etiam pecuniae summam, ut in suis vitae indigentiis eam pro videret; exinde mutui favores seu exhibitiones per fere decennium : anno 1889 de communi consensu dati et accepti rationes habitae sunt : Rmus Morticelli pecuniam acceptam, mercibus ad huius rationem computatis, reddidit, demptis usuris quas Rita Lavella tunc renuit, et quae tamen in computo diei 10 Iunii an. 1893 solutae sunt.

An. 1890 Rmus Morticelli renunciatus Episcopus in patria commoratus est ob Dilatum ***Exequatur,*** quod habuit die 19 Iunii 1891. Durante hoc tempore ipse Ritae Lavella mutuatus est libellas 1000, et ab eadem pluribus mercium speciebus habitis, antequam ad diocesim commissam pergeret voluit rationem ponere, quae die 25 Augusti 1891 facta est ; sed mille libellas in parte activa ob defectum documenti Rmus Morticelli adscribere nequivit, quin imo obligationem libellarum 760 relaxavit pro omnis debiti liberatione, quae an. insequenti 1892 extincta fuit: a mense Februarii Rita Lavella varias pecuniae summas recepit ab Episcopo Morticelli usque ad Decembrem an. 1892, quo tempore ipse declaravit se omnem relationem obtruncare velle et de facto nonnulla obiecta dono accepta restituit donanti Lavella, et mense Iunio sequentis anni 1893 facto computo dati et accepti et calculatis ut supra usuris, Rita Lavella remansit debitrix libel. 1186, harum libellas 186 per-

solvit fratri et nepoti Rmi Episcopi Morticelli et pro reliqua summa nempe libellar. 1000 collybisticas literas signavit; et haec est summa quae adhuc ab ea'debetur. In huius rei confirmationem Rmus Morticelli exhibet" famosam declarationem Ritae Lavella, diei 10 Iunii 1893 in qua ipsa fatetur se plene satisfactam fuisse a praefato Praesule Morticelli.

Progrediens deinde Morticelli ad secundam suae defensionis partem refert ea quae inter se et Lavella acciderunt ab an. 1893 usque ad mensem Martii 1896. Hoc tempus in tres periodos partitur. In I[a] periodo a die 10 Iunii 1893 usque ad diem 4 Martii 1895 supra relata declaratio a Lavella fuit confirmata, siquidem ipsa scripsit Praesuli Morticelli se velle restituere usuras summarum ab eo persolutas et se promptam esse ad interesse praestandum pro literis cambiariis libellarum a se favore Episcopi Morticelli subscriptis.

In secunda periodo seu a die 4 Martii 1895 usque ad mensem Aprilis 1896, pergit Episcopus Morticelli, eadem declaratio seu redditio rationis diei 10 Iunii 1893, confirmata fuit ab ipsa auctoritate ecclesiastica. Revera cum Rita Lavella non potuisset interruptas relationes instaurare tradendo merces duabus nepotibus Praesulis Morticelli quae aliunde eas emerunt, ipsa irata remisit ad eumdem ope Episcopi Anagnini notulam crediti libellarum plus quam 8000. Sed Episcopus Morticelli Sulmonam petiit ubi praetensa creditrix degebat, et coram Episcopo Sulmonensi, allegata supra memorata declaratione, eius praetensionem refutavit. Vieta sed non fracta Rita Lavella ad S. Congregationem Episcoporum et Regularium recurrit, quae pro recursus visione delegavit Archiepiscopum Theatinum. Hic vero die 25 Maii 1896 declaravit Episcopum Morticelli nihil debere Ritae Lavella, sed potius hanc esse ei debitricem summae lihell. 1000. In altera demum periodo seu a mense Aprili 1895 usque ad Martium 1898 Episcopus Morticelli sustinet eamdem redditionem rationis diei 10 Iu-

nii 1893 sancitam fuisse etiam ab auctoritate civili. Rita Lavella, habita adversa sententia a Curia Theatina, consilium inierat adeundi civilia Tribunalia, quod ad actum non redegit, eo quod Advocatus ab ea consultus retulit suam actionem probationibus destitui. Tunc satius duxit iterum appellare ad S. Congregationem Episcoporum et Regularium.

Interim Rita Lavella declaravit se foro cedere et cum creditum praesumptum libel. 8000 contra Episcopum Morticelli relatum fuisset in statu activo, hoc illico expunctum fuit instante curatore decoctionis Advocato Faraglia. Visis enim titulis allegatis ab Episcopo Morticelli hoc remanere non poterat, quin Rita Lavella incurreret in poenas criminales statutas contra dolose foro cedentes. Post facta uti supra exposita quae Episcopus Morticelli documentis firmat, ipse concludit sibi impossibile evadere, procedere ad compositionem de bono et aequo quam S. Cong. uteris 27 Aprilis 1898 insinuabat, hoc enim importaret ratas habere falsas accusationes ab actrice Rita Lavella productas ; potius rogat EE. Patres ut suum creditum libellarum mille recognoscatur, imposita Ritae Lavella obligatione illud quam primum solvendi et insimul retractandi facta et scripta calumniosa contra adducta.

PRO RITA LAVELLA. - Haec nullam allegationem exhibuit, tantummodo in epistola ad Emum Praefectum S. Congregationis EE. et Regul. sub die 18 Novembris 1898 instat ut sibi reddatur ius contra Episcopum Morticelli ; attamen fatetur se alienam non esse ab ineunda compositione. In fasciculo actorum prostant attestationes tum de eius honestate et integritate in negotiis explendis, tum de mandatis ab Episcopo Morticelli datis circa cruces Episcopales, albas, linteamina et alia eiusdem generis. Ultimo notandum est quod Rita Lavella suo procuratori in Urbe literas dedit, in quibus ipsa contendit rationes adductas ab Episcopo Morticelli referri ad aliam computationem, et pecuniae summam quam modo petit sibi deberi ex alio titulo ; citat ex-

pensas Romae et alibi factas commodo sive Episcopi Morticelli sive suorum parentum, et indicat testes ad rem ex^cutiendos : concludit pecuniam a se persolutam et non adhuc recuperatam esse rationem constitutivam crediti quod praesenti iudicio condicit.

Hisce utrinque elucubratis, suppositum fuit solutioni sequens

Dubiam

An et quomodo confirmanda sit sententia Archiepiscopi Theatini sub die 24 Maii 1896 in casu.

RESOLUTIO - S. Congregatio Episcoporum et Regul. re formiter discussa sub die 24 Febr. 1899 *Re f ormato dubio an constet Rmum Iosephum Morticelli, Episcopum Atriensem et Pinnensem debere Ritae Lavella summam libellarum 8825,* **respondit** *Ex hactenus deductis non constare.*

DUBIUM: an concedenda sit sanatio In radice pro novitiatu, si forte ob defectum baptismi Invalidus fuerit.

Reverendissime Pater,

Frater N. N., e Protestantesimo ad Fidem Catholicam conversus, religionemque FF. Praedicatorum ingressus, laudabiliter novitiatum complevit, et voto unanimi Consilii et Capituli Conventus N., Provinciae N., in.... siti, ad Professionem Simplicem admissus est. Inopinate, ante diem Professionis, dubia de validitate Baptismi a ministro acatholico ipsi collati exorta sunt et Episcopus loci Baptismum iterandum ordinavit. Exinde Prior Conventus N. humillime a Sancta Sede sanationem in radice petit novitiatus egregie a Fratre N. N. peracti, si forte ob defectum Baptismi invalidus fuerit.

Et Deus.

Vigore specialium facultatum a SSmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium, Negotiis et Consultationibus pEpiscoporum et Regularium praeposita, audita relatione P. Procuratoris Generalis Ordinis, benigne commisit Magistro Generali, ut, veris existen-

tibus narratis, petitam sanationem iuxta preces, pro suo arbitrio et conscientia concedat; emissa tamen ab ipso Religioso declaratione, se uti velle praesenti Indulto ; quae declaratio caute servanda erit in Archivio memoratae Provinciae. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romae, 25 Novembris 1898.

S. CARD. VANNUTELLI, *Praefectus.*

L. * S.

A. TROMBETTA, *Secretarius.*

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

Indulgetur Episcopis facultas permittendi matrimonia inter *liberos pensatores.*

Beatissimo Padre,

Il Vescovo NN., prostrato ai piedi della S» V., rispettosamente espone quanto appresso :

Con decreto di Fer. IV 30 Gennaio 1867, confermato dall'altro di Fer. III loco IV 25 Maggio 1897, il S. Officio dichiarò : « Quoties agatur de matrimonio inter unam partem catholicam « et alteram quae a fide ita defecit, ut alicui falsae religioni vel « sectae sese adscripsere, requirendam esse consuetam et neces- « sariam dispensationem cum solitis ac notis praescriptionibus « et clausulis. Quod si agatur de matrimonio inter unam par- « tem catholicam et alteram, quae fidem abiecit, at nulli falsae « religioni vel haereticae sectae sese adscripsit, quando paro- « chus nullo modo potest huiusmodi matrimonium impedire « (ad quod totis viribus incumbere tenetur) et prudenter timet « ne ex denegata matrimonio adsistentia grave scandalum vel « damnum oriatur, rem deferendam esse ad R. P. D. Episco- « pum, qui, sicut ei opportuna nunc facultas tribuitur, inspectis « omnibus casus adiunctis, permittere poterit, ut parochus ma- « trimonio passive intersit tamquam testis *authorizabilis,* dum- « modo cautum omnino sit catholicae educationi universae pro- « lis aliisque similibus conditionibus ».

Ora il Vescovo oratore chiede umilmente la facoltà di permettere i matrimonii dei liberi pensatori secondo le norme del prefato decreto. Che ecc.

Feria IV, die 11 Ianuarii 1899.

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis, habita ab EEmis et RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt :

Reformatis precibus: I. An verba Decreti S. Officii fer. IV die 30 Ianuarii 1867 ad I « rem deferendam esse ad R. P. D. Episcopum qui, sicut ei opportuna nunc facultas tribuitur » *extendi possint ad omnes Episcopos?*

II. *Et quatenus negative, orator Episcopus N N. suppliciter petit, ut sibi dicta facultas concedatur.*

Resp. ad I. Affirmative, facto verbo eum SSmo.

Ad II. Provisum in primo.

Feria vero Vi, die 13 eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII. relatione, SSmus resolutionem EEmorum Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM quoad abusum differendi baptismum notabiliter.

Beatissimo Padre,

Il Vescovo NN. ha trovato nella sua dioecesi il deplorevolissimo abuso che taluni genitori per futili pretesti, massime perchè il padrino o la madrina non sono pronti o devono giungere da lontano, differiscono ai neonati il battesimo per settimane non solo e per mesi, ma ancora per anni, come si è dovuto convincere nella sua visita pastorale. Ad ovviare a siffatto abuso egli si è adoperato con ogni mezzo : però teme assai che non sì facilmente gli verrà fatto di eliminarlo.

Posto ciò, chiede umilmente se la levatrice, quando prevede che il battesimo abbia a differirsi considerevolmente, possa amministrarlo subito in acqua al neonato, benché questi trovisi in buone condizioni di salute, anche ad insaputa di uno o di entrambi i genitori, tenendone solo avvisato il parroco? — Che ecc.

Feria IV, die ii Ianuarii Í899.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis, habita ab EEmis et RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. et DD. Consultorum voto, iidem EEmi ac RRmi Patres respondendum mandarunt:

Urgendum ut Baptismus quam citius ministretur: tunc vero permitti poterit ut obstetrix illum conferat, quando periculum positive timeatur ne puer dilationis tempore sit moriturus.

Feria vero VI, die 13 eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII resolutionem Eminentissimorum Patrum approbavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM: de iteratione consensus, ut matrimonium, impedimento sublato, convalidetur.

Beatissimo Padre,

Amalia protestante non battezzata sposò Giovanni protestante battezzato: durante il matrimonio, Amalia fu battezzata nel Protestantesimo e visse col marito per qualche tempo. In seguito Amalia conobbe che Giovanni aveva rapporti illeciti con una donna; perciò lo abbandonò, e dopo qualche tempo ottenne dal tribunale civile il divorzio *ex capite adulterii* da parte del marito. Ora Amalia domanda il permesso di contrarre seconde nozze con un cattolico.

Si noti che i protestanti non conoscono che il matrimonio tra battezzato e non battezzata sia nullo.

Ciò posto, T Arcivescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V., umilmente chiede :

Stante l'ignoranza della nullità del matrimonio *ex capite disparitatis cultus,* la vita maritale di Amalia con Giovanni rivalidò il matrimonio dopo il battesimo di Amalia ?

Che ecc.

Feria IV, die 8 Martii 1899.

In Congregatione Generali coram EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt :

« Praevio iuramento ab Amalia in Curia N. N. praestando, « quo declaret matrimonium contractum cum Ioanne post ba- « ptismum ipsius Amaliae, ab iisdem, scientibus illius nullita- « tem, ratificatum non fuisse in loco ubi matrimonia clande- « stina vel mixta valida habentur, et dummodo R. P. D. Ar- « chiepiscopus moraliter certus sit de asserta ignorantia spon- « sorum circa impedimentum disparitatis cultus, detur mulieri « documentum libertatis ex capite ipsius disparitatis cultus ».

Sequenti vero Fer. V die 9 eiusdem mensis et anni SSmus D. N. Leo Pp. XIII, per facultates Emo Cardinali huius Supremae Congregationis Secretario impertitas, resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobare dignatus est.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM : de dispensatione mixtae religionis, disparitatis cultus et sanationis in radice, *in mortis articulo.*

Beatissimo Padre,

Il Vescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V., espone umilmente che nella sua Diocesi insieme ai cattolici trovasi frammisto grande numero di eretici, il cui battesimo dà molto a dubitare della validità. Chiede perciò, per coloro che trovansi in articolo di morte ed in concubinato con tali eretici, ovvero uniti col solo vincolo civile, la facoltà (delegabile anche ai parrochi) di dispensare dagl'impedimenti di religione mista o di disparità di culto se esistono, quando amendue i contraenti, o almeno la parte cattolica, promette di allevare la prole nella religione cattolica o almeno la nascitura, quando la nata oltrepassi i sette anni.

Feria IV, die 12 Aprilis 1899.

In Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis habita coram EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, propositis suprascriptis precibus, ac rite perpensis omnibus tum iuris tum facti rationum momentis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

« Quoad dispensationem super impedimento disparitatis cul-
« tus, cum agatur de impedimento dirimente, provisum per De-
« cretum 20 Februarii 1888. Quoad dispensationem super impe-
« dimento mixtae religionis, pro casibus, in quibus omnes dentur
« cautiones, et Episcopus moraliter certus sit easdem impletum
« iri, supplicandum SSmo pro facultate dispensandi ad trien-
« nium. Pro casibus vero, in quibus vel praehabito actu mere
« civili, vel contractu coram ministro haeretico, vel utroque si-
« mul, non omnes praestentur cautiones, vel Episcopus mora-
« liter certus non sit easdem impletum iri, supplicandum pa-
« riter SSmo pro facultate sanandi in radice matrimonia itidem
« ad triennium, constito in huiusmodi casibus de perseverantia
« consensus utriusque partis, facta ab Episcopo singulis vicibus
« expressa S. Sedis delegationis mentione, praevia absolutione
« a censuris, si opus sit, et monito morituro de gravissimo pa-
« trato scelere, eoque certiorato, ob talem dispensationis gra-
« tiam a se acceptatam, matrimonium fieri validum ac legiti-
« murn et prolem susceptam utriusque sexus legitimam haben-
« dam esse, cuius in religione catholica educationem, nec non
« prolis pariter utriusque sexus forsan suscipiendae, una cum
« viri ad catholicam fidem conversione, si moriens convaluerit
« pro viribus curare gravissima ac continua obligatione tene-
« bitur, descripto tandem in Regestis matrimonio, simulque ad-
« servato in Curia documento huiusmodi concessionis, com-
« municationis, acceptationis, absolutionis et declarationis mo-
« ribundi, servatis de cetero decretis. Contrariis quibuscumque
« non obstantibus ».

Feria vero VI, die 14 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori S. O. impertita, SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit ac praedictas facultates benigne concessit.

I. CAN. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM : an uti valeat paulino privilegio pars christiana quae, post conversionem, crimen aliquod commiserit.

Beatissime Pater,

Aemilius van Henexthoven, Superior missionis Kwangensis in Africa Societatis Iesu Patribus demandatae, ad S. V. pedes provolutus humiliter exponit quae sequuntur :

Non semel S. Sedes declaravit, adulterium et alia delicta ante baptismum commissa, ita per baptismum condonari, ut pars infidelis, quae ideo declinaret cohabitationem, permitteret alteri parti baptizatae usum privilegii paulini.

Quid autem si post baptismum adulterium vel delictum fuerit iteratum, ita tamen, ut moraliter constet, quia v. g. iam magnis spatiis separati erant coniuges, haec facta posteriora nullatenus causam esse discessus partis infidelis, quae nec de baptismo, nec de moribus post baptismum inductis sollicita aeque etiam secuta emendatione detrectasset cohabitationem.

Quo casu posito supradictus Orator enixe supplicat S. V. pro responsione ad haec duo dubia :

I. An delicta, quae post baptismum sunt commissa, sed nullatenus attenduntur a parte infideli, vel etiam quandoque penitus ignorantur, obstent, quominus pars baptizata uti possit privilegio Apostoli ?

II. An illo casu licitus sit usus facultatis Apostolicae, vi cuius in dicta missione dispensari potest a faciendis interpellationibus requisitis ?

Feria IV, die 19 Aprilis 1899.

In Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis ab EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, rite perpensis omnibus, tum iuris, tum facti rationum momentis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Dentur Oratori Decretum S. Officii 6 Augusti 1759 et Instructio S. C. de Propaganda Fide 16 Ianuarii 1797; et ad mentem. — Mens est ut in dubiis iudicium sit semper in fidei favorem.

Porro Decreti im S. Officii 5 Augusti 1759 ad Episcopum Coccinensem, *in resp. ad IL, sic se habet:*

« Cum militet ex parte coniugis conversi favor fidei, eo « (privilegio) potest uti quacumque ex causa, dummodo iusta « sit, nimirum si non dederit iustum ac rationabile motivum « alteri coniugi discedendi, ita tamen ut tunc solum intelligatur « solutum iugum vinculi matrimonialis cum infideli, quando « coniux conversus (renuente altero post interpellationem con- « verti) transit ad alia vota cum fideli ».

Instructio vero S. C. de Propaganda Fide 16 Ianuarii 1797 pro Sinis *est prout sequitur :*

« In casu matrimonii dissolvendi ex privilegio in favorem « fidei promulgatum ab Apostolo duo haec tantum spectanda, « de quibus fieri debet interpellatio : 1. Utrum pars infidelis « velit converti. — 2. Utrum saltem velit cohabitare sine contu- « melia Creatoris, nulla praeterea habita ratione, utrum nec ne «praecesserit sive adulterium, sive repudium ».

Sequenti vero feria VI, die 21 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Pp. XIII. R. P. D. Assessori S. O. impertita, SS. D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum approbavit.

I. Can. MANZINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM : utrum abbas Ordinarius, facultate sacrum chrisma conferendi pollens, valeat hac uti facultate, in proprio territorio, erga alienos subditos.

Beatissimo Padre,

L'Abate Benedetto Bonazzi, Ordinario dell'Abadia *Nullius* della SS. Trinità di Cava, prostrato ai piedi della S. V., umilmente espone che per consuetudine generalmente invalsa, non solo i Vescovi, ma ancora gli" Abati *Nullius,* che ne hanno dalla S. Sede facoltà, conferiscono il Sacramento della Cresima nel territorio della propria giurisdizione non solo ai sudditi proprii, ma ancora a quelli di altre diocesi che loro si presentano, presumendo il permesso dei rispettivi Ordinarii.

Or, poiché da qualcuno è stata ri vocata in dubbio la legittimità di tale consuetudine, chiede umilmente :

I. Se tal consuetudine possa mantenersi.

II. Nel caso negativo, stante P uso generalmente invalso di presentarsi a ricevere tal sacramento sudditi proprii e non proprii, si avanza a supplicare che venga a lui concessa la facoltà di amministrarlo anche ai sudditi non proprii che lo chieggono nei confini della propria giurisdizione.

Feria IV, die 19 Aprilis 1899.

In Congregatione Generali ab EEifiis ac RRiîiis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, proposito suprascripto supplici libello, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi ac RRmi Patres respondendum mandarunt :

Ad I. *Affirmative in casu, iuxta Decretum S. Congr. Episcoporum et Regularium in* Nullius Montis Virginis *30 Martii 1855, facto verbo eum SSmo* (1).

(i) En dictum decretum : « Clemens XTI san. mem. Litt. Apost, anni 1732 incipien. *Creditae Nobis* privilegium conferendi Confirmationis Sacramentum Abbati *Nullius* Montis Virginis hisce verbis benigne tribuit: « Ut Abbas generalis dictae Congregationis (Montis Virginis) indumentis pontificalibus indutus Sacramentum Confirmationis suis subditis praefatis, quoque temporibus ministrare prout pro tempore existentes Montis Cassinorum et Cavensium Monasteriorum respective Abbates ministrare solent Apostolica auctoritate perpepuo concedimus.

« Cum autem introductus fuerit usus confirmandi etiam non subditos, dubium exortum est an revera non subditi ab eo confirmari possint. Abbas Montis Virginis innuebatur usu iam introducto et consuetudini, quae ab Abbatibus Cassinensibtfs et Cavensibus servatur; usus enim et consuetudo privilegia interpretantur eaque etiam aliquando extendunt.

« Alii autumabant standum esse verbis indulti, in quo facultas *ad subditos* expresse et clare coercetur, quin aliunde indubie constaret de legitima consuetudine.

« Re ad S. C. delata, in generali conventu diei 30 Martii 1855 propositum fuit dubium:

« Se e come il P. *Abate generale Ordinario dell'Abbazia di Monte Vergine debba mantenersi nel possesso di amministrare il Sacramento della Confermazione ai sudditi di altri Vescovi ed Ordinarii?*

« Cui Emi Patres, referente Emo Bruneiii, et re mature perpensa, inscripserunt :

« Affirmative, de consensu, saltem taáto, Ordinariorum confirmandorum, retento authentico regesto in archivio Monasterii, ac servatis aliis de iure servandis, facto verbo cum SS.mo.

« Et facta de praemissis relatione SS. D. N. Pio PP. IX in audientia habita die 20 aprilis 1855, Sanctitas Sua resolutionem S. C. approbavit et confirmavit, excepto tamen quoad futurum usu administrandi confirmationem extra territorium

Ad II. *Provisum in primo.*

Sequenti vero feria VI, die 21 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita, SS. D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum, contrariis non obstantibus quibuscumque approbavit et confirmavit, iussitque addi *ad mentem.* Mens est ut si forte orator certo sciat aliquem Episcopum nolle ut proprii subditi ab aliis confirmentur, ab iis confirmandis se abstineat.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

DUBIUM : utrum privilegium paulinum adhiberi valeat quando infidelis pars conversionem sequitur, sed despicit cohabitationem cum parte conversa.

Beatissime Pater,

Superior Missionis N. N. ad S. V. pedes provolutus, exponit prout sequitur.

Vir aliquis, cum nondum baptizatus erat, iunctus est matrimonio cum muliere et ipsa gentili. Postea vir baptizatus est. At propter rixas continuas dereliquerunt cohabitationem. Vir christianus asserit se numquam mulierem hanc voluisse sibi sumere in voluntate uxorem. Haec adhuc gentilis, et baptizari desiderans, ad virum redire non vult. An licet in his adiunctis, dum mulier baptizata nondum est, viro nubere aliam ? Hanc quaestionem S. V. humiliter submitto.

Feria IV, die 26 Aprilis 1899.

In Congregatione Generali ab EEîîiis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, proposito suprascripto casu, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi ac RRrîii Patres respondendum mandarunt :

« Curet Superior Missionis totis viribus ut, compositis iurgiis ac dissensionibus, coniuges iterum uniantur et pars infidelis convertatur. Si autem ipsa renuat culpa viri converti,

Abbatiae, etiamsi Abbas ab Ordinariis respectivis vocetur, et ad mentem : mens est, *che l'Abbate sia cautelato di esaminare prima di conferire la Cresima se i cresimandi abbiano la fede del proprio Vescovo, o almeno del parroco.* — 50 Martii 1835.

« hunc adigat, etiam, si opus sit, per poenas canonicas, ad sa-« tisfaciendum parti laesae. Si vero vir conversus nullum ei « dederit iustum ac rationabile motivum discedendi, aut parti « laesae iam satisfecerit, ac in periculo versetur damnationis « aeternae, tunc hic, post formalem interpellationem, poterit ad « alia vota transire; et ad mentem. — Mens est ut in dubio iu-« dicium sit in favorem fidei ».

Sequenti vero feria VI, die 28 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita SSmus resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

EX S. CONG. DE PROPAGANDA FIDE

LITTERAE Emi. Praefecti S. C. de Propaganda Fide ad Pro-administratorem apostolicum in *Canea* quoad matrimonia quae contrahuntur inter graecos schismaticos et catholicos.

Reverendissimo Padre,

Con la sua lettera del 18 Gennaio teste decorso, riferiva V. R. a questa S. Congregazione che si dà il caso in cotesti paesi di scismatici che un cattolico prenda per moglie una greca-scismatica, o viceversa, e che prima celebrino il loro matrimonio secondo il rito scismatico, e poi domandino di celebrarlo secondo il rito cattolico. In questo caso, aggiungeva V. R., è vario il parere dei Missionarii se debbano le parti rinnovare il consenso alla presenza del parroco cattolico e dei due testimoni, o se non debbano farlo. Come in consimili dubii si è espressa altre volte questa S. Congregazione, quantunque in cotesti paesi di antico dominio turco vogliasi pubblicato nelle Chiese e Società Cattoliche il Decreto *Tametsi* del Tridentino, e conseguentemente siano nulli i matrimonii costì contratti fra cattolici e cattolici senza la presenza del Sacerdote proprio di una delle parti contraenti, tuttavia non è stato né mai pubblicato né mai osservato in cotesti dominii nelle Società- o sci-

smatiche o eretiche costì da gran tempo formate e stabilite, e perciò i matrimonii costì celebrati o dagli scismatici ed eretici fra loro, o da una parte cattolica e l'altra eretica o scismatica avanti il pastore eretico o scismatico, dovranno aversi per rati e validi; poiché in questo secondo caso ha luogo la regola stabilita da Benedetto XIV, per cui la parte eretica o scismatica comunica la sua esenzione alla parte cattolica. Ciò però non esonera il parroco della parte cattolica dal dovere di procurare che la parte cattolica si rìconcilii con la Chiesa, e s'impegni ad indurre la parte eretica o scismatica a dare le cauzioni che la Chiesa prescrive in siffatti matrimonii.

Prego intanto il Signore che La conservi.

Roma, li 6 Febbraio 1899.

Di Lei Rmo Padre — Dmo servitore

M. Card. LEDOCHOWSKI, *Pref.*

L. * S.

A. Arciv. di Larissa *Segret*

PETITIO transeundi de ritu Rutheno ad latinum.

Beatissimo Padre,

N. N. nato il.... in .... prostrato al bacio del S. Piede, implora umilmente da Vostra Santità il passaggio dal rito Ruteno al Latino, volendo farsi Religioso Domenicano.

Ex Audientia SSmi diei 4 Martii 1899. SSmus Dnus Noster, Leo Divina Providentia Papa XIII, referente me subscripto Secretario S. C. de Propaganda Fide pro Negotiis Ritus Orientalis, benigne concessit, ut Orator, de quo in precibus, Ordinem PP. Praedicatorum S. Dominici ingredi, et |n eo probationis tempore ritui Latino sese conformare possit et valeat, ea lege tamen, ut ante professionem Religiosam iterum recurrat pro definitivo transitu. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus dictae Sacrae Congregationis die et anno ut supra.

ALOISIUS VECCIA, *Secretarius.*

L. * S.

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

MEXICANA: Dubia circa usus diversos inolitos in illa Dioecesi.

Rmus Dnus Prosper Iosephus M. Alarcon Archiepiscopus Mexicanus Sacror. Rit. Congregationi ea quae sequuntur humiliter exposuit ; nimirum :

1. Ex antiquissimo usu in plerisque ecclesiis huius dioeceseos loco Conopei apponitur ad ostium Tabernaculi, in quo SSma Eucharistia asservatur, tabula quandoque ex metallo, quandoque ex tela acu depicta, vel etiam moderni temporis ex charta dicta pleographica in qua apparent symbola : SS. Eucharistia vel SSmum Nomen Iesu aut alia huiusmodi, imo aliquando Imago B. Mariae Virginis.

2. In usu pariter antiquissimo loco antipendii, quod totam anteriorem partem Altaris tegat, penes aliquas ecclesias est parvum antipendium vulgo *Pallia,* circa dimidium metri habens ex quavis parte, quod suspenditur in medio Altaris.

3. Tandem loco tintinnabuli pro Sacrosancto Missae sacrificio nonnullae Ecclesiae novissime coeperunt adhibere quoddam cymbalum dictum *Indorum Orientalium,* quod est ad modum magni catini semipendentis ab hasta lignea, et percussum ab acolytho sonurn elicit.

Hinc idem Rmus Archiepiscopus ab ipsa Sacra Congregatione enixe postulavit: An tolerari possit in casu usus tum praedictae tabulae ad ostium tabernaculi loco conopei, tum enunciati parvi antipendii, tum demum supradescripti cymbali Indorum Orientalium ?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit : Negative ad omnia, seu non convenire. Atque ita rescripsit, die 10 Septembris 1898.

L. M. CARD. PAROÇCHI

L. * S.

D. PANICI S. *R. C. Secretarius.*

VICENTINA: Dubium an sit dicenda antiphona *Si iniquitates* cum psalmo *De Profundis* et oratione *Fidelium Deus* a sacerdote, expleta absolutione ad tumulum in reditu ad sacristiam.

Proposito dubio a R. P. Iosepho Preto Sacerdote Dioeceseos Vicentinae : utrum in reditu in Sacristiam, absolutione ad tumulum expleta, in officiis et Missis cum cantu pro uno vel pluribus defunctis die septima, trigesima et anniversaria aut etiam extra has dies celebratis, dicenda sit antiphona: *Si iniquitates* cum psalmo *De profundis* et Oratione *Fidelium Deus ?*

Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque rite perpensis, respondendum censuit: *Affirmative* iuxta Rituale Romanum et decreta in una *Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium* ad 7 d. d. 2 Decembris 1684 et in altera *Florentina* d. d. 31 Augusti 1872.

Atque ita rescripsit, die 11 Martii 1899.

C. CARD. MAZZELLA *S. R. C. Praefectus.*

L . * S.

DIOMEDES PANICI, *Secretarius.*

URBIS et ORBIS : SSmus. Pater sinit recitari in toto Orbe Litanias SSmi. Cordis Iesu, iam auctas indulgentiis ter centum dierum.

SSmus Dnus Noster Leo Papa XIII per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis d. d. 27 Iunii superioris anni Litanias Saeratissimi Cordis Iesu approbavit, illasque publice recitari vel decantari in Ecclesiis et Oratoriis dioecesium Massilien, et Augustodunen. atque Ordinis Visitationis B. M. V. benigne indulsit. Ex eo tempore Rmorum Sacrorum Antistitum et religiosarum Familiarum piarumque Consociationum petitiones ita frequentes ad Apostolicam Sedem pervenerunt, ut in omnium votis pateret esse maiorem gloriam et laudem ipsius Saeratissimi Cordis cum incremento pietatis per invocationes approbatas ubique diffundi, prouti SS. Nomen Iesu, per Litanias proprias, Rituali Romano insertas, in toto orbe catholico a Christifidelibus publica et communi laude celebratur. Accedit etiam quod SSmus Dnus Noster pro devotione, qua fervet erga Amantissimum Cor Iesu, atque studio remedium afferendi malis quibus magis in dies premimur, eidem Sacratissimo Cordi conse-

erare intendit mundum universum. Haec autem consecratio ut solemniore ritu fiat, triduanas preces, praedictis invocationibus adhibitis, propediem indicere decrevit. Eapropter SSmus Dnus Noster ut Litaniae Sacratissimi Cordis Iesu iam probatae et indulgentiis tercentum dierum auctae, ubique terrarum tum privatim tum publice recitari et decantari in posterum valeant, concedere dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 2 Aprilis 1899;

C. CARD. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. * S.

DIOMEDBS PANICI *S. R. C. Secr.*

VELITERNA: Dubium quaeritur an servandae sint tres consuetudines, vel retinendae sicut abusus.

Hodiernus Magister caeremoniarum Basilicae Cathedralis Veliternae de observantia Caeremoniarum Episcoporum et decretorum Sacrae Rituum Congregationis pro suo munere sollicitus, eidem Sacrae Congregationi ea quae sequuntur, pro opportuna declaratione, humillime exposuit, nimirum :

I. In praefata Basilica Cathedrali, celebrante pontificaliter Episcopo suffraganeo, Canonicus qui Subdiaconi munere fungitur lecta Epistola, accepta ab Episcopo benedictione et tradito Missali clerico, pergit directe ad scamnum et sedet; quin sustineat Missale apertum, dum Episcopus Epistolam et Evangelium legit.

II. Presbyter assistens eidem Episcopo suffraganeo ad faldistorium celebranti non adstat, cum hic pariter Epistolam et Evangelium legit, sed cum Diacono et Suddiacono in scamno sedet.

III. Canonici eiusdem Basilicae Cathedralis cum in aliena Ecclesia sacras functiones solemniter peragunt, arbitrantur se posse uti privilegiis canonicalibus ex. gr. *Canone et palmatoria.*

Hinc quaeritur : utrum servari queant supradictae tres consuetudines vel potius habendae ut abusus?

Sacra porro Rituum Congregatio hunc supplicem libellum remisit Emo et Rmo Dno Cardinali Episcopo Ostien. et Velitern. pro informatione et Voto, audito etiam, Rmo Capitulo Basilicae Cathedralis Veliternae. Postulatis Sacri Consilii postquam Emus Vir satisfecerit per Litteras d. d. 19 elapsi mensis Martii cum

adnexis documentis, Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, et rationum momentis hinc inde deductis, rescribendum censuit:

Ad dubium *quoad primum:* Consuetudinem in casu esse abusum tollendum, et confer Caeremoniale Episcoporum, Lib. II. cap. VIII. n. 41. *Quoad secundum,* ut in primo et confer Caeremoniale Episcoporum Lib. I. cap. VII. n. 3. *Quoad tertium,* Canonicos praedictos uti posse Canone et Palmatoria tantum in Ecclesia propria, sicut Canonici in Basilicis Minoribus Urbis.

Atque ita rescripsit. Die 21 Aprilis 1899.

C. Card. MAZZELLA, *S. R. C. Praef.*

L. *y&* S.

Diomedes Panici -S. *R.* C *Secret.*

URGELLEN: Dubia quoad functiones sacras rite cetebrandas.

Magister Caeremoniarum Ecclesiae Cathedralis Urgellensis summopere desiderans ut in sacris functionibus omnia rite et adamussim peragantur, de sui Emi ac Rmi Domini Cardinalis Episcopi consensu atque mandato Sacrae Rituum Congregationi ea quae sequuntur humillime exposuit, nimirum :

Ex vigenti consuetudine et speciali privilegio Dignitates et Canonici Cathedralis Ecclesiae Urgellensis, habent Presbyterum assistentem et quidem Beneficiatum, in omnibus Missis conventualibus, tam in duplicibus, in quibus Canonici inserviunt pro Diacono et Subdiacono, quam in semiduplicibus et feriis, in quibus munus Diaconi et Subdiaconi a Beneficiatis impletur. Hinc quaeritur :

1. Utrum in Missis non pontificalibus ministrari debeant ampullae a Subdiacono, sive Canonico, sive Beneficiato, licet adsit Presbyter assistens?

II. 1. Quo ordine procedere debeant Celebrans, Presbyter assistens, et ministri dum e Sacristia ad Altare pergunt et viceversa ?

2. Utrum initio Missae Presbyter assistens collocare se debeat ad dexteram Diaconi, stantis a dextris Celebrantis ?

III. An servari possit immemorabilis consuetudo, vi cuius Presbyter assistens infra cantum Hymni Angelici et *Credo* sedet ad sinistram Subdiaconi?

IV. An stante immemorabili consuetudine, possit Presbyter assistens se transferre una cum Celebrante ad cornu Epistolae, ibique stare a sinistris ipsius Celebrantis versus Diaconum, dum hic Evangelium cantat ?

V. Utrum dum Diaconus ad credentiam accedit, ut bursam cum corporali ad altare deferat, surgente Subdiacono, ut moris est, etiam assurgere teneatur Presbyter assistens, donec ipse Diaconus ad scamnum redierit?

VI. 1. Utrum Presbyter assistens incensari debeat ante Subdiaconum, sive hic sit Canonicus, sive non ?

2. An pacem recipere debeat a Subdiacono, postquam hic eam dederit Clero in choro ?

3. An Subdiaconus, praesente Episcopo in Throno cum pluviali et mitra, vel cappa magna, dare debeat pacem prius Diacono, sit necne Canonicus, et postea Presbytero assistenti ?

VII. An continuari possit immemorabilis consuetudo, qua post habitam concionem coram Pontifice in Throno assistente, Presbyter assistens se locat in piano cum palmatoria a sinistris Diaconi, dum hic confessionem cantat ex libro ?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Quoad primam partem* semper procedant, in casu, unus post alium, et Presbyter assistens incedat ad sinistram Celebrantis.

Quoad secundam partem, praedictus Presbyter assistat ad dexteram Celebrantis.

Ad III. *A.ffirmative,* sed in scabello separato.

Ad IV. *Affirmative.*

Ad V. *Negative.*

Ad VI. Quoad primum *affirmative;* quoad secundum *negative,* sed a Celebrante, et dabit Diacono; et Presbyter assistens Celebrantis, recipiat pacem a Presbytero assistente Episcopi.

Ad VII. *Negative.*

Atque ita rescripsit. Die 15 Aprilis 1899.

C. CARD. MAZZELLA S. *R. C. Praef.*

L. * S.

DIOMBDES PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

EX ACTIS CONSISTORIALIBUS

DE CONSISTORIO HABITO DIE 19 IUNII 1899.

SSmus Pater LEO XIII in Palatio Vaticano habuit Consistorium secretum, in quo pronuntiavit sequentem

ALLOCUTIONEM

Venerabiles Fratres

Alloquendi initium a negotiis orientalibus hodie sumimus, idque eo magis libentes, quia res agitur duarum Ecclesiarum, quas gloriosae origines atque illustrium fama meritorum consecra vere. Antiochenam dicimus atque Alexandrinam : quarum altera Patriarcham Maronitarum, altera Coptorum desiderat.

Cum in pace Christi quievisset superiore mense Decembri venerabilis frater Ioannes Petrus Hagg, qui Patriarchatum Antiochenum Maronitarum annos plus octo gesserai, Episcopi maronitico ritu, in Synodo legitima, consentientibus omnium suffragiis, in demortui locum sublegerunt venerabilem fratrem Eliam Huayek, Archiepiscopum titularem Arcae, qui Elias Petrus sibi nomen imposuit. Subinde cum Episcopi qui ad suffragia coiverant, tum is qui renuntiatus Patriarcha est, dedere ad Nos litteras, quae rem gestam exponerent, unaque peterent, ut auctoritate apostolica electionem confirmare, sacrumque Pallium electo tribuere vellemus. Totius cognitionem negotii permisimus, uti mos est, venerabilibus fratribus S. R. E. Cardinalibus e sacro Consilio fidei christianae propagandae negotiis orientalis ritus praeposito : qui, deliberatione diligenter habita, supplicandum Nobis censuerunt ut, sanato si quid forte actum vitio, Episcoporum supra dictorum precibus annuere vellemus. Omnino Nobis inclinavere animum cognitae viri virtutes, quae efficiunt ut optime in eo patriarchalis locata dignitas videatur, neque dubitari sinunt fore ut res Maroniticae gentis catholica magis in dies, eo rectore, floreat. Quapropter eius electionem seu postulationem ad Patriarchatum Antiochenum Maronitarum probandam ratamque habendam existimavimus, eumdemque venerabilem fratrem sacro Pallio de corpore beati Petri sumpto ornandum iudicavimust

Quid vobis videtur?

Auctoritate omnipotentis Dei sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra, electionem seu postulationem a venerabilibus fratribus Episcopis Maronitis factam de persona venerabilis fratris Eliae Petri Huayek, sanatis, quatenus opus sit, quibusve vitiis, quae electioni ipsi potuerint officere, probatam ratamque habemus : eumque ab Archiepiscopali titulari Arcae ad Patriarchalem Antiochenam Ecclesiam Maronitarum cum omnibus privilegiis, quibus decessores eius ab hac Apostolica Sede ornari consueverunt, evehimus et promovemus, et Patriarcham ac Pastorem Maronitarum fidelium, ut in decreto et schedula consistorialibus significabitur, constituimus et declaramus, contrariis quibuscumque non obstantibus.

In Nomine Patris et Filii J$¡ et Spiritus Sancti. Amen.

Quod autem ad Goptos pertinet, non estis nescii, venerabiles fratres , quartum ante annum per Litteras Nostras Apostolicas *Christi Domini* constitutum ac rite fundatum Goptis esse Patriarchatum Alexandrinum, Episcopis suffraganeis assignatis duobus, adiectaque lege ut primum ab instituto Patriarcham non nisi ab Apostolica Sede designari crearique ius esset. Interea aucto catholicorum e gente Coptica numero, futurorumque incrementorum excitata expectatione, Episcopi et primores e Clero, decus insimul ac firmamentum Ecclesiae suae expetentes, rogare atque orare ut Patriarcha sibi suus, Sedis Apostolicae auctoritate detur. — Eos e venerabilibus fratribus. S. R. E. Cardinalibus, qui dissidentium cum Ecclesia reconciliandorum negotio praesunt, quid ea de re censerent, rogavimus. Faciendum censuere: de persona autem videri, Patriarchali praeficiendum officio et muneri, cum usu sacri Pallii, venerabilem fratrem Cyrillum Macaire, Episcopum titularem Caesareae Paneadis, qui eumdem Patriarchatum vicaria potestate apostolica administrat. Probavimus quidem non modo de re, sed etiam de persona sententiam. Nam venerabilis frater Cyrillus floret dignis episcopo virtutibus, doctrina praesertim, pietate, rerum quoque agendarum prudentia, quam Nosmetipsi experiendo cognovimus. Eum igitur dignitate Patriarchali, quam supra memoravimus, augendum censemus.

Quid vobis videtur?

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra, venerabilem fratrem Cyrillum Macaire ab epi-

scopami titulari Ecclesiae Caesariensis Paneadis ad Patriarchatum Alexandrinum Coptorum, cum omnibus privilegiis, quibus Patriarchae ceteri utuntur fruuntur, nominatimque cum usu sacri Pallii, evehimus et promovemus, et Patriarcham ac Pastorem Coptorum fidelium constituimus et declaramus, uti in decreto et schedula consistorialibus significabitur, contrariis quibuscumque non obstantibus.

In nomine Patris j$i et Filii $< et Spiritus Sancti. Amen.

Ad amplissimum Ordinem vestrum, venerabiles fratres, cogitatione curaque conversa, consilium cepimus sacrae honore Purpurae honestare lectos viros undecim, sua quemque virtute praeditos : quippe qui vel doctrinae fructu, vel episcopalium sedulitate officiorum, vel aliter dedita Ecclesiae opera laudem meritorum non vulgariurn sibi singuli peperere. Hi sunt:

IOANNES BAPTISTA CASALI DEL DRAGO, Patriarcha Constantinopolitanus :

FRANCISCUS DE PAULA CASSETTA, Patriarcha Antiochenus, vice sacra Antistes alter Urbis:

IANUARIUS PORTANOVA, Archiepiscopus Rheginensis :

IOSEPHUS FRANCICA NAVA DI BONTIFÈ, Archiepiscopus Catanensis, Noster in Hispania Nuntius Apostolicus :

AUGUSTINUS CIASCA, Sodalis Augustinianus, Archiepiscopus titularis Larissensis, Adiutor sacri Consilii christiano nomini propagando :

FRANCISCUS DESIDERATUS MATHIEU, Archiepiscopus Tolosanus:

PETRUS RESPIGHI, Archiepiscopus Ferrariensis.:

AUGUSTINUS RICHELMY, Archiepiscopus Taurinensis :

IACOBUS MISSIA, Archiepiscopus Goritiensis :

ALOISIUS TROMBETTA, Adiutor sacri Consilii Episcoporum atque Ordinum Religiosorum negotiis praepositi :

IOSEPHUS CALASANTIUS VIVES, Sodalis Franciscalis capulatus.

Praeter hos, qui nominati sunt, a di egere in Collegium vestrum decrevimus praestantes alios viros duos: quos tamen in pectore reservamus.

Quid vobis videtur ?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus et declaramus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales

Ex Ordine Presbyterorum :

IOANNEM BAPTISTAM CASALI DEL DRAGO,
FRANCISCUM DE PAULA CASSETTA,
IANUARIUM PORTANOVA,
IOSEPHUM FRANCICA NAVA DI BONTIFÈ,
AUGUSTINUM CIASCA,
FRANCISCUM DESIDERATUM MATHIEU,
PETRUM RESPIGHI,
AUGUSTINUM RICHELMY,
IMCOBUM MISSIA,

Ex Ordine Diaconorum

ALOISIUM TROMBETTA,
IOSEPHUM CALASANTIUM VIVES.

Item duos alios, ut supra diximus, Cardinales creamus, et in pectore reservamus, quandocumque arbitrio Nostro renuntiandos.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Patris >$s et Filii *f&* et Spiritus *$f Sancti. Amen.

Qua Allocutione expleta, SSmus proposuit sequentes Ecclesias :

Patriarchalem Ecclesiam Antiochen. **Nationis Syro-Maronitarum vacan, per obitum bo. me. Ioannis Petri Hagg, ultimi illius Patriarchae, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Eliae Huayek, Archiepiscopi titularis Arcen. Maronitarum, qui ab Episcopis catholicis eiusdem nationis in conventu S. Mariae de Becorki, in Monte Libano, unanimi consensu et acclamations electus ac postulatus, Eliae Petri assumpsit nomen.**

Patriarchalem Ecclesiam Alexandrin. **Coptorum per Apostolicas Litteras datas VI. Kal. Decembris 1895 incipientes «** ***Christi Domini*** **» restitutam et adhuc vacantem, favore R. P. D. Cyrilli Macaire, Episcopi titularis Caesareae Paneadis.**

Cathedrales Ecclesias Viterbien. ac Tuscanen. **invicem perpetuo canonice unitas, vacan, per obitum bo. me.Eugenii Clari, ultimi illarum Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Antonii Mariae Grasselli, ex Ordine Minorum Conventualium, Archiepiscopi titularis Colossensis.**

Metropolitanam Ecclesiam Leopolien. **ritus graeco-rutheni cum ei adnexo titulo Archiepiscopalis Ecclesiae Halicien. vacan, per obitum clar. me. Silvestri S.R. E. dum viveret Presb. Card. Sembratowicz, ultimi illius Archiepiscopi, favore R. P. D. Iuliani Kujlowski, Episcopi Stanislaopolitani, eiusdem ritus graeco-rutheni.**

Metropolitanam Ecclesiam Florentin, **vacan, per obitum clar. me. Augustini S. R. E. dum viveret Presb. Card. Bausa, postremi illius Archipraesulis,**

favore R. P. D. Alphonsi Mariae Mistrangelo, ex Ordine Clericorum Regularium scholarum piarum, Episcopi Apuani.

Metropolitanam Ecclesiam Arboren. vacan, per obitum bo. me. Francisci Zunnui Casula, ultimi illius Archiepiscopi, favore R. D. Salvatoris Tolu, Presbyteri Turritanae archidioeceseos.

Cathedralem Ecclesiam Barcinonen, vacan, per obitum bo. me. Iacobi Cátala et Albosa, favore R. P. D. Iosephi Morgadez et Gili, Episcopi Vicensis.

Cathedralem Ecclesiam Troian. vacan, per obitum bo. me. Danielis Tempesta, postremi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Pauli Aemilii Bergamaschi, Episcopi Terracinen. Setin. ac Privernen.

Cathedrales Ecclesias Lünen.-Sarzanen. ac Brugnaten. invicem perpetuo canonice unitas, vacan, per obitum bo. me. Hyacinthi Rossi, favore R. P. D. Ioannis Carli, Episcopi titularis Proconnesii.

Cathedralem Ecclesiam Andrien. vacan, per obitum bo. me. Friderici Mariae Galdi, favore R. D. Iosephi Staiti di Brancaleone, Presbyteri Neapolitani.

Cathedrales Ecclesias Bellunen. et Feltren. invicem perpetuo canonice unitas, vacantes per obitum bo. me. Salvatoris Bolognesi, ultimi illarum Episcopi, favore R. D. Francisci Chérubin, Presbyteri Veneti.

Cathedralem Ecclesiam Vicen. vacan, per translationem R. P. D. Iosephi Morgades et Gili ad sedem Cathedralem Barcinonensem, favore R. D. Iosephi Torras et Bages, Presbyteri dioeceseos Barcinonensis.

Cathedralem Ecclesiam Osnábrugen. vacan, per obitum bo. me. Bernardi Höting, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Huberti Voss, Presbyteri dioeceseos Monasteriensis, a RR. DD. Capitulo et Canonicis Osnabrugensibus electi seu postulati.

Cathedralem Ecclesiam Stanislaopolitan. Ritus Graeco-Rutheni vacan, per promotionem R. P. D. Iuliani Kujlowski ad Metropolitanam Sedem Leopoliensem eiusdem ritus, favore R. P. Andreae Szeptyce Szeptycki, Ordinis S. Basilii Magni.

Episcopalem titularem Ecclesiam Proconnesien. sub Archiepiscopo Cyziceno vacan, per translationem R. P. D. Ioannis Carli ad unitas Cathedrales Ecclesias Lunensem-Sarzanensem ac Brugnatensem, favore R. P. D. Thomae Cirielli, Presbyteri Aquae Vivae.

Titularem Ecclesiam Episcopalem lassen, sub Archiepiscopo Stauropo.litano vacan, per promotionem R. P. D. Ioannis Iosephi Keane ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Damascenam, favore R. D. Ignatii Gregorii Romero, Presbyteri dioeceseos Paranensis.

Titularem Ecclesiam Patriarchalem Constantinopolitan. vacan, per assumptionem ad Cardinalatus honorem Rmi Domini Ioannis Baptistae Casali del Drago, favore R. P. D. Alexandri Sanminiatelli Zabarella, Archiepiscopi Tyanaei.

Titularem Ecclesiam Patriarchalem Antiochen. Latini Ritus vacan, per assumptionem ad Cardinalatus honorem Rmi Domini Francisci de Paula Cassetta, favore R. P. D. Caroli Nocella, Presbyteri Romani.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Mitylenen. vacan, per translationem R. P. D. Emmanuelis Baptistae de Cunha ad Metropolitanam Sedem Bracharensem, favore R. D. Emmanuelis Dieira de Mattos, Presbyteri Lamacensis dioeceseos, qui etiam deputatus fuit in Suffraganeum ad pontificalia ceteraque pastoralia munia in civitate et Patriarchatu Lisbonensi obeunda.

Cathedralem Ecclesiam G-uadalupen. seu Imae Telluris, certo modo ab anno 1884 vacan., favore R. D. Petri Mariae Avon, Presbyteri dioeceseos Ne» mausen si s.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Martyropolitan. sub Archiepiscopo Amidensi vacan, per successionem R. P. D. Gustavi Caroli Mailath ad Cathedralem Ecclesiam Transilvanien., favore R. D. Iosephi Raymundi Astorga, Presbyteri S. Iacobi de Chile.

Metropolitanam Ecclesiam Bracharen, vacan, per obitum bo. me. Antonii Iosephi de Freitas Honorato, ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Emmanuelis Baptistae da Cunha, Archiepiscopi titularis Mitylenaei.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Bostren., vacan, per obitum bo.me. Vincentii Tagliatatela, ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Francisci Saenz de Urturi et Crespo, éx Ordine Minorum, Archiepiscopi dimissionarii S. Iacobi de Cuba.

Metropolitanam Ecclesiam S. Iacobi de Cuba, vacan, per resignationem R. P. D. Francisci Saenz de Urturi et Crespo, sponte ac libere in manibus praefatae Sanctitatis Suae peractam et ab Eadem admissam ac successivam translationem ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Bostrensem, favore R. D. Francisci Barnada et Aquilar, Presbyteri S. Ioannis de Cuba.

Cathedralem Ecclesiam Portugallen. vacan, per obitum clar. me. Americi S. R. E. dum viveret Presb. Card. Ferreira dos Santos Silva, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Antonii Iosephi de Souza Barroso, Episcopi S. Thomae de Meliapor.

Cathedralem Ecclesiam Policastren, vacan, per obitum bo. me. Iosephi Mariae Cione, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Ioannis Vescia, Presbyteri Tranensis.

Cathedralem Ecclesiam Cassanen. vacan, per translationem R. P. D. Evangelistae Di Milia ad Cathedralem Sedem Lyciensem, favore R. D. Antonii Mariae Bonito, Presbyteri Neapolitani.

Cathedralem Ecclesiam Culmen, vacan, per obitum bo. me. Leonis Redner, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Augustini Rosentreter, Presbyteri dioeceseos Culmensis, a RR. DD. Capitulo et Canonicis Culmensibus electi seu postulati.

Cathedralem Ecclesiam S. Ioannis de Cuyo in Republica Argentina Americae meridionalis, vacan, per obitum bo. me. Venceslai Achaval, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. Fr. Marcolini e Carmelo Benavente, ex Ordine S. Dominici, Presbyteri Bonaè'rensis.

Cathedralem Ecclesiam Portoricensem vacan, per resignationem a R. P. D. Francisco Valdes et Noriega, sponte ac libere in manibus eiusdem Sanctitatis Suae peractam et ab Eadem admissam, favore R. P. Iacobi JBuberti Blenk, e Societate Mariae, Presbyteri archidioeceseos Novae Aureliae.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Tloen. sub Archiepiscopo Myrensi, vacan, per obitum bo. me. Antonini Centore, ultimi illius Episcopi, extra'romanam curiam defuncti, favore R. D. Iosephi a Iesu Fernandez Barragan, presbyteri dioeceseos Zamorensis ; qui etiam deputatus fuit in Coadiutorem cum futura successione R. P. D. Iosephi Mariae Cazares y Martínez, Episcopi Zamorensis in Republica Mexicana Americae Septentrionalis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Argiven. sub Archiepiscopo Corinthio, vacan, per successionem R. P. D. Ioachimi Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti ad Sedem Cathedralem S. Pauli in Brasilia, favore R. D. Antonii Valbonesi, Presbyteri Foroliviensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Miletopolitan. sub Archiepiscopo Cyziceno, vacan, per translationem R. P. D. Rodesindi de La Lastra ad Sedem Ca-

thedralein Paranensem, favore R. D. Iosephi Sebastiani Pelczar, Presbyteri dioeceseos Presmiliensis Latinorum ; qui etiam deputatus fuit in Auxiliarem R. P. D. Lucae Solécki, Episcopi Premisliensis Latinorum, ad pontificalia ceteraque pastoralia munia de eius consensu ac lubito illa in civitate et dioecesi salubriter ac fructuose in Domino obeunda.

***Titularem Ecclesiam Episcopalem Siunien.* sub Archiepiscopo Sebasteno, vacan, per translationem R. P. D. Antonii legliò ad Sedem Cathedralem Labacensem, favore R. D. Francisci Alberti, Presbyteri Bonaè'rensis.**

***Titularem Ecclesiam Episcopalem Dioclen.* sub Archiepiscopo Laodiceno, vacan, per translationem R. P. D. Iosephi Morabito ad Sedem Cathedralem Miletensem, favore R. P. D. Laurentii Mayer, Presbyteri archidioeceseos Viennensis.**

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

PINEROLIEN.

CANONICATUS

Die 17 Decembris 1898, et 28 Ianuarii 1899.

Sess. 24, cap. 18, De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. In Ecclesia Cathedrali Pinerolien. Ioannes Baptista Ressia canonicatum obtinebat valgo *Ronettino* et curam gerebat animarum, nomine Capituli, quum Episcopus Ecclesiae Montis Regalis renunciatus fuit ; quamobrem vacare coepit et canonicatus et animarum cura. In decreto electionis Episcopalis, prout de more, cautum fuerat, canonicatum inde vacantem, fuisse *ratione affectionis* reservatum collationi Sedis Apostolicae.

Interim Capitulum animum adiecit ut alium deputaret exercitio curae animarum. Ex quadam vero const. Pii P. IX. *Laudabile Rom. Pontifieam, diei 18 Iulii 1848,* cautum fuit, competere « *'universam autem curam huiusmodi enunciato capitulo, ita ut penes ipsam habitualis resideat, actualis vero per presbyterum curatum* UT INFRA ELIGENDUM, *et ad nutum eiusdem capituli amovibilem exerceatur______impositis tamen ipsimet capitulo paroecialibus expensis* ». Electionis modus in Bulla constitutus expostulat ut tres desi-

gnentur a Capitulo candidati Episcopo praesentandi, quorum digniorem eligat Episcopus ad officium Vicarii Curati.

In themate, post legitimum expletum praesentationis et electionis processum, huic muneri deputatus fuit GiofFredus Granerus; atque a Curia appositum decretum missum fuit ad S. Datariam, ut eidem *Curato* per litteras Apostolicas, conferretur Canonicatus *Bonettino.*

S. Dataria animadvertens animarum curae fuisse adnexam praebendam canonicalem, curiae reposuit, Bullarum expeditioni praemittendum esse concursum ad tramites Concilii Trid. - Episcopus de litteris S. Datariae admonuit Capitulum quod respondit curam animarum fuisse coniunctam cum Canonicatu *Bonettino* non *iuridice* seu ratione *tituli* seu muneris praebendalis, sed *materialiter* seu *extrinsece,* quippe alii non suppetebant reditus quibus aliqua rependeretur merces Sacerdoti in animarum curam incumben ti, nomine capituli. In quod propositum narrant Capitulares, iampridem litem exarsisse Episcopum inter et Capitulum, quoniam iste contendebat, animarum curam extitisse necessario unitam praebendae Canonici Praepositi, Pontificiae collationi reservatae. Denique Capitulum suam obtinuit intentionem sub anno *1847,* quo ei recognitum fuit ius patronatus activum ad conferendum officium curae animarum. - Quod ius ei solemniter confirmatum fuit in Bulla *Laudabile* iam citata.

Quum tam grave munus congrua praebenda destituentur, Michael Cerutti curatus idemque canonicus Praepositus in suo elogio *diei 21 Iunii 1830* Capitulo legabat domum quam habitaverat, ea adiecta conditione, ut ista inserviret in posterum qua *domus canonica,* parochi habitationi, dummodo tamen parochus vel iam recenseretur inter canonicos aut inter eosdem quamprimum cooptaretur; cui conditioni si satis non fuisset factum, domus devolvebatur Hospitio pauperum. Capitulum ne tam felix occasio pessumdaretur reddendi meliorem parochi conditionem, perfecit ut in Bulla iam cit. *Laudabile,* qua in pluribus consultum fuerat offi-

ciò parochiali rite ordinando, praescribetur haec qualitas, nempe dignitas canonici cathedralis in eligendo ad munus parochiale ; quare in Bulla iussum fuit « *qui canonici iam sint* (videlicet eligendi parochi) *dictae maioris Ecclesiae vel canonicatum in ipsa Cathedrali Ecclesia pari tempore obtinere valeant* ».

Sed talis unio quae exinde usque habita est, curae scilicet animarum cum aliqua praebenda Canonicali et fere semper cum canonicatu - *Bonettino* -, animadvertunt Capitulares, non fuit unio *tituli* •seu *perpetua,* sed unio *facti* et *accidentalis.* Equidem haec unio est *facti* et accidentalis, quia pro re nata, uni vel alteri canonico deputari solitum est officium curae animarum; hinc non est unio *tituli,* sed unio fundata in *obligatione contractuali;* quia titularis pacto adstringitur in capessenda cura animarum, ut non renunciet huic officio quin una simul renunciet praebendae Canonicali. Secus fieri posset ut vacans remaneret cura animarum et nullus adesset canonicus qui susciperet gerendam animarum curam, prouti Bulla statuit.

S. Dataria, exceptis hisce animadversionibus Capitularium, non ulterius institit et ratam habuit huiusmodi agendi rationem, qua disiuncta manebat cura animarum a praebenda canonicali; et inde commonefecit Canonicos se Bullam expedituram <esse, nulla facta mentione muneris parochialis. Sed in schemate Bullae Canonicis missae adiicebantur consuetae formulae, quibus exprimebatur *affectiones* et *reservationes* ex Regulis Cancellariae. - Exinde altera controversia enata est.

Re quidem vera Canonici contendunt se frui immunitate ab huiusmodi *reservationibus* et *affectionibus* vi immemorabilis privilegii seu consuetudinis. - Verum hac vice expetierunt a S. Sede litteras apostolicas collationis, siquidem expresse haec reservatio cauta fuerat in decreto electionis Episcopalis, qua canonicus titularis praebendae - *Bonettino* - constitutus fuerat in dignitate episcopali.

Originem et vim huius privilegii, nempe immunitatis

a Regulis Cancellariae, etiam quoad praebendam - *Bonettino*- ita explicant canonici.

Referunt anno 1748 Constitutione *diei 23 Decembris* edita a Benedicto XIV erectam fuisse Ecclesiam Cathedralem Pinerolien. - evectis nempe ad dignitatem Capituli Cathedralis Collegiatis Ecclesiis a S. Donato et a S. Mauritio nuncupatis. - Executus est Bullam erectionis Ludovicus Merlini, Archiepiscopus titularis et Legatus Pontificius apud Regem Sardiniae qui in decreto executionis statuerat, beneficia canonicalia, his exceptis quae erant *patronatus laicalis*, deinceps fore obnoxia Regulis Cancellariae quoad *affectiones* et *reservationes.*

Canonici protestati sunt adversus hanc partem Decreti executorialis, asserentes se *ab immemorabili* privilegio frui, quo usque libere seu *privative* a quacumque *reservatione* seu *affectione* Apostolica ipsi contulerunt omnia beneficia patronatus Ecclesiastici. Legatus Apostolicus benigne excepit huiusmodi protestationem eamque uti veritati et iuri conformem ratam habuit, hoc edito Decreto « *Et memoratus Ex ñus et Rev ñus D. Archiepiscopus Nuncius et Apostolicus executor audita requisitione huiusmodi ac visis actis, una cum instantiis, repraesentationibus et protestationibus de quibus in eis, de praemissis omnibus, testimoniales superius requisitas in suprascriptas formam concessit et concedit per praesentes ; mandavitque et mandat mihi Cancellario infrascripto de ea in Actis Curiae Nunciaticrae registranda ad hoc, ut in occurrentibus recursus habeatur* ».

De fundatione Canonicatus - *Bonettino* - haec narrant Capitulares. - Hunc instituit quidem Ludovicus Bonettino e loco *Castigliole,* sibique reservavit primam clerici praesentationem, sed testamento *diei 10 Aprilis 1846,* legitime recognito, aperitionis actu, a notario *die 13 Martii 1847,* huiusmodi canonicatus pertransiit in patronatum Capituli *activum,* ob expressam auctoris voluntatem. Prostant in actis opposita instrumenta.

S. Dataria ad S. C. C. quaestionis acta remisit, ut resolvatur quaestio an admittenda sit exceptio a Capitulo Pinerolien. obiecta adversus *affectiones* et *reservationes* S. Sedi tributas in collationibus Beneficiorum ex Regulis Cancellariae.

Verum *ex actis* non constat, fuisse resolutam alteram quaestionem, an nempe requiratur concursus a C. Tridentino praescriptus, in conferendo munere parochiali, quare hanc etiam Vobis proponere EE. PP. meum esse videtur. Unam vero et alteram inquisitionem duobus sequentibus dubiis Vobis EE. PP. subiciam; nempe, I. *An rata habenda sit ratio deputandi parochum in Eccl. Cathed. Pinerolien, absque concursu in casu.* - II. *An tum quoad Canonicatum - Bonettino -, tum quoad cetera beneficia patronatus Ecclesiastici in Capit. Cath. Pinerolien. observandae sint communes regulae affectionum et reservationum in casu.*

Disceptatio Synoptica.

Primam quaestionem quod attinet, res videtur facili negotio expediri posse. Nam ex Const. *Laudabile* - saepius citata - de animarum cura statuitur « *actualis* (cura) *vero per presbyterum curatum______et ad nutum eiusdem Capituli amovibilem exerceatur______impositis tamen ipsimet Capitulo paroecialibus expensis* ». Quocirca curae animarum nulla adnexa est praebenda beneficialis, quia beneficia *saecularia,* suapte natura, sunt *inamovibilia ;* et quia parochiali beneficio rite constituto inhaerent expensae parochiales ; *in casu,* autem expensae *parochiales* Capitulum onerant.

Nullum proinde dubium obstat quominus admittatur curam animarum in Cath. Pinerolien. esse disiunctam a quacumque praebenda beneficiali et hanc exerceri per Vicarium curatum eumdemque non perpetuum, ex Const. *Laudabile* sed *amovibilem ad nutum.* Iamvero communis est omnium Canonistarum sententia, a lege concursus esse immunes Vicarias perpetuas Parochialium Ecclesiarum, aliis Ecclesiis

unitarum, Monasteriis, Beneficiis, Collegiis vel Locis piis, in quibus non proprie parochus, sed Vicarius ponendus est. Huiusmodi quippe Vicariae sive perpetuae sive temporaneae conferuntur ad nominationem seu praesentationem illorum quorum Dignitati, Beneficio, Ecclesiae vel Monasterio cura parochialis unita est; et Vicarii, praevio Ordinarii examine, sunt instituendi. Ita Garcias *De Benef. part. 9 c. 2 n. 289 sq.;* Barbosa *P. 3. De Off. et Pot. Episc, alleg. 60, n. 31, 32.* Ceterum hoc expresse iussit S. Pius V in Const. *Ad exequendum* ubi decernit § 4: « *Volumus insuper et ita mandamus quod dicti Vicarii* PERPETUI *non ad liberam Ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis unitis ponentur, cum ipsorum Ordinariorum seu eorum Vicariorum praevio examine et approbatione deputentur* ».

Quamobrem videretur nihil esse innovandum in ratione deputandi Vicarium in Eccl. Pinerolien. Quaestio autem suborta est apud Ap. Datariam, prouti clare constat ex actis, ex modo quo antea negotium propositum fuit. Episcopus enim significavit S. Datariae, conferendum esse Gioffredo Guarnero iam adlecto ad curam animarum nomine Capituli, Canonicatum - *Bonettino* -, non satis explicans, hanc unionem *canonicatus* cum *animarum* cura non esse *vi tituli* sed *accidentalem* et *extrinsecam,* uti declaratum est in facti specie enucleanda. - In themate autem sapientia et prudentia EE. PP. edicet an alicui novae provisioni locus sit.

Alia quaestio in primis expostulat, ut de Canonicatu - *Bonettino* — antea fiat quaestio, dein de ceteris. Nam inquisitio, suapte vi, est generalis, spectans ad omnes Canonicatus patronatus ecclesiastici, sed specialem habet respectum ad Canonicatum - *Bonettino* -. Siquidem eius reservatio non tantum est dicenda *generalis,* quasi ex communibus Regulis Cancellariae, sed hodie habenda, est pene *specialis,* utpote iam positive expressa in decreto electionis antiqui titularis ; unde Papa professus est, sibi reservasse huiusmodi beneficii collationem. Inde hic canonicatus evasit

affectus per *appositionum manus Papae,* uti loquuntur pragmatici. Sed affectio beneficiorum seu appositio manus Papae in illis est maioris efficaciae quam simplex generalis reservatio; uti docent Chokier *In Reg. 9 (alias 8)* Cancellar, n. 11, et Rebuffus *in Praxi benef.* tit. *de Reservat, n. 34,* et Riganti *Reg. 11 Cancell.* § 1, 77.

Neque dubium moveri potest an vigeat lex *affectionis,* in casu, siquidem beneficium habendum sit obnoxium patronatui non *ecclesiastico,* sed *laicali.* — Iamvero in probatis existit, ab initio canonicatum - *Bonettino* - fuisse iuris patronatus *laicalis* quum istud instituent vir Laicus - *Bonettino* ex suis bonis patrimonialibus - sub reservationibus autem papalibus non comprehenduntur beneficia quae sunt iuris patronatus Laicorum *ex fundatione, aedificatione,* vel *dotatione* acquisiti ; et hoc exploratissimi iuris est. Reiffenstuel, *De Praeb, et dignit. n. 395;* Barbosa *P. 3 Off. et pot. Episc, allegat. 57. n. 25, 26;* Riganti *Ad Reg. l*[am] *Cancellariae 106.*

Nihilominus dein hoc beneficium pertransiisse in ius *patronatus ecclesiastici* non videtur ambigendum esse, vi testamenti eiusdem institutoris, qui, sibi reservata tantum prima praesentatione, praescripsit, ius patronatus acquirendum esse, pleno iure, a Capitulo ; proindeque patronatus effectus est *ecclesiasticus.* Docet Garcias *(De Benef. p. 5, c. 1, n. 693)* cum communi et plures allegans decisiones Rotae, patronatum censeri *ecclesiasticum* quum ab initio fuit *laicalis,* postea tamen titulo aliquo legitimo puta *donatione, legato, testamento* in Ecclesiam, Monasterium, Collegium vel Capitulum vel etiam in personam ecclesiasticam intuitu Ecclesiae, Dignitatis aut beneficii fuit translatus. Reiffenstuel, *De iure patronatus n. 49.*

Quocirca quaestio huc reducitur, ut inquiratur utrum admittenda sit exceptio *immemorabilis consuetudinis,* quam Capitulares obiiciunt adversus legem *affectionem* et *reservationum.*

Revera, in themate, nollent refragari canonici hac vice

affectum evasisse canonicatum - *Bonettino* - ob expressam Pontificis voluntatem ; sed. obtestantur, in posterum hunc canonicatum non secus ac alios *iuris patronatus ecclesiastici* esse immunes a Regulis Cancellariae.

Sibi blandiuntur Canonici, suam intentionem inniti meliori *titulo de mundo* seu consuetudini immemorabili, uti vocant canonistae; eamdemque iam solemniter fuisse recognitam et approbatam a Legato Apostolico in actu erectionis Cathedrae Pinerolien. - Consuetudini autem immemoriali tanta inest vis quia praesumere iubet *Indultum* seu *Privilegium Apostolicum ;* unde ait Riganti *Reg. XLII Cancell. n. 195* exinde praesumi *specialem conventionem* in *limine fundationis* initam ; et concludit idem Riganti *Reg. II § 3. n. 137 : Immemorabilis consuetudo et privilegium Apostolicum pari passu ambulant ».*

Verum, ex adverso, adverti debet, Canonicos asserere sed documenta ulla adducere praeter protestationem editam a Capitulo, approbatam a Legato Apostolico. *Facta* vero evidenter probari debent, maxime si adversentur iuribus ipsis Pontificiis.

Sed *dato* etiam at non *concesso,* factum consuetudinis ante hominum memoriam extitisse, nihilo secius haec dicenda est nullius valoris in casu. Nam omnia decreta *reservationum et affectionum* iam a temporibus Alexandri VII secumferunt clausulam - *Sublata* - seu impedientem et irritantem quamcumque contrariam consuetudinem, etsi immemorabilem. Rem explicat CI. Riganti - *in Prooem. Ad Reg. Cancell. n. 37,* aiens: « *Verum cessat hodie omnis dubitatio quia a temporibus Alexandri VII ad evitandam huiusmodi difficultatem, appositum fuit* DECRETUM IRRITANS in *omnibus regulis* reservatoriis ». Sub *n. 34 I. cit.* docet idem decretum subesse ex *Const. Pauli III* regulis etiam *affectionum.*

Quoad vim huius clausulae haec refert Riganti *Ad Reg. II, § II, n. 114* ex allegatione *Armindi Bicci* - ibi - « *Tale namque decretum tollit consuetudinem nedum in praeteri-*

tum, *sed etiam in futurum* ». Idem Riganti *Ad Reg.* ***IV,*** *n. 62 seq.* docet: « Regulare est quod contra Sedem Apostolicam aliosque supremos Principes, nec immemorabilis, nec centenaria currat praescriptio sine eorum scientia, *Spada Consil.* ***I*** *n. 8 et 9 lib.* ***I,*** praesertim respectu possessionis ultimorum quadraginta annorum, quae cum sit concludenter probanda impossibile est, illam posse probare in iuribus incorporalibus sine scientia et patientia, ut' notabiliter post Geminian. prosequitur *Spada dicto consil. 1 sub num. 40 lib.* i ». Et antea *sub n. 61* adnotaverat idem Auctor: « Rursus cum agatur de praeiudicio reservationum Summorum Pontificum requirebatur scientia et patientia eorumdem, quibus praeiudicare non possunt collationes in his terminis ab Ordinariis forsan factae in longinquis Regionibus et sic iisdem Pontificibus ignorantibus ut in dictis *Cracovien. Cantoriae-utrobique § finali coram Eminentissimo Caprara* etc. ».

Et revera leges *reservationum* et *affectionum* in collationibus beneficiorum arctissime cohaerent ipsi personae et dignitati Papae, quia non exprimunt quamdam regulam morum omnibus communem, et pro omnibus ordinatam, sed significant et praedicant iura Pontificis primatialia quae, inscio et invito Pontifice, nulla praescriptione aboleri possunt.

Praeterea Regulae Cancellariae, utpote quae faciunt ius commune sed non perpetuum maxime dicendae sunt praeseferre ipsam voluntatem Papae, qui ea ratione et non aliter vult beneficia conferri. Riganti in *Prooem. Reg. Can. n. 17* advertit, iam Praetores in Republica Romana constituisse ius commune, sed temporaneum per sua Edicta quae quisque Praetor edebat initio anni, et refert, n. 20. « In auspicatione igitur cuiuslibet novi Pontificatus, quilibet Pontifex suorum Praedecessorum vestigiis inhaerendo, Regulas Cancellariae edere solet aliquid immutando seu addendo iuxta negotiorum et occurrentium causarum varietatem etc. ».

Non secus Leo XIII, quo sospite fruimur, quum primum

tractare coepit Ecclesiae suprema gubernacula, Regulas edidit Cancellariae muni tas certis clausulis irritantibus quamcumque contrariam consuetudinem vel immemorialem : quis dicet in dioecesi Pinerolien. clausulam mansisse irritam et plane viguisse contrariam consuetudinem? - Sed S. Rota *in Recent, pag. 12 Doc. 199 n. 7* asseruit « .... *nec probari potuit, obstante clausula sublata et irritanti, quae omnem consuetudinem adeo inficiunt et illius principiis obstant ut nec nasci quidem aut ullo modo incipere potuerit* ». Et Pignatelli *Tom. 1 Consult. 134 n. 16* tradit de huiusmodi clausula « ... *f acuque ut consuetudo statim nata censeatur extincta semperque retineat nomen corruptelae*». Denique advertere praestat Canonicatum - *Bonettino* - institutum fuisse sub *a. 1846;* ipsumque proinde nullimode comprehendi posse in consuetudine *immemoriali,* cui tantopere confidunt Capitulares.

Quibus animadversis, proposita fuerunt diluenda

Dubia

I. *An rata habenda sit ratio deputandi parochum in Eccl. Cathed. Pinerolien. absque concursu in casu.*

II. *An tum quoad Canonicatum* - BONETTINO — *tum quoad cetera beneficia patronatus ecclesiastici in Cath. Pinerolien. observandae sint communes regulae affectionum et reservationum in casu.*

RESOLUTIO. Sacra C C . re disceptata sub die 28 Ianuarii 1899, censuit respondere: *Ad **I** et **II:** quoad deputationem presbyteri vel canonici ad curam animarum servetur in omnibus* Const. Laudabile ; *beneficia vero iurispatronatus ecclesiastici subiecta esse regulis affectionum et reservationum, non excepto canonicatu Bonettino.*

EX S. CONGR. EPISC. ET REGULARIUM

TAURINEN.

ORDINATIONIS.

COMPENDIUM FACTI. Mense Martio an. 1897 Rector Maior Societatis Salesianae S. Congregationi Episcoporum et Regularium supplicem obtulit libellum, ut clerici suae Societatis, dummodo necessariis praediti sint requisitis, suorum Superiorum Uteris dimissorialibus sacros Ordines quovis anni tempore, etiam extra tempora a sacris canonibus instituta, a quocumque catholico Episcopo, gratiam et communionem habente cum Apostolica Sede, suscipere libere et licite, servatis servandis, possint et valeant. Huiusmodi precibus S. Congregatio sub die 2 Aprilis sequentis, annuit sed cum clausula, *dummodo Episcopus dioecesis in cuius limitibus pia domus ordinandi reperitur a sua dioecesi abfuerit aut non fuerit ordinationem habiturus, iuxta decretum Clementis VIII diei 15 Martii 1596, servatis in reliquis, tum quoad, egressum ab Instituto, tum quoad sacrae theologiae curriculum dispositionibus nuperrimi decreti* AUCTIS ADMODUM.

Subsequenti mense Iulio Procurator generalis eiusdem Societatis institit pro obtinenda facultate *etiamsi Ordinarius localis habeat Ordinationes debitis temporibus,* et S. Congregatio respondit: *attentis expositis extraordinariis rerum adiunctis, pro gratia pro una vice tantum. Contrariis etc.*

Huic rescripto non acquiescens Rector maior eiusdem Societatis, mense Octobris an. 1898 iterum instetit apud S. Congregationem pro obtinendo privilegio literarum dimissorialium ad quemcumque catholicum Episcopum, etiamsi Ordinarius localis Ordinationes habeat praescriptis temporibus et addidit etiam petitionem facultatis *Extra tempora.* Supplex libellus, utpote continens rem non levis momenti, suppositus fuit examini Congregationis generalis Eminentissimorum Patrum.

Disceptatio Synoptica

RATIONES PRO CONCESSIONE EXPETITI PRIVILEGII. In primis Procurator generalis- adnotat, quod Societas Salesiana, cuius Constitutiones a sa. me. Pio IX approbatae fuerunt cum facultate Superiori generali dandi dimissorias pro suis clericis ad Episcopum dioecesanum, iuxta decretum Olementinum an. 1596, a regnante Pontifice Leone XIII an. 1884 admissa fuit ad communicationem privilegiorum cum Congregatione a SSmo Redemptore et hinc ad privilegium dandi dimissorias, ut supra, in perpetuum. At ex eo tempore usque ad praesens ita praefata Societas excrevit et per fere omnes mundi plagas est dilatata, ut specialia privilegia sibi necessaria evadant.

Ipsa enim religiosas domos recenset in plus quam 200 dioecesibus, nempe Italiae, Galliae, Helvetiae, Hispaniae, Lusitaniae, Belgii, Britanniae, Austriae, Americae Septentrionalis , Centralis, et per omnes Respublicas Americae meridionalis usque ad Polum Antarticum, nec non Asiae et Africae. Iam vero maximae harum domorum inter se distantiae et implicatio nonnullorum ex alumnis in lege servitii militaris, ut in Italia et in Gallia etc., impossibilem reddunt receptionem sacrorum Ordinum ab Ordinariis locorum. Unde maxime expediens esse, concludit Procurator, privilegium recipiendi Ordines sacros a quocumque catholico Antistite, cum Sede Apostolica communionem habente, etsi Ordinarius localis debitis temporibus in dioecesi ordinationes habeat; idque eo magis quia Episcopi missionarii Societatis Salesianae saepe ob necessitates suarum missionum in Europam veniunt, quo casu valde utile et fructuosum evaderet alumnis Societatis ab ipsis ordinationem habere.

Neque, pergit Procurator, expetitae concessioni dici potest adversari locales Ordinarios. Siquidem supplicem libellum S. Sedi directum ad privilegium obtinendum commendatione benevola prosecutus est nedum Cardinalis Instituti Protector, sed etiam ipse Taurinensis Archiepiscopus, in cuius

dioecesi domus mater existit: et multi alii Ordinarii penitus petitioni favent, et auctores consilio fuerunt ad postulandum hoc privilegium, utpote bene conscii ipsum Societati Salesianae necessarium esse.

Demum Procurator obviât difficultati quae forte afferri posset, nempe quod hoc privilegium ***directe et nominatim*** post Tridentinum Concilium tantum Ordinibus votorum solemnium et non Congregationibus votorum simplicium concedi solet; siquidem ipse observat, ut sileat de aliis Institutis votorum simplicium, 1. quod Congregatio a SSmo Redemptore ***directe*** hoc privilegium obtinuit pro omnibus eius provincias ultra montes a Pio VII decreto S. Congregationis de Propaganda Fide, die 3 Octobris 1803. 2. Eamdem facultatem habuerunt Presbyteri Congregationis Missionis directe a Romanis Pontificibus urbano VIII an. 1632, Alexandro VII an. 1655, Benedicto XIII an. 1725 et novissime a sa. me. Pio IX Brevi ***Religiosas familias,*** die 3 Maii 1855. 3. Idem privilegium, etsi ***ad quinquennium,*** ab actuali Pontifice Leone XIII rescripto S. Congregationis Episcoporum et Regularium sub die 21 Iunii 1895 concessum fuit Congregationi Augustinianae ab Assumptione, fundatae ab Abbate Picard : iam vero cum haec Instituta sunt votorum simplicium et non solemnium, uti etiam est Societas Salesiana, Procurator postulat ut idem privilegium cum facultate ***extra tempora*** suae Congregationi concedatur.

RATIONES PRO DENEGANDA CONCESSIONE. Sed obstant ex adverso sanctiones Tridentinae, confirmatae a Romanis Pontificibus Gregorio XIII, Xisto V, Clemente VIII, Innocentio XIII et praesertim a Benedicto XIV in sua percelebri Constitutione ***Imposui nobis,*** an. 1747.

Sane Benedictus XIV in praefata constitutione ab initio enarrat veterem fuisse controversiam utrum Regulares a quocumque catholico Episcopo ordinari possint, vel potius essent ordinandi ab Episcopo, in cuius dioecesi esset monasterium. Episcopi locales, utpote dioecesani regularium in sua dioecesi incolentium, hoc ius sibi vindicabant innixi ge-

rieralibus canonum statutis, et aiebant hoc ius spectare non posse neque Episcopo originis, quem Regulares iam dimiserant, saeculo nuntium rémittentes, neque Episcopo beneficii, eo quia Regulares non promoventur ad titulum beneficii. E contra aliter sentiebant Regulares fundati super privilegiis nonnullorum Ordinum, quae ipsi praetendebant per viam communicationis extensa esse ad omnes Regulares.

Verum hanc quaestionem primo dirimit Greg. XIII sua Constitutione *In tanta rerum,* an. 1570 reducens Constit. Pii V *Etsi Mendicantium* ad terminos iuris communis et S. Conc. Trid., et in causa Monachorum Ordinis Carthusianorum decrevit, Monachos esse ordinandos ab Episcopo in cuius dioecesi est situm monasterium, vel ab alio Episcopo de licentia Episcopi dioecesani, uti videre est in *lib. 1. Decretorum S. C. Concilii,pag. 75 a tergo.*

Eadem quaestio deinde renovata fuit sub Xisto V ad instantiam Ordinis Praedicatorum, qui decrevit Superiores Regulares concedere posse literas dimissoriales ad Ordines suis subditis, directas tamen Episcopo dioecesano neque alteri umquam, excepto casu absentiae Episcopi dioecesani a sua dioecesi, vel quod non sit habiturus ordinationes suorum Clericorum, uti refertur in *lib. IV.* praefatorum decretorum *pag. 108.* Tandem Clemens VIII in suo celebri decreto diei 15 Martii 1596 ad omnem controversiam perpetuo eliminandam praefatam dispositionem confirmans quoad dimissorias regularium ad alium Episcopum, in casu absentiae dioecesani Episcopi, vel impediti aut nolentis ordinationem clericorum habere, addit *dummodo tamen ab Episcopo qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam et dummodo ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus dioecesanus vel abfuturus vel nullas esset habiturus Ordinationes. Verum cum a Superioribus Regularibus, Episcopo dioecesano absente vel Ordinationes non habente, literae dimissoriae dabuntur in eis ubique huiusmodi causam absentiae Episcopi dioecesani vel Ordinationem ab eo non habendam expri-*

mendam esse. Quod qui non fecerint, officii et dignitatis seu administrationis ac vocis activae et passivae privationis ac alias arbitrio SS. Domini nostri Papae reservatas poenas incurrant.

Sed hoc non obstante tam claro et peremptorio decreto non ideo omnis controversia fuit amputata, uti refert Benedictus XIV in citato loco. Siquidem ex una parte nonnulli ex Episcopis ultra montes praetendebant adhuc necessarias Regularibus ordinandis litteras dimissorias Episcoporum originis, ex altera vero Regulares obtendebant per decretum Clementinum non fuisse sublata privilegia apostolica sibi directe vel per communicationem de uno in alium Ordinem concessa, recipiendi Ordines a quocumque catholico Antistite. Episcoporum praetensio summota fuit per sequens decretum S. Congregationis Concilii sub die 28 Feb. 1654 sequentis tenoris : *Regulares volentes se promovere ad Ordines non teneri ostendere dimissoriales Ordinariorum propriae originis, sed sufficere ut observent formam praescriptam in decreto sa. me. Clementis VIII.*

Quoad vero spectat Regulares, Innoc. XIII pro resolutione controversiae deputavit specialem Congregationem nonnullorum S. R. E. Cardinalium, in qua uti Secretarius adstitit Bened. XIV, tunc in minoribus existens, et dubiis seu quaestionibus tunc propositis: I. An ad exemptionem Regularium ab observantia decreti Clementini sat esset, privilegium recipiendi Ordines a quocumque catholico Episcopo obtentum esse post Concilium Tridentinum quod talia privilegia substulerat, vel potius necesse esset dictum privilegium obtentum fuisse post decretum Clementinum. II. An praeterea suffragaretur dictum privilegium per viam communicationis seu extensionis obtentum, vel potius requireretur expresse et directe esse indultum : dicta Congregatio, uti habetur in uteris eiusdem Innocentii XIII sub die 30 Maii 1723, resolvit ad supradictum effectum satis esse, ut huiusmodi privilegia post Concilium Tridentinum concessa fuerint, quamvis praefato dementino decreto posteriora non

sint, dummodo tamen directe concessa fuerint, et non per viam communicationis de uno in alium ordinem. Quam Innocentii XIII dispositionem firmavit in omnibus suus successor Bened. XIII decreto diei 23 Septembris an. 1724, *In Supremo.*

Hisce enarratis Bened. XIV in citata Constitutione *Imposui nobis,* inhaerendo et confirmando dispositiones et sanctiones suorum Praedecessorum, ut omnis via fraudibus praecludatur, addit : *Praeterea volumus et decernimus ut Superiorum regularium dimissoriae, quae ideo ad alium Antistitem directae fuerint, propterea quod Episcopus dioecesanus extra dioecesim commoretur, vel ordinationem non sit habiturus, nullius sint roboris et momenti, nisi illis iuncta fuerit authentica attestatio Vicarii Generalis, vel Cancellarii aut Secretarii eiusdem Episcopi dioecesani, ex qua constet vel ipsum a dioecesi abesse, vel clericorum ordinationes h ibiturum non esse proximo legitimo tempore per ecclesiasticas leges ad hunc effectum statuto.* Quoad privilegia vero idem Bened. XIV statuit nedum obtenta esse debere post Concilium Tridentinum et quidem directe et expresse, sed etiam decernit *huiusmodi privilegia nequaquam post Conc. Trid. indulta censeri, nisi vel post ipsius Conc. confirmationem reipsa fuerint concessa, vel quatenus antea concessa, posterius confirmata esse asserantur, huiusmodi confirmationes* IN FORMA SPECIFICA *cum* **Uter** *ali veteris indulti insertione eiusque expressa innovatione factae dignoscantur.* Tandem Bened. XIV quoad horum privilegiorum usum et exercitium monet, ut Regulares quibus dicta privilegia competunt, ex iusta causa et debitis circumstantiis utantur et non pro arbitrio et ad pompam.

Ex hucusque allatis itaque patet quam constans et uniformis extiterit canonica lex in confirmando iure Episcoporum quoad ordinationem Regularium degentium in monasteriis sitis intra limites suarum dioecesum. Hisce rationum momentis utrinque propositis expostulata fuit solutio sequentis dubii.

Dubium

An Piae Societati Salesianae concedendum sit privilegium dimittendi suos subditos ordinandos ad quemcumque catholicum Antistitem cum Sede Apostolica communionem habentem, etiamsi Ordinarius localis habeat ordinationes debitis temporibus cum f (cuítate extra tempora in casui

RESOLUTIO. Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium, omnibus mature pensatis, die 24 Feb. 1899 rescribendum censuit: *Negative, sed eidem Societati concedatur indultum extra tempora dumtaxat ad quinquennium, iuxta formulam, servatis aliis de iure servandis.*

EX S. CONGREG. INDULGENTIARUM

URBIS ET ORBIS. Decretum de Indulgentiis apocryphis.

Ad hanc S. Congregationem Indulgentiis Sacrisque reliquiis praepositam plura delata sunt folióla quae preces referunt cum indiscretis indulgentiis eisdem attributis, ac proinde iure meritoque de illarum authenticitate grave dubium obortum est. Porro haec S. Congregatio, ne Christifideles diu in errorem pertrahantur, utque, hisce praesertim temporibus, Ecclesiae hostibus omnis e medio tollatur praetextus irridendi inaestimabilem Indulgentiarum thes aurum, qui pie, sancte et incorrupte est administrandus, sui muneris esse duxit haec folióla ad examen revocare, et siquidem repertum est in illis promulgari Indulgentias falsas, apocryphas et omnino indiscretas, haud cunctandum existimavit quin praefata folióla prohibeantur, et in eisdem assertae Indulgentiae declararentur apocryphae et falsae.

Quare Emi Patres in generalibus Comitiis ad Vaticanum sub die 5 Maii 1898 coadunati, omnibus mature perpensis, unanimi suffragio rescripserunt : ***praefata folióla ad hanc Sacram Congregationem delata fore omnino proscribenda, eisque adnexas, uti dictitatur, Indulgentias apocryphis et falsis esse accensendus.***

De quibus dein facta relatione SSilio Domino Nostro Leoni Pp. XIII in audientia habita die 26 Maii 1898 ab infrascripto Car-

dinali Praefecto, Sanctitas Sua Emorum Patrum sententiam approbavit et confirmavit, mandavitque expediri generale Decretum quo infra inserta folióla, vel si quae existunt alia ab his parum discrepantia etiamsi diversis edita typis, proscriberentur et Indulgentiae in eisdem relatae omnino uti falsae et apoeryphae damnarentur.

FOLIOLUM I.

LITANIE

DELLA B. VERGINE ADDOLORATA.

composte dal Sommo Ponteficp Pio VII il quale accordò indulgenza plenaria nei venerdì dell' anno a cht contrito le reciterà col Credo, *colla* Salve Regina *e con tre* Ave *al Cuore addolorato di Maria SSma.*

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.
Christe, audi nos. Christe, exaudi nos.
Pater de Coelis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora » »
Sancta Virgo Virginum, ora »
Mater crucifixa, ora » »
Mater dolorosa, ora » »
Mater lacrymosa, ora » »
Mater afflicta, ora » »
Mater derelicta, ora » »
Mater desolata, ora » »
Mater filio orbata, ora » »
Mater gladio transverberata, ora » »
Mater aerumnis confecta, ora » »
Mater angustiis repleta, ora » »
Mater cruci corde affixa, ora » »
Mater moestissima, ora » »
Fons lacrymarum, ora » »
Cumulus passionum, ora » »
Speculum patientiae, ora » »
Rupes constantiae, ora »

Anchora confidentiae, ora pro nobis.
Refugium derelictorum, ora „
Clypeus oppressorum, ora „
Debellatrix incredulorum, ora „
Solatium miserorum, ora „
Medicina languentium, ora „ „
Fortitudo debilium, ora „ „
Portus naufragantium, ora „
Sedatio procellarum, ora „ „
Recursus moerentium, ora „ „
Terror insidiantium, ora „ „
Thesaurus fidelium, ora „ „
Oculus Prophetarum, ora „ „
Baculus Apostolorum, ora „ „
Corona Martyrum, ora „ „
Lumen Confessorum, ora „ „
Margarita Virginum, ora „ „
Consolatio Viduarum, ora „ „
Laetitia Sanctorum omnium, ora „ „
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Respice super nos, libera nos, salva nos ab omnibus angustiis in virtute Iesu Christi. Amen.

Scribe, Domina, vulnera tua in corde meo, ut in eis legam dolorem et amorem : dolorem ad sustinendum pro Te omnem dolorem ; amorem ad contemnendum pro Te omnem amorem. Laus Deo ac Deiparae.

℣. Ora pro nobis Virgo dolorosissima !

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Interveniat pro nobis, quaesumus, Domine Iesu Christe, nunc et in hora mortis nostrae apud tuam clementiam Beata Virgo Maria Mater tua, cuius sacratissimam animam in hora tuae passionis, doloris gladius pertransivit. Per te, Iesu Christe Salvator mundi, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

SALUTAZIONE

a Maria SS. Addolorata.

Dai Sommi Pontefici arricchita dell' indulgenza plenaria lucrabile in ogni venerdì dell' anno da quei fedeli che confessati e comunicati la reciteranno divotamente.

Ave Maria doloribus plena, Crucifixus tecum, lacrimabilis tu in mulieribus et lacrimabilis fructus ventris tui Iesus. — Sancta Maria, mater Crucifixi lacrimas impertire nobis crucifixoribus Filii tui, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Con approvazione ecclesiastica.

Torino, 1865 — Tip. dell'Oratorio di S. Francesco di Sales.

Foliolum IL

LA CORONA DI SPINE.

La corona di spine spiega la vita, passione e morte di N. S. Gesù Cristo, cioè dalla sua nascita fino alla morte.

1. Ogni grano di questa corona ha la somiglianza di una testa di bestia, e rappresenta come Gesù nacque tra il bue e l'asinelio.

2. Questa corona somiglia alla corona di spine con cui fu incoronato Gesù Cristo.

3. Coloro che avranno questa corona in casa sopra un Crocifisso od un quadro e reciteranno per 33 giorni cinque ***Pater, Ave*** e ***Gloria*** all' incarnazione, passione e morte di N. S. Gesù Cristo, verrà deliberata un' anima dalle pene del purgatorio della propria famiglia e questa prega per il divoto che recita questa orazione.

Queste corone sono spedite e benedette dai PP. Crociferi del Belgio e autorizzati dal S. P. Leone XIII.

Chi reciterà divotamente questa orazione acquisterà 500 giorni d'Indulgenza oltre aver liberato un' anima dal purgatorio.

Roma — Tipografia Pontificia, 1894.

FoLIOLUM III.

RIVELAZIONE

Fatta a S. Bernardo Abbate di Chiaravalle dell' incognita e dolorosa piaga della spalla di Nostro Signore Gesù Cristo da lui sofferta nel portar la pesante Croce.

Domandando una volta S. Bernardo a Nostro Signore nell'orazione, qual sia stata la sua maggior doglia occulta, sentita nel corso della sua Santissima Passione, rispose il Signore: Io ebbi una piaga sulla spalla profonda tre dita, fattami nel portare la Croce ; questa mi è stata di maggior pena e dolore di tutte le altre, quale dagli uomini è poco considerata perchè è incognita. Ma tu abbila in venerazione, e sappi che qualunque grazia mi chiederai in virtù di detta Piaga mi onoreranno, gli perdonerò i loro peccati quotidiani, de' mortali non mi ricorderò più e conseguiranno la vita eterna, cioè la mia grazia e misericordia.

Eugenio III ad istanza di S. Bernardo ha concesso, a chiunque dirà tre ***Pater noster,*** e tre ***Ave Maria,*** in onore della suddetta Piaga come è stato a S. Bernardo rivelato, tre mila anni d'Indulgenza.

ORAZIONE

DA DIRSI ALLA PIAGA DELLA SPALLA DI NOSTRO SIGNORE.

Dilettissimo Signore Gesù Cristo, mansuetissimo Agnello di Dio, io povero peccatore, adoro e venero la Santissima vostra Piaga che riceveste sulla spalla nel portare la pesante Croce al Calvario, nella quale restarono scoperte tre Sagratissime Ossa, tollerando in essa un immenso dolore ; Vi supplico pertanto per virtù e meriti di detta Piaga ad aver di me misericordia col perdonarmi tutti i miei peccati sì mortali che veniali, e ad assistermi nell'ora della mia morte, e di condurmi nel vostro Regno beato. Amen.

Sia sempre benedetto, e ringraziato Gesù Cristo che col suo preziosissimo Sangue ci ha salvato.

Oremus.

Deus, omnium fidelium pastor et rector, famulum tuum Leonem quem pastorem Ecclesiae tuae praeesse voluisti, propitius respice :

da ei quaesumus, verbo et exemplo, quibus praeest proficere : ut ad vitam una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam. Per Dominum.

Sono pregati di un' ***Ave Maria*** per chi dispensa ***gratis*** il presente foglio.

Roma — Tipografia della Pace di F. Cuggiani.

(Vide Decr. Autk. n. 18).

FOLIOLUM IV.

CORONA

DE LOS MERECIMIENTOS DE LA PASIÓN Y MUERTE DE NUESTRO SEÑOR JESU CRISTO.

(con licencia)

Ciudad-Real—1868
Imprenta de la Viuda é Hijo de Muñoz
Plaza de la Merced.

CORONA DE LOS MERECIMIENTOS DK LA PASIÓN *Y* MUERTE DE NUESTRO SEÑOR JESU CRISTO.

Memoria de los merecimientos de la pasión de Nuestro Señor Jesucristo concedida por Nuestro SSmo Padre Pio V al Duque de Herencia y á su hijo el Principe de Sirena, el cual, yendo á visitar á nuestra Señora de Loreto, fué á besar los **pies** á su Santidad, y le dijo que le pidiese lo que quisiera, y el dicho Principe le suplicó que para salud de las almas concediese algunas indulgencias, para lo cual mandó su Santidad viniesen todos los Cardenales al Consistorio y Congregación y que rogasen á nuestro Señor fuese servido illuminar su intendimiento y les inspirase las gracias que su Santidad iba á conceder al Principe para que fuere en provecho de las almas : y estando todos juntos dijeron que concediese ***un Paternoster y diez Ave Marias que se llamará corona de los merecimientos de la pasión y muerte de nuestro Señor Jesucristo y que tuviese las gracias é indulgencias siguientes.***

I[a]. Concede su Santidad à las personas que tubieren esta corona y la rezaren con devoción, rogando á Dios que conceda estas gracias, indulgencia plenaria y remisión de sus pecados.

2 Todas las personas que rezaren la corona con contrición de sus culpas y pecados ganan indulgencias plenaria y remission de sus pecados culpa y pena, aunque la recen mil veces al dia.

3ª. Que á totas las personas y en todas las veces que tuviesen la Corona en la manos diciendo : ***Dios y Señor mio Jesucristo, por los merecimientos de vuestra pasión santísima tened piedad y misericordia de mi :*** le serán perdonados sus pecados.

4*. Que todas las veces, que rezaren por modo de sufragio por las ánimas del Purgatorio, se sacan tantas almas como veces les rezaren y también indulgencia plenaria.

5ª. Concede su Santidad á las personas que oyeren misa y rezaren dicha corona por cada vez cuatro mil años de perdón.

6ª. También las veces que la rezaren por el Pontífice que las concedió, le serán perdonados sus pecados.

7ª. Que el que tuviere esta corona en sus manos en el articulo de la muerte vaya absuelto de culpa y pena como el dia que fué bautizado.

8ª. Concede su Santidad al dicho principe que pueda dar la corona á veinte personas : las veinte cada una á siete y cada una de estas siete á otras siete y así de mano en mano para que se comunique á todos los fieles.

9ª. Que si perdiese la dicha corona, puede elegirse otra en su lugar que tenga las mismas gracias é indulgencias y esto sea una vez tan sola.

10ª. Que para ganar estas indulgencias y gracias han de tener la bula de la Santa Cruzada y un tratado de estas indulgencias.

11ª. Asi mismo, su Santidad de su propria voluntad y en presencia de sus hermanos los Cardenales dio la Corona al Duque diciéndole : La daréis á los que os la pidan y unos á otros poseídos del amor de Dios delante de un Crucifijo é incados de rodillas.

12ª. El orden que se ha da tener para dar dicha corona ha ser, el que la pida esté incado de rodillas, como se dijo en el articulo anterior, y ha de decir : " Hermano, yo os ruego por amor de Dios que me deis la corona de los merecimientos de nuestro Señor Jesucristo, para que yo gane las gracias á indulgencias que su Santidad me concede por ella „. El que la dá poniéndola en las manos dirá : " Hermano yo os la entrego en memoria de la pasión y muerte de nuestro Señor Jesucristo con la gracias á mi concedidas : la podréis dar á siete personas y encargo la deis de limosna en reverencia de la pasión de nuestro Señor Jesucristo y rogueis por las almas del Purgatorio Amen „.

Todas estas gracias están confirmadas por Clemente VIII y Pablo V.

El Señor tenga piedad y misericordia de mí : su Madre Santísima y el Angel de mi guarda estén siempre conmigo.

PoLIOLUM V.

ORAZIONE

PAROLE DETTE DA MARIA SS. ADDOLORATA QUANDO RICEVETTE NELLE BRACCIA IL SUO DILETTISSIMO FIGLIUOLO.

O fonte inesausto di verità come ti sei disseccato ! O saggio Dottor degli uomini, come te ne stai taciturno ! O splendore di eterna luce, come mai la tua bella faccia è divenuta deforme ! O altissima divinità come ti fai vedere a me in tanta povertà ! O amor del cuore, quanto grande è la tua bontà ! O delizia eterna del mio cuore quanto eccessivi e molteplici sono stati i tuoi dolori ! Signor mio Oesù Cristo che hai comune col Padre, e collo Spirito Santo, una sola e medesima natura, abbi pietà di ogni creatura e principalmente delle anime Sante del Purgatorio. Così sia.

Cinque ***Credi,*** una ***Salve Regina,*** un ***Pater Ave*** e ***Gloria,*** secondo l'Intenzione del Sommo Pontefice ed un ***Requiem.***

Questa divozione, che si trovò in una Cappella di Polonia sopra una tabella, è stata approvata da Innocenzo XI, il quale concesse la liberazione di 15 anime dal Purgatorio, ogni volta che si reciterà. Lo stesso fu confermato da Clemente III.

La stessa liberazione di 15 anime del Purgatorio, ogni volta che si reciterà questa orazione, fu confermata da Benedetto XIV con Indulgenza Plenaria. La stessa concessione fu confermata da Pio IX con T aggiunta di Cento altri giorni d'indulgenza.

S'implori una prece per chi dispensa V orazione.

Montefortino 1893 — Tip. Marinozzi.

FoLIOLUM VI.

JÉSUS DE NAZARETH, ROI DES JUIFS, RÉDEMPTEUR SOUFFRANT, AYEZ PITIÉ DE NOUS.

Extrait de la vie du bienheureux frère Innocent à -Clusa frère Minime Recollet, singulier en vertus et en miracles, décédé à-Rome le 15 décembre 1631.

Dans sa vie (premièrement imprimé en italien) dédiée an pape Innocent XI, trouvons-nous cette histoire singulière: Le saint homme parlant un jour avec certain prince et quelques théologiens, disait qu'à notre Sauveur Jésus Christ, allant au mont Calvaire chargé de sa Croix, étaient sortis de l'épine du dos trois Os ou Côtes qui avaient percé les articulations de sa chair. Le prince ainsi que tous les autres ne voulaient y ajouter foi, parce que, d'après eux, ni l'Ecriture sainte ni aucune Révélation n'en faisaient mention, et que cette opinion n'était pas admise par notre Mère la Sainte Eglise ; mais frère Innocent leur observait : que le pape Eugène III, d'après les instances de saint Bernard avait accordé cent mille ans d'indulgences à tous ceux qui en l'honneur et commémoration de ces trois Os ou Côtes réciteraient trois fois le ***Pater*** et ***Y Ave Maria.*** Nonobstant cela aucun ne voulut y croire. Mais voyez quelle chose extraordinaire en est suivie : le saint homme, en leur présence élevant son cœur à Dieu, est devenu en extase, et dans le peu de temps, qu'il y restait, un papier sur lequel était écrit et très bien détaillé toute l'histoire des trois Os, comme le frère l'avait racontée, et l'indulgence du pape Eugène III accordée à cet égard, lui a été mise miraculeusement dans la main ; et ce qui est le plus frappant, est que cet écrit était soussigné par la main propre de Clement VII, pour lors pontife régnant à Rome.

Le frère Innocent revenant de son extase, remit au prince et aux théologiens l'écrit miraculeux : mais ceux-ci troublés et interdits, ne savaient s'ils voulaient croire ce qu'il venaient de voir devant leurs propres yeux, ne sachant comment ce papier pouvait être parvenu au saint homme, ainsi signé de la main du Saint Père.

Il leur semblait qu'il ne fallait rien de plus pour ajouter foi aux grands mérites du serviteur de Dieu, par qui le Seigneur voulut faire renaître la dévotion aux trois Os, qui avait restée si longtemps en oubli dans le cœur des fidèles.

Cette histoire miraculeuse, très propre pour exciter les catholiques à la compassion et à l'amour réciproque en considération de la douloureuse passion du Fils de Dieu, ainsi que pour mériter en si peu de temps autant d'indulgences, a été imprimée d'après le désir de personnes pieuses. Plut à Dieu que chacun voulut méditer non seulement sur la pesanteur de la croix, mais beaucoup plus sur l'énormité des péchés du monde, lesquels le Père céleste a voulu faire expier par son Fils unique, notre caution, ce pourquoi les épaules innocentes et toute puissantes et ses saintes Côtes et Os ont été si péniblement démembrés.

Ex Fremac. Ord. F. M. R.
Imprimi poterit F. BONAVENT. YAN DEN DYCKE,
Minister provinciae.

Imprimi poterit. Actum Antuerp. 22 Nov. 1714.
J. L. DE CARVAIAL L. C.

Nous trouvons dans des anciens ouvrages romains, que le pape Georges III, a accordé d'après les instances de la Reine d'Angleterre, et à tous ceux qui réciteront la prière suivante après V élévation du Corps de Notre Seigneur pendant la Messe, devant le très saint Sacrement de l'Autel, ou bien devant un Crucifix, autant d'années d'indulgence que notre Seigneur Jésus Christ avait de plaies à son corps, qui étaient au nombre de 5676: ainsi trouvons-nous dans les Révélations.

PRIÈRE.

O très aimable Seigneur Jésus Christ, Fils du Dieu vivant, je vous prie par l'ardent amour avec lequel vous avez aimé le genre humain, quand, ô Roi céleste vous étiez pendant à la croix avec un visage divin triste, des sensés inquiets, un cœur percé, d'un côté ouvert, des reints tremblants, d'un corps disloqué, des plaies sanglantes avec des flux et reflux, des veines forcées, d'une bouche criante, d'une voix enrouée, d'un visage pâle, une couleur mourante, des yeux pleurants, un ardent amour, un gosier soupirant, une soif ardent, un goût amer de fiel et de vinaigre, avec la tête penchée, couronnée d'épines, rencontrant la mort lors de la séparation de son âme divine avec son très saint corps, avec l'origine de la fontaine vivant d'amour. Par le même amour, je vous prie, ô très doux et très aimable Seigneur Jésus Christ, par lequel votre

aimable cœur fut pressé et entrecoupé, que vous voudriez vous réconcilier sur le grand nombre de mes péchés, et accorder ainsi qu'à ceux pour lesquels je suis obligé de prier, ,une **fin** bienheureuse et une résurrection glorieuse, par votre miséricorde infinie qui vivez et régnez avec le Père et le saint Esprit dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

O êtres aimables ! soyez assidus et pensez à votre âme altérée, et nourrissez-la des mérites des très saintes Indulgences, pour obtenir par le très saint Sang de notre Sauveur Jésus Christ la rémission de vos péchés et ensuite l'éternité bienheureuse.

Excitez-vous donc pour l'amour des grandes souffrances de Jésus, à la récitation de cette prière divine et de trois ***Pater*** et ***Ave Maria,*** et priant ici sur la terre dans l'esprit et la personne de Jésus Christ, à savoir dans l'esprit de pénitence et de repentir, pour satisfaire ainsi conjointement avec lui pour vos péchés à la justice de sa Majesté blessée.

PENSEZ-Y DONC BIEN.

Avec crainte et espoir travaillez à votre salut, dit saint Paul, Phil. 2. e. Laissons-nous faire le bien, dit-il, quand nous en avons le temps. Gai. 6. c. dit l'Eccl. **7.** c. Celui qui craint le Seigneur **n**'omet rien ; à savoir de faire le bien là où il peut.

Pour cette raison Jésus Christ, la vérité éternelle, nous exhorte. Luc. 9. Paites commerce jusqu'à ce que je viens savoir en bonnes œuvres. Matth. 6. Amassez-vous des trésors pour le Ciel.

Et après avoir fait assiduité dites avec Luc, c. 10, nous sommes des serviteurs inutiles, sur quoi S. Bernard dans le Psal. ***Qui habitas sermo 4,*** en nous menaçant dit : malheur à nous, si nous n'avons fait ce que nous devions faire.

Jésus soyez loué ! et prions-le mutuellement jour et nuit sans discontinuer comme dit S. Paul : car à toutes heures nous sommes à la porte de l'éternité, où nous suivra et le bien et le mal que nous aurons commis et cela pour l'éternité.

Mâchez bien la nourriture
Cela empêche la pourriture.

Que le Saint Esprit soulage et remplisse les âmes des fidèles. Ainsi soit-il.

Bruxelles. Typ. J. Crols-Pirmez, rue de Flandre 106.

(Vide Decr. Auth. n. 18).

FoLIOLUM VII.

ORAZIONE

AL SALVATORE DEL MONDO.

Signor mio Gesù Cristo Padre dolcissimo per amor di quel gaudio, che ebbe la vostra diletta Madre quando le appariste in quella sacratissima notte di Pasqua, e per quel gaudio quando vi vide glorificato con la chiarezza della divinità, vi prego ad illuminarmi con i doni dello Spirito Santo acciocché in tutti i giorni di mia vita possa adempiere la volontà di voi, che vivete e regnate con Dio padre nella vita dello Spirito Santo per tutti i secoli de' secoli. Amen.

I Sommi Pontefici Bonifazio VIII e Benedetto IX concedono ottantamila anni di indulgenze a ehi reciterà la suddetta Orazione, come si vede in S. Giovanni Laterano di Roma in un marmo.

ORAZIONE DÌ S. GREGORIO PAPA, CHE SI TROVA A LETTERE D'ORO SCRITTA IN S. GIOVANNI IN ROMA.

S. Bonifazio Papa concede a chi confessato e comunicato la dirà, la remissione di tutti i peccati, e ogni volta che la dirà ottanta mila anni, e 40 quarantene, e chi la dirà 30 giorni continui avanti l'Immagine di M. V., otterrà qualunque grazia, e chi la dirà vita durante ogni giorno otterrà la grazia di morire fedelmente.

ORAZIONE

Stabat Virgo iuxta Crucem
Videns pati veram lucem
Mater Regis omnium
Vidit Caput coronatum
Spinis latum perforatum
Vidit mori filium. Vidit Caput inclinatum
Totum Corpus cruentatum. Pastor pro Ovibus
Vidit potum felle mixtum. Natum suum Crucifixum
Gubernantem omnium Christum pati flagello
Virgo mater et ancella. Vidit et obbrobria
Amen.

ORAZIONE ALLA S. CROCE

DA DIRSI ANCHE IN SOLLIEVO DELLE ANIME SANTE DEL PURGATORIO.

Io vi adoro Croce Preziosa che con le delicate membra del mio Signore Gesù Cristo foste adorata, ed aspersa del suo Preziosissimo Sangue. Adoro te Dio mio posto in lei, e te Croce Santissima per amor suo e così sia.

Questa orazione a dirla ogni Venerdì 5 volte si cavano 5 anime dal Purgatorio, ed il Venerdì santo se ne cavano 33.

Divozione dell' incognita e dolorosa Piaga della Sacra Spalla di N. S. Gr. C. da lui patita nel portare la pesante Croce.

Dimandando una volta S. Bernardo Abate al nostro Signore nell'orazione qual sia stata la sua maggior doglia occulta sentita nel corso della sua passione ; rispose il Signore :

Io ebbi una piaga sulla spalla, profonda tre dita, fattami nel portare la Croce : questa mi è stata di maggior pena e dolore di tutte le altre, quale dagli uomini è poco considerata, perchè è incognita ; ma tu abbila in venerazione : e sappi che qualunque grazia mi chiederai per tal Piaga te la concederò, e tutti quelli che per amor di essa mi onoreranno io loro perdonerò i quotidiani peccati, rimetterò loro i mortali, e conseguiranno la mia grazia e misericordia.

Eugenio III, ad istanza di S. Bernardo, ha concesso 3000 anni d'Indulgenza a chiunque dirà tre ***Pater*** e ***Ave*** ad onore della Piaga della Spalla di Gesù Cristo, e delle tre ossa prominenti, come si dice che sia stato rivelato a detto Santo.

ORAZIONE A DETTA PIAGA

Dilettissimo Signor Gesù Cristo, mansuetissimo Agnello di Dio, io povero peccatore saluto, e riverisco la vostra Santissima piaga, che patiste sulla spalla dal portar la pesante Croce, laonde per causa delle tre ossa prominenti, che quivi sporgevano in fuori vi si cagionava intensissimo dolore sopra tutti gli altri del vostro SS. Corpo. Vi adoro mio appassionato Signore, vi lodo, vi onoro, e vi glorifico con l'intimo del mio cuore e vi ringrazio per quella SS. profondissima e dolorosissima Piaga della vostra spalla, supplicandovi umilmente per quel gran dolore che in essa sentiste, e per quel grave peso della Croce, ad aver misericordia di me peccatore, a perdonarmi tutti i miei peccati, sì veniali che mortali, e di ac-

compagnarmi sul sentiero della Croce per i vostri Sanguinosi Vestigi alla eterna Beatitudine.

Tre *Pater, Ave* e *Gloria.*

ORAZIONE

Sacro Cuore di Maria
Voi siete gran Regina
Tutto il mondo a voi s'inchina
Voi salvate l'anima mia. — Un ***Pater*** ed ***Ave.***

Pio VI concesse Indulgenza plenaria nell' anno 1787 a chiunque reciterà la detta orazione.

Siena 1888 — Tip. S. Bernardino.

POLIOLUM VIII.

LETTERA DI GESÙ CRISTO.
DELLE GOCCIE DI SANGUE CHE SPARSE N. S. **G.** C
MENTRE ANDAVA AL CALVARIO.

Copia di una lettera di Orazione ritrovata nel Santo Sepolcro di N. S. G. C. in Gerusalemme, conservata in una cassa d'argento da S. Santità, e dagli Imperatori ed Imperatrici cristiani. Desiderando S. Elisabetta Regina d' Ungheria, Santa Matilde e Santa Brigida sapere alcune cose della Passione di Gesù Cristo, facendo fervorose e particolari Orazioni, mercè le quali gli apparve

Gesù Cristo favellando con esse e cosi dicendo:

Sappiate che i soldati armati furono 150, quelli che mi condussero legato furono 23, gli esecutori di giustizia 83, i pugni che ricevei alla testa furono 150 e nel petto 108, i calci nelle spalle 80, e fui trascinato con corde e per i capelli 23 volte, natte e sputi nella faccia furono 180, battiture nel corpo 6666, battiture nel capo 110, mi diedero un urtone, notate nel cuore, fui alzato in aria per i capelli ad ore 21, ad un tempo mandai 120 sospiri, fui trascinato e tirato per la barba 23 volte, piaghe nella testa 20, spini di giunchi marini 72, punture di spine nella testa 100, spine mortali nella fronte 3, dopo flagellato e vestito da re di burla, piaghe

nel corpo 1000. I soldati che mi condussero al Calvario furono 908, quelli che mi guardavano 3, goccie di sangue che sparsi furono 28430 e chi ogni giorno recita 7 ***Pater, Ave*** e ***Gloria*** per lo spazio di 15 anni per compiere il numero delle goccie di sangue che ho sparso, gli concedo 5 grazie :

I°. L'indulgenza plenaria e remissione di tutti i peccati ;

2°. Sarà liberato dalle pene del purgatorio ;

3°. Se morrà prima di compire detti 15 anni, per esso sarà come li avesse compiti ;

4°. Sarà come fosse morto ed avesse sparso il sangue per la Santa Fede ;

5°. Scenderò io dal cielo a prendere l'anima sua e quella dei suoi parenti fino al quarto grado.

Quegli che porterà questa Orazione non morirà annegato, nè di mala morte, nè di morte improvvisa, sarà liberato dal contagio e dalla peste, dalle saette, e non morirà senza confessione, sarà liberato dai suoi nemici, e dal potere della Giustizia, e da tutti i suoi malevoli e da falsi testimoni.

Le donne che non possono partorire, tenendola addosso, partoriranno subito e usciranno di pericolo.

Nella casa ove sarà questa Orazione non vi saranno tradimenti nè di cose cattive, e 40 giorni prima della sua morte quello che l'avrà sopra di sè vedrà la Beata Vergine Maria, come dice S. Gregorio papa.

Un certo Capitano spagnolo viaggiando per terra vide vicino Barcellona una testa recisa dal busto che gli parlò cosi: Giacché vi portate a Barcellona, o passeggiero, conducetemi un confessore acciò possa confessarmi essendo già da tre giorni che sono stata recisa dai ladri, e non posso morire se non mi confesso. Condotto al luogo il Confessore dal Capitano suddetto, la testa vivente si confessò ed indi spirò, trovando addosso al busto da cui era stata recisa, la seguente orazione la quale in quella occasione fu approvata da vari Tribunali della S. Inquisizione di Spagna. I suddetti 7 ***Pater, Ave*** e ***Gloria*** si potranno recitare e applicare anche per qualsivoglia anima.

Altra simile copia della suddetta lettera è stata miracolosamente ritrovata nel luogo chiamato Porsit, tre leghe lontano da Marsiglia, scritta a lettere d'oro e per opera divina portata da un fanciullo di 7 anni del medesimo luogo di Porsit.

Con un' aggiunta e dichiarazione il 2 Gennaio 1750 che dice : Tutti coloro che trayaglieranno nei giorni di Domenica saranno maledetti da me, perchè nelle Domeniche dovete andare alla Chiesa

pregando Iddio che vi perdoni i vostri peccati, e per questo vi ho dato sei giorni da travagliare ed il settimo per riposare, e far opere di divozione, e delle vostre sostanze fate bene ai poveri, e le vostre genti saranno ricolme di benedizioni e di grazie : per contrario se non credete alla presente, verranno maggiori gastighi a voi ed ai vostri figli e vi manderò peste, fame, guerre, dolori e spasimi di cuore, per segno del mio sdegno vedrete segni nel Cielo, tuoni e terremoti.

Quelli che giudicheranno che questa lettera non sia scritta per opera divina e dettata dalla Sacratissima bocca di Dio, e queUi che la terranno maliziosamente nascosta senza pubblicarla ad altre persone, saranno maledetti da Dio e confusi nel giorno del Giudizio, e chi invece la pubblicherà, se avesse tanti peccati purché veramente pentito di avermi offeso, e ancora avendo fatto qualche ingiuria al suo prossimo, chiedendomi scusa, io gli cancellerò i suoi peccati, quelli che copieranno questa divozione e la leggeranno, oppure la faranno leggere, giammai periranno e saranno liberi da tutte le tentazioni.

Fiorenzuola d'Arda 1893 — Tip. Pehnaroli.

POLIOLUM IX.

Proscribitur etiam foliolum quoddam ex charta vel etiam ex lino confectum et diversis linguis exaratum, quod " Breve S. Antonii Patavini „ appellatur, hisce ultimis temporibus late diffusum, in quo, post relatam oratiunculam ex Breviario Romano desumptam " Ecce Crucem Domini, fugite partes adversae. Yicit Leo de tribu Juda, Radix David. Alleluja ! Alleluja ! „, haec leguntur :

f. Sancte Antoni magne Taumaturge (alibi : Daemonum effugator), ora pro nobis

R). Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Ecclesiam tuam, Deus, Beati Antonii confessoris tui commemoratio votiva laetificet ut spiritualibus semper muniatur auxiliis et gaudiis perfrui mereatur aeternis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Firma tamen manente indulgentia centum dierum semel in die lucranda, concessa per Rescriptum huius **S.** Congregationis diei 21 Maii 1892 Christifidelibus recitantibus tantum antiphonam uti sequitur :

" Ecce Crucem Domini fugite partes adversae ; vicit Leo de tribu luda, radix David Alleluia „.

X.

Demum proscribitur libellus cui titulus " Corona del Signore, sua origine, significazione ed indulgenze, ed alcuni metodi di recitarla con divozione e spirituale profìtto. — ***Faenza 1871, Ditta tipografica Pietro Conti „*** eo quod contineat plures apocryphas Indulgentias, nimirum pro Oratione " ***Deus qui nobis in Sancta Sindone*** etc. „ et pro alia: ***"Dio ti salvi, Santissima Maria, Madre di Dio, Regina del Cielo*** ecc. „ iam damnatas per Decretum " Delatae saepius „ anni 1678 (n. 18) ; nec non pro sequentibus quae nunc reprobantur ;

Innocenzo VIII concesse indulgenza Plenaria a chi recita la seguente.

Il Cielo ti Salvi, o Vergine Sovrana,
Stella del Sol più chiara,
Di Dio Madre pietosa,
Del mei più dolce, e rara ;
Rubiconda più che Rosa,
Candida più che Griglio,
Ogni virtù t' infiora
Ogni santo ti onora,
Nel Ciel la più sublime. Così sia»

Clemente XIV concede V Indulgenza plenaria a chi reciterà V orazione seguente al glorioso Patriarca S. Benedetto che ha rivelato alla Magna Badessa S. Geltrude di assistere nell'ora della morte, per opporsi potentemente agli assalti del nemico infernale, chi divotamente l'avrà agni giorno ossequiato colla seguente:

PREGHIERA.

S. Benedetto, mio caro Padre, vi prego per quella dignità, con la quale il Signore si degnò di cosi glorioso fine onorarvi e beati-

fìcarvi, che vogliate trovarvi presente alla mia morte, eseguendo in me tutte quelle promesse fatte alla Vergine S. G-eltrude.

MEMORIA DEL GLORIOSO TRANSITO DI S. BENEDETTO.

Ant Stans in oratorio dilectus Domini Benedictus Corpore et Sanguine Dominico munitus, inter Discipulorum manus imbecillia membra sustentans, erectis in coelum manibus inter verba orationis spiritum efflavit. Qui per viam stratam palliis et innumeris coruscam lampadibus coelum ascendere visus est.

f. Gloriosus apparuisti in conspectu Domini.

R). Propterea decorem induit te Dominus.

Oremus.

Deus, qui pretiosissimam mortem SSilii Patris Benedicti tot tantisque privilegiis decorasti : concede quaesumus nobis, ut cuius memoriam recolimus, eius in obitu nostro beata praesentia ab hostium muniamur insidiis. Per Christum etc.

Chi non sa leggere, potrà dire tre Pater ***ed*** Ave ***con l'intenzione predetta.***

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 26 Maii 1898.

FR. HIERONYMUS CARD. GOTTI ***Praefectus.***

L. & S.

f **ANTONIUS** ***Archiep. Antinoen. Secretarius.***

EX

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

DUBIUM: an habeant quasi domicilium in ordine ad matrimonium, qui commorati fuerint aliquo in loco per sex menses, quin certum sit an animum habuerint permanendi per maiorem anni partem.

Officialis dioecesis N., ad quietem conscientiae suae, et ad normam habendam in casibus similibus, dubium sequens proponit Supremae Congregationi.

Anno proximo elapso, vir Acatholicus et puella Catholica, uterque oriundus ex Romania, ubi domicilium habent, postquam per duos vel tres annos itinera susceperint, quin domum re versi sint, in civitatem N. venerunt.

Proposuerant ibi commorari per tres menses, et domum ad habitandum per spatium trimestre pretio locaverant.

Elapso autem trimestre, cogitaverunt de matrimonio inter se contrahendo. Vir erat liber ad matrimonium contrahendum, puella stabat cum matre vidua et erat pariter libera. Quum vero lex civilis praescribat ut quis per sex menses commoretur in loco' ubi vult matrimonium contrahere, habitationem in civitate praedicta prorogarunt iterum ad tres menses, et, mense Novembri, quum iam per sex menses ibi commorati fuerint, Officialem adierunt, dispensationem super impedimento mixtae religionis et licentiam matrimonii celebrandi petierunt. Praedictus Officialis haesit, quaerendo utrum praefati sponsi acquisiverit quasi domicilium sufficiens ad matrimonium. Equidem per sex menses in dicta civitate commorati fuerant; sed quando illam ingressi erant non sibi proposuerant habitare per maiorem partem anni. Elapsis tribus mensibus, cogitaverant de matrimonio ineundo et iterum proposuerant habitare per tres alios menses tantum ut compleretur spatium semestre requisitum ad matrimonium a lege civili. Deficiente intentione habitandi per maiorem anni partem, Officialis, ex consulto peritorum Canonistarum existimavit sponsos non acquisivisse quasi domicilium in illa civitate, ac proinde se non habere facultatem dispensandi nec licentiam concedendi ad matrimonium contrahendum. Sponsi vero, cum omnia paraverint ad nuptias, contractum civilem inierunt et ad aliam regionem profecti sunt. Petit

igitur Officialis an non severius egerit in deneganda dispensatione et licentia matrimonii contrahendi, et, grato animi sensu accipiet responsum, quo in futurum ut norma pro casibus similibus uti possit.

Feria IV, die 9 Novembris 1898.

In Congregatione Generali coram EEmis ac RRmis DD. Cardinalibus in rebus Fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, proposito suprascripto casu, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem Emi ac Rmi Patres respondendum mandarunt :

«Orator acquiescat; et addatur: Se conferentes in civita-
« tem N. ex alio loco vel paroecia, dummodo ibi commorati
« fuerint in aliqua paroecia per sex menses, censendos ibidem
« habere quasi domicilium in ordine ad matrimonium, quin in-
« quisitio facienda sit de animo ibi permanendi per maiorem
« anni partem, facto verbo cum SSmo ».

Sequenti vero Feria VI, die 11 eiusdem mensis et anni, in audientia a SSmo Dno Nostro Leone PP. XIII R. P. D. Adsessori impertita, SSmus Dnus Noster resolutionem EEmorum ac RRmorum Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI, S. *R. et U. Inquisii. Not.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

SINARUM TUNQUINEN. ET COCHINCHINEN. beatificationis seu declarationis martyrii Ioannis Gabrielis Taurin Dufresse episcopi tabracensis et vicarii apostolici sutchuensis, Petri Dumoulin Borie episcopi electi, Francisci Isidori Gagelin missionarii apostolici et pro-vicarii generalis gcochinchinen. et sociorum in odium fidei ab idololatris interfectorum.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio, causa martyrii et signis seu miraculis in casu et ad effeetum de quo agitur ?

E Christi latere egressa ac iugi deinceps martyrum cruore purpurata Ecclesia, vel hoc ipso strenuae caritatis prodigio

divinam sui originem prodit. Quod si, ut scribit Tertullianus, *sanguis martyrum semen est christianorum,* licet Ecclesiae gloriari semen illud ad haec usque tempora agro Domini fecundando fuisse effusum uberrime.

Quam vero sit hodie opportunum fortissimorum hominum exempla revocare praesertim recentiora ac nostris paene oculis subiecta, quisque facile intelliget qui secum reputaverit quam sit inconstans, quam indulgens haec aetas ex quo coepit a verae Fidei obsequio desciscere et circumferri omni vento doctrinae. Iam inter nuperrimos Christi athletas numerandi sunt Ioannes Gabriel Taurin Dufresse et socii plures, numero ad novem et quadraginta. Quorum nomina haec sunt:

Augustinus Chapdelaine — Augustinus Tchao — Paulus Lieou *seu* Liou — Iosephus Yuen *seu* Ven — Thaddaeus Lieou — Petrus Lieou, *seu* Ouen Yen — Petrus Ou — Ioachim Ho — Laurentius Pe-Man — Agnes Tsao-Kouy « *In Sinis* ».

Petrus Dumoulin Borie — Ioannes Carolus Cornay — Augustinus Schoeffler — Petrus Khoa — Vincentius Diem — Petrus Tuy — Iacobus Nam — Iosephus Nghi — Paulus Ngan — Martinus Thinh — Paulus Khoan — Petrus Thi — Andreas Dung *seu* Lac — Ioannes Dat — Lucas Loan — Petrus Tu — Franciscus Xaverius Can — Paulus Mi — Petrus Duong — Petrus Truat — Ioannes Baptista Thanh — Petrus Hieu — Antonius Dich — Michael Mi — Martinus Tho — Ioannes Baptista Con — Ioannes Aloisius Bonnard « *In Tunquino* ».

Franciscus Isidorus Gagelin — Franciscus Iaccard — Iosephus Marchand — Emmanuel Trieu — Philippus Minh — Andreas Trong — Thomas Thien — Paulus Doi Buong — Antonius Quinh Nam — Simon Hoa — Matthaeus Gam « *In Coehinchin* ».

Hi per Sinarum et Tunquinum imperium et Cochinchinam causa vel retinendae Christianae Fidei a tyrannis per ea loca proscriptae vel eiusdem provehendae inter barbaros, veterum exempla aemulati non dubitarunt atrocissima quaeque pati ; donec alii ad palum deligati, eliso per funem gutture; alii m crucem acti ; obtruncato plerisque capite, testimonium Christo amplissimum reddidere. Neque id soli praestiterunt sacri ordinis viri, quae laus praecipue pertinet ad Societatem Exterarum Missionum, de religionis incremento usque adhuc tam praeclare meritam, sed alii etiam de populo, quos inter ad exem-

pium enituit adolescentis militis constantia, Andreae Trong, plane digni suae fortitudine matris quae imitata Deiparam perdolentem, adstitit filii supplicio, abscissumque illius caput a tyranno repetiit excepitque gremio. Horum fama martyrii cum longe lateque diffusa esset, rite expensis probationibus, de ipso martyrio eiusque causa et signis Leo XIII Summus Pontifex decreto lato decimo calendas decembris anno 1897 benigne indulsit ut dubium discuti posset in S. R. Congregationis particulari Coetu cum voto etiam Praesulum Officialium. Hoc igitur conventu decimonono calendas maias huius anni ad Vaticanas Aedes congregato Rmus Cardinalis Caietanus Aloisi Masella Causae Relator dubium proposuit « *An constet de martyrio, causa martyrii et signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur ?* » Rmi Patres Cardinales et Officiales Praesules suffragium singuli prodiderunt. Sanctitas vero Sua, audita per Rmum Cardinalem Camillum Mazzella Episcopum Praenestinum S. R. Congregationi Praefectum relatione, sententiam Suam patefacere distulit.

Hoc vero die, Dominica VI post Pentecosten, qui Mariae Sanctae Hospitae festus percolitur, Sacro rite peracto, accivit praefatos Cardinales Camillum Mazzella et Caietanum Aloisi Masella, cum R. P. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore et me infrascripto Secretario, iisque adstantibus solemni decreto sancivit : « *Constare de martyrio et causa martyrii, signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur quoad quadraginta septem: quoad vero Ven. Dei Servos Matthaeum Gam et Ioannem Aloisium Bonnard licet de signis seu miraculis non constet, quum certo constet de martyrio et causa martyrii procedi posse ad ulteriora in casu et ad effectum de quo agitur* ».

Hoc vero decretum evulgari et in acta S. R. Congregationis referri praecepit sexto nonas iulii anno 1899.

CAMILLUS CARD. MAZZELLA, *Ep. Praenestinus,*
S. R. C. Praefectus.

L. % S.

DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secret.*

ROMANA DUBIUM quoad praecedentiam in occurrentia duorum festorum etc

Hodiernus Parochus Ecclesiae S. Catharinae a Rota de Urbe a Sacra Rituum Congregatione sequentis dubii solutionem humillime flagito vit, nimirum: An festum fixum prae mobili et magis proprium prae minus proprio, quae duo festa in occurrentia, ceteris paribus, praecedentia pollent iuxta Rubricas generales Breviarii Tit. X. n. 6, eadem gaudeant praecedentia etiam in concurrentia?

Et Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate expensis, respondendum censuit:

Negative.

Atque ita rescripsit die 19 Maii 1899.

C. CARD. MAZZELLA, S. *R.* C. *Praef.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI -S. *R. C. Secret.*

CAURIEN. DUBIA quoad consuetudinem persolvendi vesperas a Canonicis.

R. D. Vincentius Cosme, Sacerdos et Caeremoniarum Magister Ecclesiae Cathedralis Caurien. de consensu sui Rmi Ordinarii sequentium dubiorum solutionem a Sacra Rituum Congregatione humillime expostulavit, nimirum:

In Ecclesia Cathedrali Caurien. viget consuetudo persolvendi vesperas a Canonicis, cum cantu, etiam in duplicibus minoribus, semiduplicibus, simplicibus et feriis; quam consuetudinem, iuxta Decretum in *Derthonen.* d. d. 22 Maii 1841, ipsi servare tenentur; sed cum in praedictis vesperis Celebrans est paratus, altare thurificatur et per statutum speciale eiusdem Ecclesiae assistunt duo Beneficiati pluvialibus parati. Quaeritur:

I. An in Vesperis, ita persolvendis, servandum sit Caeremoniale Episcoporum?

II. An attenta consuetudine, Celebrans possit manere in habitu chorali usque ad Capitulum, et tunc tantum assumere pluviale?

III. An praedicti pluvialistae assistere debeant Celebranti thurificationem altaris facienti?

IV. An si faciendae sunt commemorationes, persolvendae sint cum cantu propter uniformitatem?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, omnibusque perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative.*

Ad III. et IV. *Affirmative.*

Atque ita rescripsit die 19 Maii 1899.

C. CARD. MAZZELLA, *«S. R. C. Praefectus.*

L. * S.

DIOMBDBS PANICI, *secretarius.*

GUADICEN. DUBIA quae occurrunt saepe in exequiis.

R. D. Emmanuel Martínez Garcia Caeremoniarum Magister Cathedralis Ecclesiae Gaditanae, de consensu sui Revmi Episcopi, sequentia dubia quae frequenter occurrunt in exequiis, Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna solutione humillime exposuit, nimirum:

I. Cum sepeliendum est cadaver alicuius Canonici seu Beneficiati huius Cathedralis Ecclesiae Gaditanae, iuxta consuetudinem duae cruces praeferuntur in processione; una processionalis Ecclesiae Cathedralis, altera quae dicitur Capitularis. Quum autem Rituale Romanum tit. 6, cap. 3, n. 1. dicat: «clerico praeferente crucem » : quaeritur : Utrum tolerari possit haec consuetudo ? et quatenus negative, quaenam ex dictis crucibus praeferenda sit ?

II. Circa modum quo cadaver componendum est, inter alia praecipit Rituale tit. 5. cap. 8, n. 4 : « ac parva crux super pectus inter manus defuncti ponatur, aut ubi crux desit, manus in modum crucis componantur». Quum autem in Dioecesi Gaditana et in aliis eiusdem regionis adsit consuetudo ponendi inter manus defuncti (si fuerit sacerdos) non parvam crucem, sed potius calicem qui aliquando solet esse argenteus, et ad Missae celebrationem assignatus, quaeritur: Permitti potest haec praxis?

III. Circa translationem cadaveris e domo in coemeterium omnes docent deferendum esse pedibus versus ulterius, si lai-

cus fuerit defunctus; sin autem clericus, non omnes conveniunt. Aliqui auctores docent in hoc postremo casu cadaver esse deferendum pedibus retro, et huic opinioni favet praxis, in aliquibus locis servata, deferendi clericorum cadavera capite versus ulterius. Etiam textus Ritualis congruere videtur huic sententiae dum asserit: « presbyteri vero habeant caput versus altare : » tit. 6, cap. 1, n. 17. Quaeritur ergo, utrum tenenda sit haec sententia et praxis?

IV. In Rituali tit. 6, cap. 3, n. 1 legitur: « parocho praecedente feretrum »: hoc non obstante, in civitate Gaditana viget consuetudo, qua defunctus, si e clero cathedrali sit, defertur praecedens eum, qui officium sepulturae peragit, id est in medio eorum qui assistunt processioni. Estne toleranda haec consuetudo?

V. Quum Rituale dicat tit. 6, cap. 4, n. 4: «lectiones leguntur» tolerari potest consuetudo eas decantandi, praecipue vero si ita fiat a musicorum coetu, prout fit in Cathedrali Ecclesia Gaditana quoad primam et secundam lectionem?

Et sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, attentis expositis, respondendum censuit:

Ad I. quoad primam quaestionem: *Negative;* et quoad alteram: *Crux Capitularis,* quae est etiam Crux Ecclesiae Cathedralis.

Ad II. *Affirmative,* dummodo calix adhibeatur qui Missae non inserviat.

Ad III. *Negative,* et cadaver cuiuscumque defuncti pedibus per viam deferatur: in Ecclesia autem quoad Sacerdotes servetur Rituale Romanum.

Ad IV. *Servetur Rituale Romanum.*

Ad V. *Affirmative.*

Atque ita rescripsit, die 8 Iunii 1899.

C. CARD. MAZZELLA, *S. C. C. Praefectus.*

L. * S.

D. PANICI, *Secretarius.*

GADITANA. Dubium quoad consuetudinem benedicendi fontem baptismalem a Capitulo.

Rmus Dnus Iosephus Maria Ranees et Villanueva Episcopus Gaditanus, Sacrae Rituum Congregationi, ea quae sequuntur pro opportuna declaratione reverenter exposuit, nimirum: Perantiqua est in civitate Gaditana Ecclesia, cui titulus Sanctae Crucis, quae dimidio decimitertii saeculi a catholico sapientis - simoque rege Alphonso X, fundata, ad annum usque millesimum octingentesimum trigesimum octavum Cathedralis simul et parochialis fuit, quo quidem tempore ad hodiernum et muniflcentissimum templum praedicto anno consecratum Capitulum translatum est, hoc tamen modo ut, licet antiquum templum septuaginta circiter passibus a novo distet, tamen ex tunc temporis tanquam huius Sacrarium habitum fuerit, ad quod idem Capitulum quotannis processionaliter convenire consuevit, tum in Sabbato Sancto tum in Vigilia Pentecostes, impertiendi ergo benedictionem fonti baptismali. Anno autem millesimo octingentesimo septuagesimo sexto Antistes Gaditanus Fr. Felix de Arríete et Siano, utriusque Ecclesiae bono valde interesse iudicans illas omnino disgregare, reapse eas seiunxit, variasque, quas maxime existimavit opportunas, tum Capitulo tum parocho conditiones imponens, praedictam consuetudinem fontem benedicendi baptismalem in Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes a Capitulo non modo non improbavit, quin potius tanquam laudabilem prosequendam statuit, prout usque nunc reipsa factum est.

Hinc Rmus Orator postulat:

« Utrum, attentis circumstantiis supra expositis, talis consuetudo benedicendi fontem baptismalem a Capitulo servari possit ? »

Et sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, omnibus in casu expensis, respondendum censuit: *Affirmative* , dummodo utriusque Ecclesiae unicus sit fons baptismalis.

Atque ita rescripsit. Die 8 Iunii 1899.

C. CARD. MAZZELLA, 5. *R. C. Praef.*

L. * S .

DIOMEDES PANICI, S. *R. C. Secretarius.*

DECRETUM quoad dubium an Episcopus dioecesanus iure fruatur cedendi thronum suum alteri Episcopo etc.

Quum tanta commeandi ac itinerum suscipiendorum et perficiendorum facilitas illud etiam commodi attulerit, ut Episcopi diversarum Dioecesium saepius conveniant, sive ad festum aliquod solemnius agendum, sive ad coetus episcopales celebrandos, quaesitum est: utrum liceat Episcopo Dioecesano thronum suum alteri Episcopo cedere. Hinc Sacra Rituum Congregatio quaestionem super hac throni cessione sibi pluries delatam, studiose pertractare opportunum duxit. Quare ab Emo ac Rmo Dno Cardinali Andrea Steinhuber Relatore, in Ordinariis comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, propositum fuit dubium : « An Episcopus Dioecesanus gaudeat iure cedendi « thronum suum alteri Episcopo cum Rmorum Canonicorum « adsistentia sibi debita ? »

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate discussis atque perpensis, rescribendum censuit: *Affirmative,* dummodo Episcopus invitatus non sit ipsius Dioecesani Coadiutor, aut Auxiliaris aut Vicarius Generalis aut etiam Dignitas seu Canonicus in illius Ecclesiis. Sicut autem Cardinales Episcopi Suburbicarii aliique Titulares Ecclesiarum Urbis tantum Purpuratis Patribus thronum cedere possunt, ita Praesules Cardinales aliarum Dioecesium decet ut suum thronum nonnisi aliis eadem Cardinalitia dignitate ornatis cedant. Die 9 Maii 1899.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII, per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habuit et confirmavit, die 12 Iunii, eodem anno.

C. CARD. MAZZELLA *S. B. C Praef.*

L. * S.

D. PANICI *S. B. C. Secret*

DECRETUM: Dubium quoad missam exequialem cum cantu etc.

Instantibus aliquibus Parochis, Sacrorum Rituum Congregationi sequens dubium propositum fuit: «An pro paupere defuncto, cuius familia impar est solvendi expensas Missae exequialis cum cantu,- haec Missa legi possit sub iisdem clausulis et conditionibus, quibus praefata Missa cum cantu conceditur. Et Sacra eadem Congregatio, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque rite expensis, rescribendum censuit: *Affirmative*, seu permitti posse in casu Missam exequialem lectam, loco Missae cum cantu, dummodo in dominicis aliisque festis de praecepto non omittatur Missa officio diei currentis respondens. Die 9 Maii 1899.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Pp. XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanet tas Sua Rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habuit et confirmavit. Die 12 Iunii, eodem anno.

C. CARD. MAZZELLA *S. R. C. Praefectus.*

L. * S.

DIOMEDES PANICI *S. R. C. Secretarius.*

ROMANA seu Ordinis Praedicatorum, confirmationis cultus ab immemorabili tempore praestiti Servo Dei Raymundo a Capua, XXIII Magistro Generali eiusdem Ordinis, Beato nuncupato.

Inter viros gloriosos et parentes suos inclyta Fratrum Praedicatorum familia merito collaudai Raymundum Capuanum, XXIII Generalem Ordinis Magistrum. Qui ortus Capuae circiter anno 1330 ex nobili progenie de Vineis, Deiparae Virgini ab infantia se dicavit, cuius ope, succrescente aetate et humaniorum litterarum curriculo laudabiliter emenso, quindennis a Sancto Patre Dominico vocatus, ad eiusdem Ordinem convolava. Expleto tyrocinio, sacerdotio auctus, docendique munere instructus, adhuc iuvenis ita virtute prudentiae eluxit, ut ad confessiones audiendas illi concreditum fuerit asceterium quod ineunte saeculo XIV B. Agnes a Monte Politiano instituerat, cuius etiam vitam ipse descripsit. Inde Romam accitus coenobio ad aedem Minervae moderando praepositus fuit: attamen officio Prioris paullo post dimisso et praehabita suorum praesidum

licentia, sacris missionibus operam dedit praestantissimam, in salutem animarum et incrementum pietatis. Anno autem 1374 Senas missus ibique studiis praefectus, Angelicae quoque virgini Catharinae datus est conscientiae moderator. Cum eadem plurimum adlaboravit sive ad disciplinam regularem instaurandam, sive ad domicilium stabile Romani Pontificis huic almae Urbi restituendum; atque unius praeclare gesta et gloriam in meritum et laudem alterius redundasse compertum est. Antequam Catharina in caelestem patriam migraret, Raymundo incepta opera perficienda commendavit. Deinceps Ven. Dei Famulus Ordinis Praedicatorum Generalis Magister electus, nulli pepercit labori et industriae ut religiosam observantiam ad primaevum splendorem revocaret: unde post sanctissimum Patrem Legiferum Dominicum, glorioso titulo Parentis et Restitutoris Ordinis a suis alumnis meruit cohonestan. Iurium Sanctae Sedis Summorumque Pontificum vindex et assertor egregius, pro restituenda Ecclesiae unitate diro schismate dilaniata indefessus ac veluti Angelus consilii et pacis permagnam Europae peragravit partem, populorum ac principum sibi concilians admirationem atque amorem. Nil igitur mirum quod acceptissimus fuerit Summis Pontificibus Gregorio XI, Urbano VI et Bonifacio IX; amplissimos tamen honores in laborum praemium et benevolentiae signum ab ipsis delatos, humilis Servus Dei demisse recusavit. Tandem, dum in Germania religiosae disciplinae re. formandae toto pectore incumberet, Nurimbergae, lethali morbo affectus sanctissime obiit anno 1399, tertio nonas Octobris. Sacrae exuviae splendido apparatu elatae, in Ordinis Praedicatorum templo depositae fuerunt; quae, exordiente saeculo XVI, a Fratribus eiusdem Ordinis Neapolim in ecclesiam S. Dominici translatae sunt. Interim Raymundus sanctimoniae fama quam adhuc vivens adeptus fuerat, post obitum celebratus, etiam pluribus ecclesiastici cultus signis magis in dies auctis honoratus est. Quare instante Postulatore Generali Ordinis Praedicatorum P. Vincentio Ligiez cl. me. quum valida haberentur argumenta ad probandum eiusmodi cultum publicum, ecclesiasticum et immemorialem, nempe longe ante aevum Urbanianum, eidem Servo Dei exhibitum, illumque nunquam intermissum ad haec usque tempora perseverare. Inquisitio Ordinaria super eodem -cultu Romae adornata est, et ab Emo Cardinali Urbis Vicario etiam prolata sententia. Delatis autem actis ad Sacrorum Ri-

tuum Congregationem, rogante Reviiio P. Andrea Frühwirth, Ordinis Praedicatorum Magistro Generali una cum R. P. Mauro Maria Kaiser, hodierno eiusdem Ordinis Postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, ac Rmorum Sacrorum Antistitum necnon Praepositorum Generalium Ordinum et Congregationum regularium, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Caietanus Aloisi-Masella, huiusce causae Relator, in Ordinariis Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit: « *An sententia lata ab Emo ae Revmo Dno Cardinali Urbis Vieario super cultu ab immemorabili tempore praestito Servo Dei Raymundo a Capua, seu super casu excepto a Decretis sa. me. Urbani Papae VIII, sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur i* » Et Sacra eadem Congregatio, omnibus maturo examine perpensis, auditoque voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari, Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuit: *Affirmative seu sententiam esse confirmandam.* Die 9 Maii 1899.

Facta postmodum de iis Sanctissimo Domino nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habuit et confirmavit, die decimaquinta iisdem mense et anno.

C. CARD. MAZZELLA *S. R. C. Praefectus.*

L. $ S.

DIOMEDBS PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

EX S. C. NEGOTIORUM ECCLESIASTICORUM EXTRAORDINARIORUM

INDULTUM super Ieiunio et abstinentia pro America latina.

Die 6 Iulii 1899.

Archiepiscopi et Episcopi Americae Latinae, in Urbe, in plenarium Concilium congregati, Sanctissimo D. N. Leoni PP. XIII, gloriose regnanti, exposuerunt maximam difficultatem in qua, ob speciales regionum conditiones, versantur fideles suarum dioecesium, servandi ecclesiasticas leges de ieiunio et abstinentia non obstantibus amplissimis indultis a S. Sede iam conces-

sis. Supplices proinde dederunt preces, ut Sanctitas Sua ampliorem et generalem pro America Latina dispensationem concedere dignaretur.

Porro Sanctissimus Pater, referente me infrascripto S. C. Negotiorum Ecclesiasticorum extraordinariorum Secretario, re mature perpensa atque praehabito voto nonnullorum S. R. E. Cardinalium, attentis gravissimis causis allatis, volens animarum necessitatibus atque anxietatibus occurrere, servata ecclesiastica lege ieiunii et abstinentiae ac salvis permanentibus excusationibus ab eadem lege iure communi, iuxta regulas probatorum auctorum admissis, nec non specialibus indultis singulis ecclesiasticis provinciis hactenus impertitis, et adhuc vigentibus, donec perduraverint, statuit concedere *ad decennium,* prout concedit, omnibus Americae Latinae Ordinariis, facultatem, parochis, confessariis et aliis viris ecclesiasticis subdelegabilem, dispensandi ipsorum arbitrio, singulis annis et facta mentione apostolicae delegationis, fideles qui id petierint, etiam religiosos utriusque sexus de consensu tamen suorum superiorum ecclesiasticorum, a lege ieiunii et abstinentiae, dummodo:

1. *Lex ieiunii sine abstinentia* a carnibus servetur feriis VI adventus et feriis IV quadragesimae.

2. *Lex ieiunii et abstinentiae* a carnibus servetur feria IV cinerum, feriis VI quadragesimae et feria V maioris hebdomadae.

Sed diebus ieiunii semper licebit omnibus, etiam regularibus, quamvis specialem dispensationem non petierint, in collatione serotina, uti ovis ac lacticiniis.

3. *Abstinentia a carnibus* sine ieiunio servetur in quatuor pervigiliis festorum Nativitatis D. N. I. C, Pentecostes, Assumptionis in coelum B. M. V. et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli.

4. In singulis regionibus serventur conditiones quoad precum recitationem et eleemosynarum erogationem atque destinationem, hactenus in concessione indultorum pontificiorum servari solitae.

Parochis autem et aliis sacerdotibus subdelegatis ab episcopis vetitum est quidquid aliud petere aut acceptare occasione dispensationum ab ipsis impertitarum.

Firma vero permanent privilegia Americae Latinae in Constit. *Trans Oeeanum,* 18 apr. 1897. concessa (1).

(1) Constitutio haec relata fuit Vol. XXIX pag. 639.

Et. super his Sanctissimus Dominus mandavit praesens edi decretum atque in acta S. C. Negotiorum Ecclesiasticorum extraordinariorum referri.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae e Secretaria S. C. Negotiorum Ecclesiasticorum extraordinariorum, die, mense et anno praedictis.

FELIX CAVAGNIS *Secretarius.*

EX AUDIENTIA SSMI. Decretum, quo Archiepiscopis Americae latinae datur privilegium concedendi octoginta Indulgentiae dies.

Die 4 Iulii 1899.

Cum relatum fuerit SSmo Dno antiquam in Americae latinae regionibus generatim vigere consuetudinem, de qua tamen nullum extat scriptum documentum, ut nempe Archiepiscopi, loca quadraginta dierum sicuti de iure, octoginta Indulgentiae dies concedant: cumque Eidem SSmo Domino ab Archiepiscopis Concilio Plenario Americano in Urbe adstantibus supplicatum fuerit ut consuetudinem illam ratihabere ac confirmare dignaretur; Sanctitas Sua certam ac uniformem in America latina disciplinam statuere Ecclesiasque illius regionis peculiari amore prosequi volens, Apostolica sua auctoritate benigne decrevit ut in posterum Archiepiscopi Americae latinae universis privilegio concedendi octoginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiae consueta frui ac uti libere valeant. Super quibus vero Eadem Sanctitas Sua infrascripto Secretario S. Congregationis Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis praepositae iussit hoc edi decretum sine ulla Brevis expeditione, idemque in acta ipsius S. Congregationis referri mandavit.

Datum ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die, mense et anno ut supra.

FELIX CAVAGNIS *Secretarius.*

SUMMA ACTORUM

QUAE IN HOC VOLUMINE XXXI CONTINENTUR

LITTERAE ET ACTA R. PONTIFICIS

EX S. C. CONCILII

EX S. CONG. S. R. U. INQUISITIONIS

EX S. CONG. RITUUM

EX S. CONG. EP. ET REG.

EX S. CONG. INDULGENTIARUM

EX S. CONG.
SUPER DISCIPLINA REGULARI

IMPRIMATUR

Fr. Albertus Lepidi O. P. S. Pal. Ap. Magister.

IMPRIMATUR

Iosephus Geppetelli Ep. Tiberien. Vicesgerens.